R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE V. E. II
8 H
46 B
19
ROMA

8.46.B.19

HOMILIA-RVM DOCTISSIMI VIRI D.

Iohannis Eckij, unicæ hoc ſeculo Chriſtianiſmi aduerſum quoſcunq; hæreticorum inſultus columnæ, Tomus IIII. peculiariter agens de ſeptem catholicæ eccleſiæ Sacramẽtis.

Hæc legant qui uel irrident adhuc, uel neſciunt ſacramenta dei. Virtutem ut uideant, intabeſcantq; relicta.

Cum indice nouo, copioſo pariter & optime digeſto.

Coloniæ, ſumptu M. Godefridi Hittorpij, prælis Eucharij Ceruicorni, anno Chriſti nati 1538. Paulo III. Carolo V. Ferdinando I. orbi Chriſtiano præſidentibus.

S. D. N. PAV-
LO III. PONT. MAX.

poſt oſcula pedum beatorum, dei gratiam & uirtutem.

IMmodice perfuſa eſt gaudio Germania beatiſſ. pater, quid Germania? totus inquam Chriſtianus orbis, cum dei nutu ad ſummum illud pontificatus faſtigiũ, unanimis ſacri collegij uotis te euectum intellexit. Et cum primis nos, quotquot in urbe aliquando fuimus, qui pietatem animi tui genuinam, facilitatẽ dexteritati coniunctam ac eruditioni, nõ ſine admiratione præſentes ſuſpeximus. Hinc omnia nobis pollicemur, quæ ab optimo paſtore, Chriſti uicario expectari poſſint. Modo curet S. T. id eſſe quod audit: & in primis ſanctum concilij œcumenici negocium, uane ſæpe promiſſum, ab aliquot ſeculis non exhibitum, ita inuicto animo, unà cum Cæſarea maieſtate, ac reliquis Chriſtianis potentatibus promoueat, ut eccleſiæ à tot hoſtibus afflictæ, & tam laceræ, tandem conſulatur. Et ſic omnino exiſtima, hãc coronam à deo iam centum annis in id tibi fore reſeruatam: quare gloriam tuam ne des alteri, ſed tene quod habes, ne coronã tuam accipiat alter. Quod autem clementer admodum S.T. per literas ſuas in forma breuis, dignata eſt me homuncionem hortari, ut hoc tempore ſtudium pietatis ad catholicam fidem defendendam, adhibere uelim: præſtat obſequioſum animum facto potius quàm phaleris uerborum declarare. Ecce qui iam pridem chalcographorum opera primam partem operum aduerſus ſectas publicaueram de primatu Petri, & de pœnitentia, ſecundam item partem de ſacrificio miſſæ, de Purgatorio, de imaginibus non tollendis: exhibui tandẽ quintã partem declamatoriam hominibus noſtræ linguæ, in quatuor tomis: multorum autẽ etiam illuſtrium, pulſatus precibus, curaui ut latine lo-

querentur: ex quibus tres priores ſub Clemente ſeptimo ſe.re. emiſimus. Iam uero quartum tomum de Sacramentis, cum utilem, tum noſtris neceſſarium exhibemus, iuſſu reuerendiſſ. cardinalis Mogũtini, principis & uirtutibus, & dignitatibus, & natalibus excelſi, ac ſtudiorum Mecœnatis pientiſſimi, ab initio à nobis editum Germanice, quem S.T. nuncupatim dedicatum, latinum theatro orbis exhibemus. Quo opere abunde teſtatum arbitror, oĩa me pro eccleſia, pro fide, pro ſ.ap, impigerrime facturũ. D.O.M. diu nobis ſeruet S.T. incolumem. Ingoldſtadij Baioariæ prima Martij, Anno gratiæ M.D.XXXV.

S. T.

obſequentiſſ.

ſeruitor

Ioh. Eckius.

SYLLABVS EPISTOLAE GERMANICAE AD REVERENdiſſ. ac Illuſtriſſ. principem Electorem D. Albertum cardinalem Moguntinum, Germaniæ primatem &c. marchionem Brandenburgen. ducem Stetini &c.

SPiritusſanctus, quẽ Christus dedit apoſtolis & toti eccleſiæ conſolatorem & doctorem ueritatis, locuplete ſuo munere functus eſt per canonicos ſcriptores, ſacra concilia, & ſanctos doctores, qui eius inſpiratione & adflatu ſcripſerunt, diffiniuerunt, ac declararunt, quæ ad eccleſiæ ædificatiõem utilia fuerũt, opportuna ac neceſſaria, ut uere dicere poſſimus cum Iohãne, Vnctio docet nos de omnibus. At obſtinatior eſt hominum malitia, q̃ quod ſcriptis & definitionibus eorum obediat: ſed ſicut Dathan & Chore & Abiron, & perſæpe Iudæi reſtiterunt Moyſi, deo adhuc pręſentiam ſuam in terribili fumante monte Sinai, buccinis, tonitruis & fulguribus atteſtãte, ita hodie deus permittit huiuſmodi cæcitatem, & duritiem ſchiſmaticorum in eccleſia, quemadmodum & ipſe, & S. Petrus, S. Paulus, S. Thaddæus hæc

Iohã. 14. Iohã. 16. 1. Iohan. 2. Num. 16. Exo. 19. & 20. Matt. 24.

omnia prædixerunt Quomodo autem pij fideles debeāt eſſe inſtructi in hoc periculoſo tempore, docuit nos Paulus, Theſſalonicen. ſcribens, Rogamus uos fratres, ut noueritis eos, qui laborant inter nos, & præſunt uobis in domino, & monent uos, ut habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum, & pacem habete cum eis. & præmiſerat, Conſolamini inuicem, & ędificate alterutrum ſicut facitis. Vtinam omnes principes & rectores cum ſubditis, paruiſſent iuſſui apoſtolico, ſicut reuerendiſſimus antiſtes Moguntinus, q bullam pontificiam, edictū Cæſaris aduerſus Lutherum, adhibitis paternis admonitionibus per omia ſua dominia, mature & grauiter curauit publicari, inobedientes manſuete primum, dein uirga apoſtolica ad ſaniorem mentem reuocare ſtuduit. Calicearios laicos primum ex curia ſua abmādauit, deinde ex dominijs ſuis proſcripſit: unde furioſi apoſtatæ Lutheri ueſpas & œſtra in ſe concitauit, ut illius famam atrociter ac ſ[illegible]tioſiſſime proſcinderēt. Oculatus ſum teſtis & auritu[illegible]ua diligentia, quanto ſtudio ſchiſmaticos ad concordiam in comitijs Auguſtæ & Ratisbonæ reducere ſategerit. Eodem zelo, cum auide legeret, & ſecum circumueheret homilias noſtras de Tempore, ut uocant, & Sanctis, iuſſu Bauariæ principum per me editas, uiſum eſt illuſtriſſ. ſuæ D. ex re fidelium eſſe, ſi quartum tomum de Sacramētis ſubijcerem, quod filij Amon & Moab hoſtes eccleſiæ hic maxime inſaniant. Iuſſit ut eum facerem. ſacroſanctum exiſtimaui tanti præſulis iudicium, & deo adiutore feliciter abſolui, ac celſitudini ſuæ dedicatum, cum mei commendatione, typographorum opera in mundum ſparſi. Deus Mecœnatem pientiſſimum diu ſeruet incolumem.

1. Theſſ. 1.

2. Petri. 2.
Iudę. 1.

1. Theſſ 5.
Card Moguntinus.

A calicē quem in communione neceſſarium aſſerunt.

SOLI DEO GLORIA

INDEX RERVM AC VOCVM MAXIME ſcitu dignarum Tomi quarti Homiliarum Eckij de Sacramentis, ſumma Bartholomæi Laurentis opera nunc primum congeſtus.

Corrigantur in exemplari ipſo numeri iſti ſequentes, 322. 377. 416. 474. 612. 616. 617. 620. 621. 624.

Aron à deo electus, ab hoīe conſecratus 529
Aaronis inſtar qui uocandi ſeu eligendi ſacerdotes 512
Abelis oblatio q̄d figurarit 17
abironi & Choræ q̄ hodie ſimiles Lutherani 513
abolitio certorū baptiſmi temporum rationabilis 151
abraam quomodo fuerit ſacerdos 269
abrenunciationis in baptiſmo uſus defenditur 124.125
abſolutio prius contriti 412
abſolutio ſecūda q̄d faciat 390
abſolutionis forma 405.406
abſolutiōem poſſe diuidi 368
abſolutiones uariæ 409
abuſus quidam indoctorum ſacerdotum 469
abuſus quidā ignauorū epiſcoporum 185.201
abuſus quidam principum Iudæos ſuauius tractantium 86.87
Achor confeſſio qualis 548
acolythi etymologia & interpretatio 561
acolythorum officium & figura 561.562
Adoratio euchariſtiæ aſſeritur 258
adultus quomodo baptizandus 88.& inde
Aequalia peccata omnia non eſſe 427
ærij hæreſis 600
Agar quo alio nomine ſecundum aliquos dicta 694

agnus paſchalis myſtice quid 24.211
ἀκόλουθον quid ſonet 591
Albimontenſium cãtiunculatum autores cuiuſmodi 14
alexandri Hales opinio quædam confutatu indigna, reijcitur 195
aliena fides quid nõnunquam proſit alienis 144
altare quo græco nomine uocetur 231
altera naufragij tabula quæ 305.397
Anadochus quis 110.139
an bene uiuẽtes, & de Chriſto nihil ſcientes, ſaluentur 10.11
andreæ quotidianum miſſæ ſacrificium 233
anima hominis in quo tãtum ſatiari poſſit 310
anima morientis q̃ uarie infeſtetur à diabolis 490
animatũ corpus eſſe in euchariſtia 263
an indulgentijs plus pecuniæ inſumptũ ſit, iamdudum q̃ libellulis Lutheranorũ 539
annulus epiſcopalis 607
an poſſit quis ſatisfacere deo pro peccatis 416
an quis poſſit alteri mereri gratiam primam 422
an repugnet, ſacramenta conferre gratiam, & deum 45
antichriſti non longe abſentis indicium certum quod 532
Aptio clauis ſacerdotalis 401
apertionis in baptiſmo uocabulum, quid ſibi uelit 121
apoſtoli num ſint baptizati 151
apoſtolorum tempore paruulos baptizatos fuiſſe 83
apoſtolos chriſmate uſos eſſe 175
apoſtaſia Lutheri 512
applicatio meriti paſſiõis Chriſti quomodo nobis cõtingat 436. & inde
Aqua baptiſmo apta aut non apta, quæ 70.71.128
aqua benedicta q̃le quid ſit 33
aqua egrediẽs de templo, quæ 61
aqua ſacra ſynagogæ qualis fuerit 34
aquæ benedictæ laus & uis 34
aquæ proprietates 36
Arca Noæ cuius figura 49.285
arcæ olim quantus exhibitus ſit honor 256. & inde
ardens candela cur baptizato detur in manum 137

argentinenſium hæreſiarchæ qui 280
armacani error 464
arriana baptizandi forma quę 75
artaxerxis quoddã de ſale iuſſum, cuiuſmodi 119
Aſſueri edictum de uirorum in mulieres dominio 694
Autoritas eccleſiæ quanta 291

Babylonicę mulieris ſacramentum quid ſibi uelit 8
bacchonis cuiuſdam opinio de confirmationis inſtitutione exploditur 195
baculo epiſcopali qd fiat 607
balſamum quid ſignet 464
balſami myſtica ſignificatio 177
balſami uirtus quanta, & eius myſtica ſignificatio 163
baptiſmus contra quem morbum inſtitutus 41
baptiſmus cur dicat ſacramentum primum 475
baptiſmus cur habuerit præuiam præparationem 50
baptiſmus ignis 57.58
baptiſmus in aqua cur inſtitutus 71
baptiſmus Iohannis qualis fuerit 50. & deinceps
baptiſmus quam pœnam baptizato auferat, quam relinquat 91
baptiſmus quãdo aut quis, proprie dicendus 69
baptiſmus utrum immergendo fieri debeat, an aſpergendo 131
baptiſmi efficacia 90
baptiſmi definitio 68
baptiſmi excellẽtia quãta 154
baptiſmi gratiam qui baptizati recipiant 92
baptiſmi inſtitutio qñ facta 65
baptiſmi laus 161
baptiſmi myſtica ſignificatio 155
baptiſmi opera quęq; quæ 102
baptiſmi ſacramentum in quo ſitum 36
baptiſmo Iohannis quæ tria infuerint 53
baptiſmum conferre gratiam 94. & inde
baptiſmum flaminis & ſanguinis non eſſe ſacramentum 67
baptiſmum Iohannis non fuiſſe ſacramentum 48.51

baptizandi modus diuerſus 127.128
baptizandi mos in Gallia 133
baptizãdi paruulos rõnes 84
baptizatis q̃ arcte ſeruãda ꝓ-miſſa patrinorum 145
baptizator principalis quis 76.77
barbara unde putetur baptizata 79
barba myſtice quid ſit 465
baſileenſiũ hæreſiarcha qs 280
Benedictio ſponſi & ſpõſę 720
benedictiõis diuinæ in animalia & hoĩes, q̃ diuerſa 668
berengarij opinio hæretica circa ſacramẽtum altaris 242
bethlehem quid ſonet 211
Bibite ex hoc omnes, quomodo intelligendum 281.301
bis chriſmate inungi Chriſtianos 135
bis in q̃drageſima cõfiteri 369
bis tantum cur etiamnum conſecret fons baptiſmi quotannis 148
Blaſphemia Lutheri in baptiſtam & eius ꝑdicationẽ 329
blaſphemia Lutheri in ſacros ordines quanta 601
blaſphemia Lutheranorum & aliorum hæreticorum in euchariſtiam 256
blaſphemia Lutheranorum in ſanctum chriſma 195
blaſphemiæ in epiſtolam S. Iacobi 454
Bohemi per quem ante Vuiclephum ſeu Huſſum ſeducti 286
bona coniugij tria 683
CAecitas incredibilis Lutheri 456.550.551
cęleſtia quomodo ab homine intelligantur 12
cæcus quomodo ungẽdꝰ 485
cæremoniæ aliquot ueteris teſtamenti cur nobis ſupmanſerint 27
cæremoniæ baptiſmi quæ & quot 116
cæremoniæ in ungendo exhiberi ſolitæ 502.& deinceps
cęremoniæ Lutheranorum cęremonias catholicas profligantium quæ 14
cæremoniæ ordinationis epiſcopalis 605
cæremoniarum baptiſmi defenſio 108
caietani opinio de diuortijs & diuortiatis refellitur 670
calix quomodo dicatur nouũ teſtamentum 236

calumnia in Paulum, quaſi cõtradixerit Chriſto in cauſa diuortij, refellitur 678
calumnia Lutheri in ſacerdotes de ſubtractione alterius ſpeciei 285
calumniæ hæreticorum de cõmunione ſub utraq; ſpecie, cõfutant. 295. & in. 501. & in
campani cuiuſdam Lutherani impetus in ſanctam trinitatem 455
candelabrum myſtice qd 555
candida baptizati ueſtis, quid 156. 157
canones apoſtolorum, approbatos eſſe 592
cantoratus 587
capaces baptiſmi q ſint 68 81
capaces ordinum ſacrorum q, & qui non 576
capax cõfirmationis quis 200
carnalitas Lutheri 541
carnem ueram eſſe in ſacramẽto altaris, non figuram carnis 248
carolſtadij error ſeu furia potius 378
catabaptiſtæ circũcludunt 160
catabaptiſtæ cur non baptizent paruulos 85
catabaptiſtarum ſanne eludun tur 110
catabaptiſmum eſſe blaſphemum 104
catechiſmus quid ſit, & eius defenſio 109. & inde
catechumeni qui 124
catechumeni quid ſonet 192
catholicorum inter hæreticos agẽdũ informatio 591. & in
cauſæ aliquot contrahẽdi matrimonij 650 & circiter
cauſæ tres diuerſorum graduum ordinis 536. 537
cautela coniugatorum 625
cauſæ mouentes ad pœnitentiam agendam q̃t ſint 509 & deinde
Celare peccatum aliquod in confeſſione, an & quomodo liceat 394
celata in confeſſione, nõ celanda in iudicio 366
ceroferarij qui 561
certificatio conſcientiæ noſtræ alioqui impoſſibilis, unde 15
Character baptiſmi 99
character confirmationis 182
character ſacerdotalis non eſt delebilis 517
characteris ex ſcripturis contra Lutheranos aſſertio 101 & deinde

charitati quod ſacramentum reſpondeat 41
charitatem & timorem in uno eodemq́ſimul ſtare 325
chirothecæ epiſcopales 607
chirotonia quid ſonet 534
chriſma conſecratum eſſe debere 169
chriſma quando conſecrandũ 171
chriſma unde dicatur, & quid ſonet 135.165
chriſmatis materia 162
chriſmatis conſecrãdi certum tẽpus q̃d,& eius duratio 168
chriſmate an uſus Chriſt' 170
chriſtus unde dictus 190
chriſti humilitas & gloria 155
chriſto nomen unde 175.177
chriſtũ bis eſſe baptizatũ 156
chriſtum in ſacrificio miſſæ offerri 217
chriſtum ſemel ſeipſum obtuliſſe, & adhuc quotidie à nobis offerri, quomodo intelligendum 235
chriſtianus quid ſonet 135
chriſtiano non licere infidelẽ ducere, niſi fidelis fiat 648
chriſtianum quenque ter diuerſimode inungi 447
chriſtiani omnes an & quomodo, & quomodo non ſint ſacerdotes 545
chriſtiani oẽs q̃modo ſint myſtici reges & ſacerdotes 126
chr̃iani unde dicti 185.195.545
chriſtianorũ ſignaculum q̃d 14
chriſtianos in cruce cum Chriſto baptizatos eẽ, nõ in Iordane 156
chrotildis quem regem cõuerterit 648
Circũciſio cuius ſit legis, & q̃ta eius fuerit efficacia 20
circunſtantiæ duplices 379
circunſtantiæ peccatorum cõfitendæ 377
circunſtantiæ peccatorum q̃ ſint multiplices 381
circunſtantias maxime uel grauare uel leuare peccata 578
ciſtertiẽſe quoddã ſtatutũ 587
Claues cui promiſſæ & datæ 544
claues eſſe plures 402
claues an fuerint in ueteri teſtamento 399
clauis ſciẽtiæ & poteſtatis 405
clauium poteſtas 345.398
clauſura cæli triplex 400
clericatus 587
Cochlæi commendatio 501
cœnæ nomen, miſſæ dandum

non eſſe 220
coloniæ apud D. Andreę quid aliquando miri factum 89
columbæ ſymbolum 35
communio alterius ſpeciei q̃s ob res uetita 282
communio laica 276
communionem unius tãtum ſpeciei, Chriſto nihil omnino aduerſari 285
communionē utriuſq; ſpeciei qs inuexerit Bohemię 279
communionē utriuſq; ſpeciei olim aliquandiu in uſu fuiſſe 270
communionis nomen qd inferat 265
comparatio baptiſmi & cõfirmationis 185
competentes q olim dicti 124
concomitantia 262
condemnandi ſeu ferendi ſententias, aliquot formæ 405
confeſſa peccata q̃ nõ reuelanda 384
confeſſio 315
confeſſio cur uideatur amarior 364
confeſſio euangelica 337
confeſſio interna legis naturalis 336
confeſſio præfigurata in ueteri teſtamento 348
confeſſio probatur ex patribus 351
cõfeſſio q̃lis debeat eē 361.366
confeſſio quanti facienda 356
confeſſio quomodo debeat eſſe propria 382
confeſſio ſacramentalis oſtenditur ex ſcripturis 343 & in
confeſſionis iterandæ caſus aliquot 385
confeſſionis non differēdæ caſus 375
cõfeſſionis procraſtinatio 370
confeſſionem occultã eſſe debere, & confeſſoris & confitentis reſpectu 383
confeſſionem præceptam eſſe 346
confeſſionē ſemper fuiſſe, non heri aut hodie cœpiſſe 335
confeſſione oris uſos eſſe & Iudæos 339
confeſſor quis eligendus 377
confeſſoris boni officium 367
confirmandi modus 178
confirmatio cui defectui amouendo inſtituta 42
confirmatio cur ſuſcipiatur 181.182
confirmatio cur uulgo tam nihili putetur 205

Confirmatio etiã ſtatim poſt baptiſmũ, ſi fieri poteſt, ſuſcipienda 183.201
confirmatio in quo ſuperet baptiſmum 203
confirmatio quando & à quo inſtituta 196.& deinceps
confirmatio qui fiat 180
confirmationis an tanta neceſſitas quanta baptiſmi 201
confirmationis cõtemptus qd mali importet 202
confirmatiõis forma 177.178
confirmationis materia 173
cõfirmationem eſſe ſacramentum 186
confirmationem ſemper habitam pro ſacramento 188
confirmatis quid quotidie cogitandum 204
confitenda peccata quæ 358
confitendi locus quis 376
confitẽdum ne ſit ſtatim poſt peccatum admiſſum 375
confiteri quid ſit 361
confiteri ſoli deo, ſatis non eſſe, & eius ratio 355
coniugato quatenus liceat clericum eſſe 587
coniugalia opera non eſſe peccata mortalia 625
coniugium & bonum eſſe, & à deo 615
coniugium gentiliũ 642.& in̄
conſciẽtiç pacatio unica q̃ 415
conſecrandi chriſmatis autoritas penes quem ſolum 170
conſepeliri Chriſto in baptiſmo 160
conſolatio miſerorum & tribulatorum patienter ferentium 314
conſtantienſis concilij decretũ de communione ſub altera ſpecie tantum 289
conſtantienſium hæreſiarcha quis 280
contrahere poſſe duos ſimul, nemine præſente, tametſi non ſine peccato 622
contemnens confimationem an p̃fectus ſit Chriſtianꝰ 202
cõtritio, prima pœnitẽtiæ pars 315.319
contritio quàm neceſſaria, & q̃ à Luthero contempta 332
cõtritio quomodo deleat peccata 410
Creaturas quotidie alias in alias mutari 245
credere quid ſit 145
crucis Chriſti aduerſum peccatores clamor 204
crucis uirtus quãta 498.499

Cui aut ubi confitendum 577
cur laicis altera ſacramenti ſpecies ablata 277
cur multi ſint ſacerdotes 585
cuſtodia euchariſtię in templis defenditur 254.255
Cyprianus per quem excuſetur à Donatiſmo 77
cypriani aſſertio de tranſmutatione in euchariſtia 265

Daemones triplices 567
dãnationi aĩarũ q̃ oporteat condolere 309
dauid quoties unctus 165.175 447
Debitum reddere 635
decimas dare, quale quid olim fuerit 18.19
defuncti quomodo à peccatis ſoluantur 496
deprauatus per Lutherũ euangelij locus 307
deũ conſiderare opera noſtra, contra Lutherum 425
deũ poſſe plura facere, q̃ nos intelligere 250
deum tripliciter offendi, corde ore & opere 315
deuotio quorundam ſeu pietas inepta quæ 76
Diabolica quædam adinuentio Lutheranorũ cõfutat 299
diaconatus ordo probaĩ 569
diaconi officio quãdo functus Chriſtus 574
diaconis qñ pmiſſum adminiſtrare ſacramentum 575
diacono an liceat p̃dicare 520
diaconorum figura 575
diaconorũ officium 570.571 & ordinatio 574
diaconorum ſeptem in cathedralibus eccleſiis ordinatio & figura unde 575
διαλλάττω quid ſignificet 684
differentia baptiſmi & circunciſionis 20.21
differentia epiſcopi & preſbyteri 605.& circiter
differentia ſacramentorum ueteris & noui teſtamenti 25
differre cõiugia infidelium & Chriſtianorum 650
dilatio baptiſmi q̃ ſit nunc reſtricta 125
dimidiã ſperare ueniã, qd 367
dimittere ſacerdotes peccata, qualiter accipiendum 412
dirimere matrimoniũ & diuortiũ facere, lõge differre 672
diuerſa eẽ euãgelica ſacramẽta à legalibus, contra Lutheranos 46
diuortium & diremptio ma-

trimonij q̃tū differant 672
diuortium Romæ adhuc ethni cæ primum factū unde 693
diuortia Lutheranica leuiſſi ma 671
Docere, non eſſe plebis, cõtra Lutherum 549
docti à deo omnes qui 549
donatiſtarū error qs fuerit 77
dos in matrimonio cur 665
Dubia confiteri 360
duodenarij commendatio 172
duo quædam in recogitatio ne & confeſſione peccatorū obſeruanda 364
duo q̃dam in ſacramētis q̃ 28
duplex honor ſacerdotib' im pendendus, quis 551
ECcleſia audienda, nõ op pugnatores eccleſiæ 192.193
eccleſiæ autoritas 652
eccleſiæ fides q̃ iuuet paruulos baptizandos 139
eccleſiæ ne catholicę, an hære ſiarchis aliq̃t credendū 288
eccleſiæ firmiter credendū eſſe contra quoſuis hæreticos 37
eccleſiæ obediendum 312
Edom myſtice quid 61
Efficacia ſacrorū unde 30.31
Electio epiſcopi 545.546
electio plebeia cur ſublata 547
eleemoſynis peccatū quomo do redimatur 428
Emaunten ſibus diſcipulis quõ ſacramētū à Chriſto datū 272
emſeri laus 230.453
emerētiana quõ baptizata 66
emerentianæ laus 198.199
emunctoria myſtice qui 554
Energumeni qui 124
Ephera quid ſonet 121
epiſcopalis ordo quis, & an ſit ſacramentum 588. & inde
epiſcopatuū gradus tres q 596
epiſcopus à quot epiſcopis cõ ſecretur 595
epiſcopus quid ſonet 524
epiſcopi quorum ſint ſucceſſo res 590
epiſcopi cur tm̃ confirmēt, nõ presbyteri, non diaconi 186
epiſcopo ordinando quot ne ceſſarij epiſcopi 605
epiſcoporum officia 609
epiſcoporum ignauia 201
epiſtolam canere in tēplo, cui us interſit 566
epiſtolā Iacobi, & Iacobi eſſe, & catholicā 451. & deinceps
Eraſmi laus & morſus 680
eraſmi petitio ſeu opinio de di uortijs, reijcitur 670

ermigilli uel Hermigilli laus à constantia & martyrio 392
error quidam nouitius Lutheranorum sacerdotũ cõfutatũ 298
error Lutheri circa eucharistiã 250 & eius confutatio 251
error quidam uirulentus Lutheri 105.106
errores Lutheri circa matrimonium 642 (558.559
errores Lutheri de confessiõe
error Lutheri circa satisfactionem 419
erubescere coram sacerdote et ipso peccatore, quid sit 367
erubescere quãta sit pœna 353
Essentialem rerum naturã homini ignotã esse, & cur id 12
Eucharistia quid sonet 208
eucharistia cur nunquam nisi sub utraq; specie consecranda 297
eucharistiæ nomen unde 489
eucharistiæ sacramẽtũ cui morbo medendo adhibitum 42
eucharistiã ad infirmos portari & in supplicationib' 256
Excludi regno cælorum, grauius esse q̃ inferno addici 333
excommunicare 520
excoicare an sit clauiũ 402
exigere debitum 634
ἐξομολόγησις quid sonet 347
exorcismus quid & eius defensio 112. & inde
exorcistarum ordinatio & officium & figura 559.560
exorcizandi mos q̃ uetus 113
expeditio Lutheri, ipso digna 598 (444
extremæ unctionis definitio

F

Atui & furiosi an sint capaces unctionis extremæ 479
Fermẽtati panis usus in sacrato altaris 285
Fictus baptizatus, quomodo tractandus 89
fides paruulorum 96 & qualis ea sit 97
fidei laus 316.317
fidei q̃d sacramẽtũ tribuat 41
fidelẽ cõiugẽ, q̃t in casibus liceat, ab infideli discedere 646
figuræ baptismi 48.49.& in
figuræ sacramenti eucharistiæ ex ueteri testamẽto 209.& in
filialis timor quis 323
filij an necessario obstringantur uotis parentum de se proprie factis 145
filij Iudæorum an & quõ inuitis parentibus baptizandi 85
Flaminis baptismus quis 64

flaminis baptiſmo baptizati q 150
flaminis baptiſmum ſatis non eſſe, ſi & fluminis obtineri poſſit 65
Forma baptiſmi latina 75
forma baptizati à Iohanne Chriſti 55
formula baptiſmi Iohannis 55
forma unctionis extremæ diuerſa apud diuerſos 466. & inde
fortitudini quod ſacramẽtum adaptetur 41
Friderici II. imperatoris uxor Saracena nata 647
frons cur ſignetur in cõfirmatione 181
Fur quis 380
fures ſacramentorum q 299
furioſo quatenus conferendũ ſacramentum 479
GAndulpho quid ridiculi attribuatur 70
Geminam in anima eſſe fidem 97
genoueſæ uirginis unctio ſup infirmos, qualis 471
gerſonis ſuggeſtio quædam pia 95
Gloſſa quædam ridicula Bernardi 70
Gradus conſanguinitatis in lege cõtrahẽtibus uetiti, q 710
gradus tres hominum 330.331
gradus quidam tres pœnitentis 321
græca baptiſmi forma 74
gratiam dari in ordinatione 515.522
HAereſiarcharũ aliquot ueterum & nouorũ cumulus 280
hæreſim non dirimere matrimonium 649
hęretici ueteres pij prę noſtratibus iſtis impijs 641
hæreticis correctis cur manus imponatur 187
hæreticorum aduerſus euchariſtiæ ſacramentum rationes confutantur 234. & ĩn
hæreticorum baptiſmus quis aut q̃modo recipiendus 77
hęreticorũ de ſacramẽto altaris opinio cõfutatur 216. & ĩn
hæreticorum inconſtantia 538
hęreticorum mores 600.601
hæreticos grauius ac grauius ſenſim cadere 424
hæreticos minus credere Chriſto q̃ ipſum diabolum 245
haymo quid imponat Cypriano 135

henrici imperatoris q̃uis uxorati uirginitas 659
Hiſpani nobiles quomodo ducant filias Saracenicas 647
Hominis miſeriæ quantæ 5
honor ſacerdotũ quantus 552
Hypodiaconus qd ſonet 564
IAcobi autoritas q̃nta 456
iacobi epiſtola cur aliquandiu recepta non fuit 452
iacobi epiſtola q̃ indigne à Luthero tractata 451
iacobũ miſſam celebraſſe 252
iacoboꝝ duoꝝ inter apoſtolos differẽtia Luthero ignota 456
ianitoris officium,&eius in ueteri lege figura 557
Idololatria quõ & per quẽ in mundum ſubrepſerit 215
Ieſu nomen quomodo totã repræſentet trinitatem 74
Illationem de uno ſacr̃o ad aliud,nõ ſemper ualere 238
Immerſio baptiſmi una an trina rationabilior 131.132
impanatum quis hæreticus faciat Chriſtum 251
imperator an ſit ſubdiaconus 569
impietas Lutheranorum 257
impoſitio manuum an ſup ab ſoluendum neceſſaria 407
ĩpoſitio manuũ uaria 186.187
ĩpoſtura & cauill' Lutheri 281
Inconſtantia Lutheri 263
incruentũ ſacrificium q̃d 222
indelebilis character q̃rũ ſit ſacramentorum 104
indi quomodo baptizent 57
ineptiſſima quædam Lutheri concluſio 548
infans in utero materno à Turca occiſus,an pro baptizato habendus 66.67
infans in utero matris an & q̃modo baptizãdus 82
infula epiſcopalis 607
innocentes quõ baptizati 66
inſcitia Lutheri in ſignato ſeu re unctionis extremæ 457
inſtabilitas Lutheri 252
intellect' noſter ubi potiſſimũ captiuandus 240
interpres ſcripturarum optimus quis 461
Ioco baptizare,q̃le putãdũ 81
iola Sultani filia, cui impatori Chriſtiano nupta 647
iouiniani error & Lutheri 427
Irregularitates quas baptiſm' non tollit,quæ 94
Iterare confeſſionem quitenentur 385
iteratio cõfeſſiõis uolũtaria q̃tenus licita & utilis 385

Iudæis baptizatis an ſua om̃ia quomodocũq; acquiſita, relinqui debeant 93 94
Iudæo cõuerſo nõ exprobrandus Iudaiſmus 88
iumẽto iponere myſtice q̃d 5
iuriſdictio 404.518
iuſtitię q̃d ſacr̃m applicetur 41
καταλλάττω q̃d ſignificet 684

Laicis ſub una tãtum ſpecie ſumendum eſſe ſacramentum 267.& iñ
latro in cruce an & quomodo ſit baptizatus 64.65
laurẽtium adminiſtraſſe fidelib' ſanguinẽChr̃i 271.472
laus confirmationis 189
laus epiſtolæ Iacobi 455
lectoris officio ubi funct'Chriſtus 559
lectorꝝ officiũ & ordinatio 558
legis naturæ ſacramenta q̃t 17
legis ſcriptæ ſacramẽta quàm multiplicia 22
λειτουργία quid ſonet 526
lepra myſtice quid 548
lepræ ſigna quatuor 337
leproſi quõ ungantur 501
Libellus repudíj quæ contineurit uerba 675
lingua cur non ungatur 485
linguarum ignearũ ſuper apoſtolos ſignaculum quale 35
Lucernaꝝ uſus defenditur 553
lumbi & umbilicus cur nõ ungantur 984
luminaria ſeptem quid 554
lutherus cur in hæreſes prolapſus 191
lutherus quomodo impugnet ſacerdotíj dignitatem 549
lutheri blaſphemia in ſacramẽtũ unctionis 451. 455.460
lutheri cõtradictio aduerſus ſe ipſum, de gr̃a ſacr̃oꝝ 45
lutheri cum dæmone conuerſatio affirmatur 191
lutheri de cõfeſſiõe error' 340
lutheri hæreſis circa ſacramentum euchariſtiæ, quæ 245
lutheri impietas circa diuortia 671
lutheri in conquirendis hæreſibus conſuetudo quæ 432
lutheri in ipſum Paulum blaſphemia 658
lutheri in matrimonium blaſphemia 641 (656
lutheri inſcitia ſeu obſtinatio
lutherani cõfutant̃ 34.37.130
lutheranica ſacramenti definĩtio quæ & quàm uana 47
lutheranorum blaſphemia in ſanctum chriſma 166
lutheranorum blaſphemiæ in ſacramenta 11

lutheranorum confutatio 167
lutheranorum de confirmatione blaſphemia confutatur 184
lutheranorum exagitatio 456
lutheranorum & aliorum hæreticorum impudentia 44
lutheranorum ſibilus contra quinque ordines quis 567

M

Malachias quomodo ꝓphetarit ſacramẽtũ altaris 225. & iñ
manifeſta quomodo debeat eſſe confeſſio 576
manna cuius figura 212
manus ſeu manuũ impoſitio 524.526.567.572.580.581
marcionitarum hæreſis cõtra matrimonium, cõfutat 615
mare uitreum myſtice qd 157
maria an & quomodo ſit baptizata 65.66.152
maria an uncta ſit 481
maria uirgo an quos unxerit infirmos 471
mariam dici matrem Chriſti, cur aliquando uetitum 285
martyres aliquot inſignes ſub tyranno Decio 610
materia baptiſmi quæ 68.70
materia pœnitentiæ quæ 404
matrimonium in paradiſo cur inſtitutum 17
matrimoniũ Chriſtianorũ melius eſſe q̃ iudæorum 650
matrimonium cui defectui ſanando inſtitutum 42
matrimonium eſſe ſacramentum & gratiam cõferre 653 & inde 663.667
matrimoniũ & myſteriũ eſſe, & ſacramentum 658. & iñ
matrimonium licitum eſſe, & cuius ſit remedium 616
matrimonicũ Lutheranicum, cuiuſmodi ſit 641
matrimonium nõ officio tm̃, ſed & remedio eſſe 624
matrimonium quatenus ſeparetur propter hæreſim 649
matrimoniũ rite cõtractũ, nõ niſi per mortẽ diſſolui 674
matrimonij bona tria 658
matrimonij opus peccato obnoxium, cuiuſmodi ſit 655
matrimonij tempora tria 614
Medicamenta Chriſti quid 3
melanchthon cur tãtopere extollat fidem 318 (tentia 317
melanchthonis error de pœni
melchi quid ſonet 210
melchiſedech quis fuerit 18
melchiſedecis & Abrahæ figura quõ laicis adaptanda 269
melchiſedecis oblatio cuius figura 210
mẽbra infirmi ungẽda q̃ 452

membrorũ ungẽdorum ordo 484 (280
memmingẽſiũ hæreſiarcha qs
mendacium & blaſphemia Lutheri 259.260.316
meſach hebraice quid 165
Micholis Dauidẽ irridẽtis imitatores hodie qui 257
miniſter baptiſmi quis 68. 76.79
minoritis in Tartariã ꝓfectis ad prædicandũ illic, qd conceſſum 609
mira quædam 35
mirabile quiddam ex Gregorio 481
mirabiliũ dei ſummũ q̃d 208
miraculũ q̃ddã Agapeti 275
miraculũ uini in ſanguinẽ mutati ſub miſſa 278
miraculi facti in Sefeld rememoratio 215
miracula ex ſcripturis, ſtabiliẽtia tranſſubſtãtiationẽ 244
miraculorum Lutheri iactãtia exibilatur 459
miraculorũ quæ fiũt circa eucharistiam, catalogus 241
mirum quid 89
mirum quid de crucis ſigno ex Lactantio 499
mirũ qd de Nouato 191
mirũ qd de S. Antonio 339
mirũ qd de q̃dam uncto 498
mirum quid de uiro & muliere multinubis 618
miſſa à Luthero & Zuinglio q̃ modo tractata 585.586
miſſa ne utilior, an prædicatio uerbi diuini 586
miſſa quid ſit 221
miſſa q dicatur græce 526
miſſam eſſe opus bonũ 237
miſſam eſſe ſacrificiũ 225. & iñ
miſſam & dei donũ eſſe, & oblationem 238
miſſam nõ eſſe teſtamẽtũ 235
miſſarum laus 585
miſſio prædicatorũ duplex 519
Monachorũ & monacharum coniugiũ à diabolo eſſe 651
monicæ deuotio 208
monicæ ꝓ filio pietas 422
montani blaſphemia 619
montani hæreſis contra bigamiam 617
morbi ſeptẽ, q̃bus medẽdis ſacramenta ſeptem inſtituta ſunt, qui 41
morituris iamiã q̃ acriter diabolus inſtet 490
mors alioq; ineuitabilis, quõ meritorie perferatur 314
mortui, unctione extrema non ungendi 476
mos q̃dã uetus baptizãdi 114

Mulieris & uiri eandem eſſe in matrimonio cauſam 680. & in. 690. & inde
mulieri quatenus baptizare p̄miſſum 78
mulieri q̄t ſeu quibus perſonis nubere uetitum 718.719
mutatio formæ baptiſmi licita & illicita quæ 74.75
mutatio nōim pontificū unde originem habeat 529
mutilati mēbro ungēdo quomodo ungendi 485
mutus & manibus priuatus, an quē baptizare queat 447

Nathanael quis aut qualis fuerit 566
nathin quid ſonet 566
nathinæi quorum figura 565
nazaræi quorum figura 588
Neceſſitates ineuitabiles quō fiant hoi meritoriæ 314
neminē niſi baptizatū, alicuius ſacramēti participē fieri 48
nemini ſacramētū ullū cōferri poſſe niſi baptizato 198
neochriſtianorum aduerſus ſacramenta oppugnatio 30
neophyti qui 124
neſtorij error circa euchariſtiam quis 278
nexus legis, ſacerdotij & ſacrificij 509
Nicodemi euangeliū qua in re ab Alberto allegatum 448
Nōia ſacrōꝝ ſeptem, quæ 39
nouatus q̄d ſchiſma introduxerit, cur, & contra quem 191
nouati ambitio 610
nouatores & reiectores quantum ſibi permittant 679
nouē eccleſiaſtici ordines 607 608
Nucum oleū non eſſe dignam unctionis materiam 465
numerata pecunia quanto p̄ſtet numerandæ 21
nurenbergenſis ordinationis confutatio 406

Obedientia creaturarum hoi cur ſubtracta 11
oblita an cōfitenda 358
oblita peccata quomō in memoriam redigenda 363
obſtetricum baptizatio 76
Ocium q̄ fugiendum 15
Offerre & manducare quomodo ſimul ſtent 239
officiū ſacerdotis legalis 599
Oleū infirmoꝝ & chriſma cur ante uſum conſecrētur 170
oleū myſtice q̄d 162.163 177
oleū nō ſacrū, quō abſq; noua conſecratione ſacretur 465
oleū triplex in miſſa ab epiſcopo quando conſecretur 172

olei cōditiones quot,& ipſum triplex eſſe 463
olei ſignificationes 491
oliuæ ſymbolum 173
Opa noſtra q̄modo fiant meritoria 437
opatio baptiſmi inæq̄lis 105
operationes ſacramēti corporis Chriſti 296
Ordinatio Pauli 526.528.533
ordinatio ſacerdotū q̄diu duratura 557
ordinationis gradus q̄t 554
ordinationē gratiam conferre & ſacramentum eſſe 533
ordinationē ipſam,non ipſum ordinē,ſacr̄m eſſe 582
ordinati alicuius nō baptizati, ordinatio nulla 476
ordinē ſeu ordinationē eſſe ſacramentum 512.515
ordines omnes à Chriſto inſtituti 568
ordines q̄bus nō cōferēdi 576
ordines ſeptem qui 557
ordinis ſacramentū cōtra quē defectum inſtitutum 42
ordinum uarietas 536
ordo inter ſacramenta q̄s 608
ordo inter ordines ſacros q̄s 608
ordo quid dicatur 554
ordo quid, unde ſic dictus, & cur in eccleſia ſit 510
Oreb myſtice quid 213
origenis de cōfeſſiōe ſn̄ia 341
Oſtiarij officiū & ordīatio 557
oſtiarij officio ubinam funct' Chriſtus 558
oſores ſacramentorum,oſores Chriſti eſſe 31

P

Panag hebraice quid 163
panis quomodo uocet ſacramentum altaris 253
Panis benedicti uſus apud q̄s adhuc ſit 35
Panis bn̄dicendi dn̄ico die in templis mos ubi 558
parabaptiſmi adinuētor q̄s 59
parochi ius ſeu poteſtas 518
parocho aut eius uicario confitendum eſſe 385
parocho intruſo confitendum non eſſe 386
paruuli quomodo dicantur fideles 144
paruulos confirmatos maiorē habere non confirmatis gratiam 182
paruulos nō ungi unctione extrema 480
paſcha quid ſonet 219
paſſionē aliquādo baptiſmi uicem implere 10
pater poteſtate in filios q̄n priuari dignus 85

patres in limbo quomodo baptizati 157
patriarchæ in eccleſia q̃t 596
patriarchæ quomodo in Chriſto baptizati 156
patriarchis cur plures fuerint uxores 628.629
patrini ĩ cõfirmãdo q fiãt 179
patrini quõ ꝓ paruulis fidem profiteantur 143
patrinorum officium 140
patrios fieri, nõ ita leue eẽ 141
patrinus quis 110
paulus quid ſonet, & quis apoſtolus ſic dictus 529
Peccata omnia confitenda 358
peccata quõ & à deo & à ſacerdote dimittantur 410.411
peccati grauitas quãta 437
peccati uocabulum quõ in ſcripturis accipiatur 496
peccatorem à ſeipſo reſurgere non poſſe 305
pectus an ungendum in unctione extrema 485
pedum unctio quando & in q bus omittenda 485
pelagi⁹ cur pueros noluerit baptizare 83
pelagĳ error circa ſumptionẽ euchariſtiæ, quis 279
pericula impedientia hoĩem à pnĩa aut cõfeſſione 372
peſtilẽtes quõ ungantur 501
petrũ apl'm miſſam legiſſe 232
petulantia hæreticorꝝ, diuortia paſſim admittentium 695
Pharmacopola myſtice qs 2
philõis de epiſcopis & presbyteris & diaconis ſnia 592.593
Platonis de coitu uxorum in rep. ſnia exibilata 644
plebeia electio cuiuſmodi 547
Poenam non ſimul cum culpa dimitti 424.425.427.431
pœnitenti fidem eſſe neceſſariam 316
pœnitenti nunquam ſua obliuiſcenda peccata 431
pœnitentia contra quem morbum inſtituta 41.42
pœnitentia infirmis aut alioq ſtatim morituris, non iniũgenda 375
pœnitentia q̃ ſalutaris 439
pœnitentia quam ſecuritatem pręſtet pœnitenti 318
pœnitentia ſacramentalis ubi tantum operetur 506
pœnitentia triplex 339
pœnitẽtię duplex acceptio 312
pœnitentiæ etymologia 366
pœnitentię locum poſt mortẽ non eſſe 371
pœnitẽtię miniſter quis 404
pnĩę neceſſitas quãta 305.308

pœnitētiæ partes iuxta opinionem Melanchthonis 517
pœnitentiæ partes ires 515
pœnitentiam agere, & emendare ſe, non idem eſſe 507
pœnitentiam agere quid 425
pœnitentiæ ſacramentalis definitio 508.512
pœnitentiam non debere eſſe iucundam, ſed amaram 365
pœnitentiam reducere opera bona antea perdita 511
pœnitere quid ſonet 366
poſtes ſignari myſtice qd 102
poteſtas ſacerdotalis q̃ multiplex ſit 517. & deinceps
Præcepta legis ſcriptæ quot 23
precium numeratum q̃ præſtet adhuc debito 497
precium ſalutis animarum noſtrarum, quod 21
presbyter quid ſonet 516
presbyteri curſub utraq; ſpecie coīcent in miſſa tantum 294
presbyteri qui dicti, & qd uox ea ſonet 585
presbyteris quid ꝓprie interdictum 171
presbyterorum nomen cur in nouo teſtamento frequentius ſit quàm ſacerdotū 516
presbyterorū ordinatio 579 & inde
primogeniti 509
primogeniti in lege naturæ q̃tæ fuerint dignitatis 18
primogenitorum in lege naturæ ius & priuilegium 269
principalis ſpiritus Dauidi qd 194
principes an debeant Iudæos cogere ad fidem 87
priuata pœnitentia 340
proceſſus in recogitandis peccatis 364
prohibiti ab ordinibis ſacris q 576.577
prohibitio graduum ſeu linearū conſanguinitatis unde 713
promiſſio baptiſmi per ꝓphetas 59
prudentię quod ſacramentum attribuatur 41
Pſalmiſtatus 587
Publica pœnitentia quæ 340
pudorem homini qn̄ uel ingerat uel adimat dæmon 367
pudoris ſedes ubi 181
pueros baptizari debere 82.83
punica lingua q̃ affinis hebraicæ 190
purgare filios Leui, quid 228
QVadraginta pœnitētiæ dies quid 215
Quadringentis amplius locis nouum teſtamentum à

Luthero corruptum eſſe 230
quadringentos articulos fæcis Lutheranæ, Eckium ſe obtuliſſe confutaturum 671
quadruplex ſacramenti euchariſtiæ uſus 223.224
quærenda ab uncto ſeu ungendo quæ 507
quæſtio de circunciſione in lege naturæ 19
quæſtio de ſacramẽtis legis naturæ 18
quæſtio notabilis de patrinorum uicarijs 142
quæſtiones aliquot de baptiſmo Iohannis 55
quæſtiones aliquot de unctione extrema 488 & iñ
quæſtiones aliquot matrimoniũ attingentes 704. & iñ
qualitates olei tres 173
qualitates ſeu cõditiones aquę cuiuſmodi 72
quatuor eſſe in ſacramento euchariſtiæ 262
quatuor ordines minores uno conferri poſſe die 609
quatuor q̃dam eſſe in pnĩa 322
quintuplex panis 249
quomõ ſatisfacere queat peccator pro peccatis 417
quot ueteris legis præcepta, & cur tot fuerint 13
quotuplex ſit baptiſmus 64

RAtio conſecrandi chriſmatis 169
rõnes aliq̃t, nõ licere diuortiatis iterũ cõtrahere 697
rationes aliq̃t, q̃ gratia confeṙatur in ordinatione 534
rationes inſtitutiõis ſacramentorũ quot 11. & deiñ uſq; 16
Rechabitarum laus 145.146
reconciliandi uerbum quomodo paſſim accipiatur 684
reconciliandorum inter ſe cõiugum formula 696
regni cælorum acceptio duplex 310
reges cuiuſmodi nunc oleo unguntur 167
regulæ aliquot cõfirmantis & confirmandorum 178.179
regum unctio uetus & hodierna quàm diuerſa 166
remedij cauſa ſacramẽta à deo inſtituta 16.17
repudij moſaici tractatio 700 & inde
repudiatam quibus ducere uetitum 675
repudiatæ q̃tenus licuerit iterum nubere 676
reſeruatio abſoluendi peccata aliqua defenditur 519
Ridiculi Lutherani 220

Roſſenſis epiſcopi laus 541
Rubrū mare cuius figura 49
ruſticorum nuper in Germania ſuper centum millia clades cui referat accepta 539
SAcerdotes quis proprie conſecret 525
ſacerdotes quō ungendi unctione extrema 485
ſacerdotibus nihil accedere ultra laicos ex utriuſq; ſpeciei in miſſa ſumptione 285.287
ſacerdotij inſtituti finis 536
ſacerdotis etymologia 585
ſacerdotis officio quando functus Chriſtus 584
ſacerdotium à deo inſtitutum in lege quando 512
ſacerdotiū duplex 545
ſacerdotum dignitas quanta 578.& inde
ſacerrima quęq; diligentiſſime cuſtodiēda & ſeruāda 255
ſacramēta gratiam cōferre 44
ſacramenta iuſtificare, contra Lutheranos 45.46
ſacramenta Luthero quot, & quot alijs hæreticis 45
ſacramenta oīa à q̄ inſtituta 30
ſacramenta quomodo ab hæreticis ſumere liceat 392.393
ſacramenta ueteris legis non fuiſſe æqualia 24
ſacramētarij 243
ſacramentariorum autot qs 5
ſacramētariorum piſtorius panis 229
ſacramenti definitio 28.514
ſacramēti uox cur integra manſerit apud Teutones 4
ſacramenti uox unde, & quid ethnicis olim ſignificarit 6
ſacramēti triplex acceptio 67
ſacramentis deum uirtutes ſuas non alligaſſe 9
ſacramentorum impugnatores quid agere dicendi 38
ſacramētorū inſtituēdorū poteſtas penes quē ſolū ſit 195.196
ſacramentorum omniū ianua & primum quod 48
ſacramentorū ſeptē ad uirtutes ſeptem applicatio 41.492
ſacramentum in una materia ꝓpīqua bis nō cōferri 468
ſacramentum quid ſonet 4
ſacrata aliquot ſigna, nō ſacramenta, quæ 33
ſacrificium cuiuſq; q̄le ſit 25
ſacrificiū miſſæ iuge 228
ſacrificium ſacramentale 222
ſacrificium ſpiritus 221
ſacrilegus quis 380
ſalis conſecrati uis quanta 34
ſalis in baptiſmo uſus 118
ſaliua myſtice quid 122

ſaluari hæreticos nõ quærere, ſed ſuperare 424.538
ſamar hebraice quid L
ſamaritanus uerus quis, L
ſanctificationem nullam niſi p unctionem fieri 466
ſanctimonialium longæ confeſſiões nõ calumniãdæ 358
ſanguis Chriſti per ſe cur olim laicis conceſſus 276
ſanguinis baptiſmus 66
ſanitati corporali etiã ꝓdeſſe unctionẽ extremã 497
ſatisfacere ĩ pctõ mortali 439
ſatisfacere quem pro uno peccato, non alio 439
ſatisfacere uiuos pro mortuis 422 & unũ pro altero 440
ſatisfactio 315
ſatisfactio Chriſti quibus non applicet aut ꝓſit 435.& iñ
ſatisfactio pnialis qd 417.418
ſatisfactio q̃ta pniæ pars 415
ſatisfactionis definitio 416
ſatisfactionem eſſe neceſſariam, & qs hæreticus id neget 419 & deinde
ſatisfactionem non implenti quid tandem faciẽdum 390
ſatisfactorium opus quàm ſit meritorium 440
ſatisfeciſſe Chriſtum pro peccatis quomodo intelligendum 434.& inde
ſauli in Paulum mutatio, quõ aut ubi facta 529
Scindere matrem uiuam, propter fœtum non licere 82
ſcientiam, & poteſtatem ſcientiæ, non eſſe idem 402
ſcribæ dicti qui 701
ſcripturæ quomodo ab hæreticis tractentur 542.545
ſcopus ipſiſſimus Lutheri 455
Secker hebraice quid 5
ſecundæ nuptiæ quomodo careant benedictione 622
ſnĩa quædam Cypriani, Lutheranis proprie notanda 523
ſeptem eſſe ſacramenta 37.38
ſeptenarij numeri perfectio & ſignificatio 39
ſeptiformis gratiæ ad ſeptem ordines applicatio 556
ſera pœnitentia 372
ſerpens à Moyſe erectus, myſtice quem repręſentarit 8
ſerpẽs quomodo uirga dictus ſit 255
ſerpentis ænei erectio & demolitio unde 292
ſeruilem timorem eſſe & pœnitentiæ initium 327
ſeruilis timor quis 325
ſetæ ſuillæ quis timor compare tur 327

Signaculum Iudæorum q̃d 14
ſignorum appellatio an ſacramentis danda 6
ſiſebutus quid fecerit 87
Socratica reſp.exploſa 644
ſolennis pœnitentia quæ olim fuerit 339
ſomnium Lutheri 535
ſophiſtica Lutheri 282
Spei q̃d ſacr̃m applicetur 41
Stapulenſis error 477
ſtephanus ad quid ordinatus diaconus 570
ſterilitas aquæ per Eliſeũ quomodo ſanata 54
ſterilitas non aufert matrimonium 625
Subdiaconatus figura 565
ſubdiaconat⁹ officio Chriſtus ubi functus 566
ſubdiacono quid habendũ aut quantum priuſquam ordinetur 568.577
ſubdiaconorum officium & ordinatio 563.564
ſubſtantiam uini non manere in ſacramento 255
ſuffitus thuris q̃d deſignet 27
ſuperſtitiones erroneæ circa ſacramentũ unctiõis 499.500
ſuſceptores aut patrini an baptizando neceſſarij 139
Synaxis 489

TAciani confutantur 616
Temperantiæ quod ſacramentũ aſſimilet 41
templũ materiale,cuius alterius ſit typus 28
tempora baptiſmi olim q̃ 146
tertullianus in quas hæreſes lapſus 617.618
teſtamenti definitio 235
Thurmen quid ſit 305
thyſiaſterium quid 231
Timor duplex 323
timor initiũ pœnitẽtiæ,qs 327
timor mal⁹ aut inutilis qs 326
timor quàm neceſſarius 320
timothe⁹ unde aut quomodo ordinatus 546
Tonſura prima quę,& q̃modo conferatur 586.587
Tranſſubſtantiatio per ſe 261
tranſſubſtantiationẽ in euchariſtia eſſe poſſibilẽ 243.& ĩſi
tres Dauidis unctiones myſtice quid ſignent 173
tria quędam cogentia hominẽ temperare à uitijs 332
triplex cõfeſſio legalis 336.337
triplex in tribus mẽbris unctio Chriſtianorum 172
triplex ſignum eſſe 294
triplex ſpirit⁹ appellatio apud Dauidem, ad quid myſtice 193.194

triplices olim perſonę ungi ſolitæ 164.166
triplicia eſſe ſecundum legem triplicem ſacramēta 17
tripliciter Chriſtum ſeſe obtuliſſe 217
Turcā aliquē aut Iudæū petēti baptiſmū conferre poſſe 77
turcarum immanitas in Vngaria & Germania iamdudum experta, quæ 66
turegienſiū hęreſiarcha qs 280
Tyrānidis inſimulatiō qbus à Luthero neqter īpoſita 285
VAlentinianus impator quō ſit baptizatus 65
Venialia cōfiteri quale ſit, & an neceſſarium 488
uenialia pctā cōfitenda eē 556
ueniā non dimidiari 559
uerbum domini triūphare ꝑpetuo, ſed nō in manicis Lutheranorum 538
Vicarium ſuſceptoris ſeu patrini futuri, patrinum fieri, nō q ipſum delegauit 142
uictima Chriſti quæ 221
uiduā quandiu oporteat cum decentia à nouis nuptijs cōtinere 621
uiduitatem eſſe bonam, ſed nemini præceptam 618
uindicare peccatū in ſeipſo, q̄ meritorium 315
uiro cur plures licuerint uxores, nō mulieri plures uiri 650
uiro quot pſonas ducere non licuerit 710.711.717
uirtutes animæ tres 483
uirtutes principales quot 40
uiſibile ſignum ſpirituſſancti apoſtolis dati, quid 187.188
Vlmenſiū hæreſiarcha qs 280
Vnctio an uno in morbo iterāda & quādo 485.486
unctio extrema an aliqb' morti addictis conferenda 475
unctio extrema contra quid morbi ordinata 42
unctio impœnitenti non conferenda 478
unctio infirmi, quare cognoſcitur extrema 449
unctio mulierum quæ 484
unctio quō nos doceat 551
unctio q̄t in ſacramentis uſurpetur 448
unctio ſacerdotum & regum olim an eadē 166.167
unctio ſynagogæ 164
unctionis effectus q 487. & īn
unctionis extremæ capaces q 474
unctionis extremæ materia q̄ ſit 462
unctionis extremæ miniſter

quis 470.471
unctiōis extremæ ſignatū 458
unctionis puerorum in baptiſmo defenſio 126
unctionis quãta neceſſitas 501
unctionis ſacramentum ubi & quando à Chriſto inſtitutū 446
unctiōem infirmorum, eſſe ſacramentum 445
unctiones baptizãdi quot 154
unctiões membrorũ quot 485
unctionũ diuerſitas quæ 444
ungentis iamiam morientē, informatio 477
unguenta myſtice quid 2
unius utrũ unus tantũ ſit patrinus, an plures 142
Vocatũ à deo, ordinari tamen oportere ab homine 528
uoces aliquor permanere integras apud omnes fideles 4
uoluntariũ uinculũ magis ligare q̃ naturale 614
uoto parentum in filios, an filij obligentur 145
Vrbani cuiuſdam Rieger delirĩu in cauſa cōfeſſionis 346
Vſurarij iudæi q ferendi 88
uſura iudaica, quãtorum inter Chriſtianos peccatorum ſit cauſa 88
Vtilitas pœnitentiæ 311
utrancp ſacramenti ſpeciem laicis neceſſariam nō eſſe 266 & inde
Vulgi in ſacerdotes per Lutherum incitatio 546
Vxor cur ducenda 627
uxor Lutheri, qualis 642
uxorũ cauſa in lege durior q̃ uirorum 699
waldenſium contra extremam unctionē blaſphemia 444
wiclefi error circa euchariſtiã 242 & circa matrimoniũ 623
Xiſti (aliàs Xyſti) Pythagorici ſentētia quędã inſignis 637
Zambri qua de cauſa & à quo occiſus 513
Zedec quid ſonet 210
Zuinglius temere æquauit baptiſmum Chriſti & Iohannis 58
zuinglij baptiſmum, baptiſmũ non eſſe 79.80
zuinglij error 83
zuinglij iactantia ex fletu quē expreſſerit uetulis 285
zuinglij iactantia inepta impia'q de hebraiſmo 80
zuinglij nequitia etiam in uocem ſacramenti 45

REGESTVM HOMILIARVM HVIVS QVARTI TOMI DE Sacramentis per Eckium.

Prima homilia de ſacramentis in communi 1
2. de cauſis cur inſtituta ſunt ſacramenta 9
3. de ſacramentis legis ⁊ circunciſione 16
4. de ſacramentis noui teſtamenti in communi 27
5. de eodem 32
6. de numero ſacramentorum 40
7. de baptiſmo Iohānis 47
8. de baptiſmo euangelico 59
9. de baptiſmo aquę 67
10. de forma ⁊ miniſtro baptiſmi 73
11. de baptiſmo paruulorum ⁊ aliis 81
12. de baptiſmo adulti ⁊ eius efficacia 88
13. de charactere baptiſmali 99
14. de ſolennitate pręcedente baptiſmum 107
15. de eodem 116
16. de baptiſmo in ſe 125
17. de immerſione ⁊ vnctione baptizatorum 130
18. de ſuſceptoribus ſeu patrinis 138
19 de ſtatis temporibus baptiſmi 146
20. de laude ⁊ ſanctitate baptiſmi 152 153

De confirmatione.

21. de Chriſmate ⁊ eius benedictione 162
22. de conſecratione eius 169
23. de forma ⁊ effectu confirmationis 176
24. Confirmationem eſſe ſacramentum 183
25 de inſtitutione confirmationis 193

De Euchariſtia.

26. de figuris Euchariſtię 207
27. Euchariſtiam offerri in miſſa 214.215
28. de eodem 224.225
29. diluuntur obiecta contra miſſam 231
30. Tranſſubſtantiatio probatur 240
31. Obiectiones contrarię ſoluuntur 248
32. de Concomitantia 259
33. Non eſſe neceſſariam ſumptionē ſub vtraque ſpecie 267
34. de eodem 275
35. de communione ſub vna ſpecie 284
36. diluitur obiectiones Calicariorum 292

De pœnitentia.

37. de ſacramento pœnitentię, ⁊ eius origine 304
38. de pœnitentia ⁊ eius par. 312
39. de contritionis initio 319
40. de timore ſeruili 327
41. de Confeſſione 334
42. Confeſſio fundata in ſacris literis 342
43. Confeſſio ſemper fuit in Eccleſia, probatur per doct. 352
44. de proprietatib. confeſſ. 362

45. de confeſſione bis facienda in quadrageſima 369
46. de confeſſione circunſtantiarum, & quod ſit occulta 377
47. de iteratione confeſſionis 384
48. de abſolutione ſacerdotali 397
49. de ſatisfactione 414
50. Adhortatio ad pœniten. 423
51. Chriſtus pro nobis ſati ſfecit. ſed adhuc egemus pœnitentia 433

De extrema vnctione.

52. de ſacramento vnctionis in generali 442
53. de teſtimonio S. Iacobi 450
54. de materia & forma huius ſacramenti 461
55. de miniſtro huius ſacramenti & ſuſcipiente 470
56. de recipiente ſacramentum, & de membris 478
57. de fructibus huius ſacramenti 487
58. de eodem 496

De ſacramẽto ordinis.

59. de ſacramento ordinis in generali, & de ſex poteſtatibus eccleſiaſticis 508
60. Ordinem eſſe ſacramentũ 521
61. Gratia datur in ordinatione 531
62. diluũtur obiecta Lutheri 540
63. de varijs gradibus ſacramenti ordinis 552
64. de conſecratione ſubdiaconi 563
65. de conſecratione diaconi 569
66. de conſecratione presbyteri 578
67. Epiſcopum eſſe ſuper ſacerdotium 588
68. Epiſcopatum eſſe ordinem, & quomodo conferatur 599

De matrimonio.

69. de tribus erroribus circa matrimonium 613
70. Contrahere ſine peccato 627
71. Matrimonium eſt ſacramentum 641
72. In ſacramento datur gratia 652
73. de eodem 662
74. diuortiati non poſſunt contrahere primis viuentib. 670
75. de eodem 682
76. de gradibus conſanguinitatis 694
77. de eodem 708

Omnes homiliæ 77.

Quæ inter excudendum homilias ſequẽtes, obmiſſa ſunt Hebræa nomina, ea ſtudioſus lector ex hic ſubiectis in ſua reponat loca.

Pagina 1. linea 20. שמר *pa.5.lin.15.* שקר *pa.163.lin.31.* משח *ibidẽ* משיח *ibid.33.* בבג *pa.219.lin.3.* פסח *pa.350.* *lin.23.* יומא *pa.566.lin.5.* בתן *700.in margine,* עירת

ERRATA.

Pagina 45 linea 6 ſe non pu pa.95 lin.14.ſtinus pag. 98.li.27.ſiquæ
pa.109.li.24.mutua pa.158.li.30.in ijs pa.178.li.17.inſula pa.394.exci
piun pa.498.li 4 induceren pa.593.li.28.nem eti. pa.594.li 12.mnãt
pa.693 li.15.vnũ cũ Reliqua aut leuiora ſunt quàm de quibus mẽtio fiat, aut
ſi qd adeo eſt, id memineris archetypo nobiſcum eſſe commune.

IN NOMINE TVO DVLCIS IESV.

HOMILIA PRIMA DE SAcramentis in communi.

Samaritanus appropians alligauit uulnera eius, infundens oleum & uinũ. Lucæ. X.



NEmini dubiũ ſit dilectiſſimi in Chr̃o fratres, ipſm de ſe dominum parabolam hanc loquutum, & ſeſe uerũ ſignificaſſe Samaritanum, ut Auguſtinus & Beda teſtantur: ſiquidẽ lingua Hebræa Samaritanus cuſtodem ſonat, à uerbo deducto uocabulo. Vere enim uerus ille cuſtos eſt, medicusq́ ſalutaris animarum, eo quod miſerrimo iamq́ omni ope deſtituto homini exuli, eiecto ex paradiſo, neq; ſacerdos legis, neq; Leuita prophetarũ auxiliari poterat: ipſe etiam ſalutis capax non erat, tantiſper dum Samaritanus ille Chriſtus pertranſiens, iam incarnatus, uulneratum & grauiter ſaucium Adamum curaret, cæ-

Auguſtin. Beda.

Samar

Chriſtus Samaritanus.

lumq́ꝫ ei reſeraret, quod non poterat præſtare lex, q̃ neminem ad perfectum ualebat adducere, neq́ꝫ animæ mederi. quo reſpiciẽs etiam Iſaias, dixit: Vulnus & liuor & plaga tumens non eſt circũligata nec curata medicamine, neque fota oleo. Quo dicto quid obſecro aliud inſinuare ille uoluit, niſi quod uulnus peccati originalis, liuor uenialium, & tumens mortalium peccatorum plaga, curari non potuerunt, uſque dum medicus ille Chriſtus ueniret uerus Samaritanus, ferens ſecũ unguenta & medicamenta præclaræ ſuæ paſſionis & mortis? Quod in ſpiritu iam olim præuidens Dauid in pſalmo, dixit: Miſit, ſcilicet pater æternus, uerbum ſuum, uerbum æternũ & increatum, atq́ꝫ ſanauit eos. Is ipſe eſt pharmacopola uerus, quem etiam in ſpiritu uidit Sapiens quum ait, unguentarius faciet pigmẽta ſuauitatis, & unctiones conficiet ſanitatis. unguenta ea ſunt ſacramẽtorum ſanctorũ, quæ in eccleſia adminiſtrantur. Idem aperte quoq́ꝫ docuit Paulus, quãdo ad Hebræos per longum commemorat, quomodo ſacrificia & miniſteria circa eſum & potum atq́ꝫ ablutiones, necnon q̃libet iuſtitiæ carnis in lege neminem potuerint perficere in conſcientia, eo quòd impoſſibile eſt, ut ipſe ait, ſanguinem hircorum & uitulorum delere peccata. Verũ Chriſtus nos ſanctificauit in ſanguine ſuo. Non latuit etiam hoc Dauidem, qui ob id introducit filium ita loquentem ad deum patrem: Sacrificium & oblationẽ noluiſti, aures autem perfeciſti mihi: holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti, tunc dixi, ecce uenio. fruſtra igitur fuerũt omnia, nec quicquam profectum eſt in aliquo. uera enim animarũ medicina in terram nunquam uenit, niſi quum Chriſt

Heb. 7. Eſai. 1. Pſal. 106. Eccle. 38. Hebræ. 9. Hebræ. 13. Pſal. 39.

ſtus Samaritanus ille uerus deſcendit ad hominē miſerum ſanādum, iuxta illud quod ab initio diximus: Samaritanus appropians.

Aue Maria.

Simul atq; homo per lapſum Adæ (qui à Ieruſalem paradiſi deſcenderat in Hierico) ueſtem amiſit innocentiæ, & quid deniq; non? oēm lætitiam, gaudium uniuerſum, dignitatem, honorem, ipſam quoque paradiſi ſalubritatem, & ſic iam immēſis dei beneficiis priuatus eſt: uulneratus inſuper in naturalibus etiam animæ uirtutibus, ut porro iam in peccatis concipiamur & naſcamur omes, teſte Pſalmiſta: In peccatis præterea continuo uiuimus, & ſi qñ contingit nos p gratiam diuinā à peccatis liberari, tanta adhuc eſt humana imbecillitas, ut dicto citius relabamur in uitia, inſtar canis reuertētes ad uomitū. Atq; hæ ſanè lœtales ſunt infirmitates hoīs, tam cito & leuiter in peccata cadentis. Atque huiuſmodi morbis mederi uolens medicus ille cæleſtis & Samaritanus uerus Chriſtus, uenit in terrā, ipſumq; ęgrotū impoſuit ſuo iumēto, hoc eſt, gratię ſuę, iuxta iſtud Petri, Peccata noſtra ptulit in corpore ſuo ſuper lignū crucis. Medicamēta porro q̄ nobis attulit, ipſa ſunt ſanctiſſima ſacramenta, q̄ ille tanta miſeratione ductus, & animo plus q̄ paterno cōmot⁹ inſtituit, ut iis uteremur ad ſalutem. Quorū quum ſumma nobis ſit, & incumbat neceſſitas, iisq; ſedulo uti debeamus, ne de negligētia noſtra redarguamur, neve ut ingrati cenſeamur de paſſione, morte & merito Chriſti, ob id nimirum conſultum fore duxi, de ſacramentis nōnihil prędicare: atque ut hoc fiat ordine commodiori, principio de uocabulo ſacramenti nonnihil pliban-

Auguſtinꝰ

Pſal. 50.

1. Petri. 2.

Ordo dicendorum.

dum erit, deinde diſſerendum de ueteris legis ſacramentis, eorumq́ꝫ à ſacramentis eccleſiæ diſcrimine, mox de autore illo qui ſacramenta inſtituerit, & numero eorundem: poſtremo de ſingulis ex ordine ſacramentis, quantum per diuinæ gratię inſtinctum & aſpirationem licebit, dicere proſequemur.

Sacramētum. 1. Principio, quod ad uocabuli hui' uim pertinet, ſatis liquet primo aſpectu illud latinam habere originem. Quur autem uox hęc nihilo immutata permanſerit apud ueteres priſcos illos noſtros Germanos, equidem non aliam arbitror eſſe rationem ab ea quam Auguſtin' aſſignat, & ante eum Origenes, quur quædam nomina, ut amen, alleluia, oſanna, ſic integra ſine ulla interpretatione reſeruata ſint in eccleſia, quum utiq́ꝫ nec apoſtolos, neq́ꝫ eorū ſucceſſores patres ſanctos latuerit iſtorum uocabulorū uis & ſignificatio. Sed quia in ĳs nonnihil altioris ſignificationis, & uelut abditæ ſanctitatis latere uidebatur, & quia nomen nomini reddi non poterat commode, ita remāſerunt integra. Quid igitur mirum, ſi idem quoq́ꝫ à Germanis ſit factitatum, qui quum fidem Chriſti reciperent, ſimul etiam uocabulum ſacramenti integrū adſumpſerunt? quamuis neſcĳ non erant quid eorum lingua uox hęc deſignaret. ſonat enim ſanctum quoddam & efficaciſſimum ſignum in operando gratiam, ſicut infra dicetur.

Auguſti. Hiero. ad Marcellā.

2. Hinc ſequitur quàm inique neochriſtiani ſanctum illud ſacramenti nomen euellere conentur, dū illud è uulgo petito uocabulo ſignū uocant, ut Zuinglius & alĳ factitarunt, utiq́ꝫ inſtinctu hoſtis maligni, qui iſtiuſmodi immutationibus peruerſis, piam hominum deuotionem & immēſam ſacramento⁊

dignitatẽ nititur deprimere. Quod & iamiam Zuinglio euenit, qui dum faſtidiret ad hoc ſacramẽti uocabulum, contendens Germanos illud nunquã uſurpaſſe, ſimile ſibi tædium cõcepit, ut Iudęi ſuper manna, dicentes: Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto le- Nume.21 uiſſimo. Quid inde contigit? non multo poſt digniſſimum ex omnibus ſacramentum amiſit ipſum ſanctiſſimum Chriſti corpus, & nefandæ ſacramentariorum ſectæ autor ipſe primus extitit. Atq; ſic ſemper aliud ex alio malum, & abyſſus abyſſum inuocat. Contra Zuingliũ. Interim iſti apoſtatę peruerſi ſui ſimiles per oĩa ſequuntur Iudæos, qui non diſſimili eiuſdem uocabuli detorſione ſeckermentum uocarunt, à uerbo ,quaſi rem uanam mendacem, planeq; nihil. Secker Ita nimirum iſti apoſtatæ nomen illud ſacramẽtis ſimili modo inuident. Verum nos idipſum in ſingulis deinceps ſacramentis explicabimus. Veruntamen ad præcauendas huiuſmodi immutationes uocabulorũ, Lib.10 de ciuit. ca.23 lubet hoc loco ponere tantummodo uerba beati Auguſtini, qui ſic ait: Liberis uerbis utũtur philoſophi, nec offenſionem aurium religioſarũ pertimeſcunt: nobis autẽ ad certam regulam loqui fas eſt, ne qua re tranſgrediamur terminos antiquos, q̃s poſuerunt patres noſtri.

Quid multa? uos quoq; dilectiſſimi perſeuerate in ueteri illo ſancti nominis ſacramenti uſu, ſicut fecerunt maiores noſtri iam inde ab origine ſuſceptæ fidei, quanuis enim omnis nouitas & ſubita innouatio ſuſpecta eſt atq; odioſa, & plerunq; diſcordiam C. Cũ conſuetudinis de conſue. & diſſenſionem ingerit, ut affirmat Honorius papa, tamen in fide citra conſenſum & approbationẽ ſuperiorum omnis innouatio pernicioſa eſt & execra

Roffenſis epiſcopi laus 541
Rubrũ mare cuius figura 49
ruſticorum nuper in Germania ſuper centum millia cla des cui referat accepta 539
SAcerdotes quis proprie conſecret 525
ſacerdotes quõ ungendi unctione extrema 485
ſacerdotibus nihil accedere ultra laicos ex utriuſq; ſpeciei in miſſa ſumptione 285.287
ſacerdotij inſtituti finis 536
ſacerdotis etymologia 585
ſacerdotis officio quando functus Chriſtus 584
ſacerdotium à deo inſtitutum in lege quando 512
ſacerdotiũ duplex 545
ſacerdotum dignitas quanta 578.& inde
ſacerrima quęq; diligentiſſime cuſtodiẽda & ſeruãda 255
ſacramẽta gratiam cõferre 44
ſacramenta iuſtificare, contra Lutheranos 45.46
ſacramenta Luthero quot, & quot alijs hæreticis 45
ſacramenta oĩa à q̃ inſtituta 30
ſacramenta quomodo ab hæreticis ſumere liceat 592.593
ſacramenta ueteris legis non fuiſſe æqualia 24
ſacramẽtarij 243
ſacramentariorum autot qs 5
ſacramẽtariorum piſtorius panis 229
ſacramenti definitio 28.514
ſacramẽti uox cur integra mãſerit apud Teutones 4
ſacramenti uox unde, & quid ethnicis olim ſignificarit 6
ſacramẽti triplex acceptio 67
ſacramentis deum uirtutes ſuas non alligaſſe 9
ſacramentorum impugnatores quid agere dicendi 38
ſacramẽtorũ inſtituẽdorũ poteſtas penes quẽ ſolũ ſit 195.196
ſacramentorum omniũ ianua & primum quod 48
ſacramentorũ ſeptẽ ad uirtutes ſeptem applicatio 41.492
ſacramentum in una materia ꝓpĩqua bis nõ cõferri 468
ſacramentum quid ſonet 4
ſacrata aliquot ſigna, nõ ſacramenta, quæ 33
ſacrificium cuiuſq; q̃le ſit 25
ſacrificiũ miſſæ iuge 228
ſacrificium ſacramentale 222
ſacrificium ſpiritus 221
ſacrilegus quis 380
ſalis conſecrati uis quanta 34
ſalis in baptiſmo uſus 118
ſaliua myſtice quid 122

ſaluari hæreticos nō quærere, ſed ſuperare 424.538
ſamar hebraice quid 1
ſamaritanus uerus quis, 1
ſanctificationem nullam niſi p unctionem fieri 466
ſanctimonialium longæ confeſſiões nō calumniãdæ 358
ſanguis Chriſti per ſe cur olim laicis conceſſus 276
ſanguinis baptiſmus 66
ſanitati corporali etiã pdeſſe unctionẽ extremã 497
ſatisfacere ĩ pctõ mortali 439
ſatisfacere quem pro uno peccato, non alio 439
ſatisfacere uiuos pro mortuis 422 & unũ pro altero 440
ſatisfactio 315
ſatisfactio Chriſti quibus non applicet aut pſit 435.& ĩn
ſatisfactio pnialis qd 417.418
ſatisfactio q̃ta pnĩæ pars 415
ſatisfactionis definitio 416
ſatisfactionem eſſe neceſſariam, & qs hæreticus id neget 419 & deinde
ſatisfactionem non implenti quid tandem faciẽdum 390
ſatisfactorium opus quàm ſit meritorium 440
ſatisfeciſſe Chriſtum pro peccatis quomodo intelligendum 434.& inde
ſauli in Paulum mutatio, quõ aut ubi facta 529
Scindere matrem uiuam, propter fœtum non licere 82
ſcientiam, & poteſtatem ſcientiæ, non eſſe idem 402
ſcribæ dicti qui 701
ſcripturæ quomodo ab hæreticis tractentur 542.545
ſcopus ipſiſſimus Lutheri 455
Secker hebraice quid 5
ſecundæ nuptiæ quomodo careant benedictione 622
ſnĩa quædam Cypriani, Lutheranis proprie notanda 523
ſeptem eſſe ſacramenta 37.38
ſeptenarij numeri perfectio & ſignificatio 39
ſeptiformis gratiæ ad ſeptem ordines applicatio 556
ſera pœnitentia 372
ſerpens à Moyſe erectus, myſtice quem repræſentarit 8
ſerpẽs quomodo uirga dictus ſit 255
ſerpentis æneι erectio & demolitio unde 292
ſeruilem timorem eſſe & pœnitentiæ initium 327
ſeruilis timor quis 325
ſetæ ſuillæ quis timor comparetur 327

Signaculum Iudæorum q̄d 14
ſignorum appellatio an ſacramentis danda 6
ſiſebutus quid fecerit 87
Socratica reſp. exploſa 644
ſolennis pœnitentia quæ olim fuerit 359
ſomnium Lutheri 535
ſophiſtica Lutheri 282
Spei q̄d ſacr̄m applicetur 41
Stapulenſis error 477
ſtephanus ad quid ordinatus diaconus 570
ſterilitas aquæ per Eliſeū quomodo ſanata 54
ſterilitas non aufert matrimonium 625
Subdiaconatus figura 565
ſubdiaconat⁹ officio Chriſtus ubi functus 566
ſubdiacono quid habendū aut quantum priuſquam ordinetur 568.577
ſubdiaconorum officium &ordinatio 563.564
ſubſtantiam uini non manere in ſacramento 255
ſuffitus thuris q̄d deſignet 27
ſuperſtitiones erroneæ circa ſacramentū unctiōis 499.500
ſuſceptores aut patrini an baptizando neceſſarij 139
Synaxis 489

TAciani confutantur 616
Temperantiæ quod ſacramentū aſſimilet 41
templū materiale, cuius alterius ſit typus 28
tempora baptiſmi olim q̄ 146
tertullianus in quas hæreſes lapſus 617.618
teſtamenti definitio 235
Thurmen quid ſit 305
thyſiaſterium quid 231
Timor duplex 323
timor initiū pœnitētiæ, qs 327
timor mal⁹ aut inutilis qs 326
timor quàm neceſſarius 320
timothe⁹ unde aut quomodo ordinatus 546
Tonſura prima quę, & q̄modo conferatur 586.587
Tranſſubſtantiatio per ſe 261
tranſſubſtantiationē in euchariſtia eſſe poſſibilē 243. & in
tres Dauidis unctiones myſtice quid ſignent 173
tria quędam cogentia hominē temperare à uitijs 332
triplex cōfeſſio legalis 336.337
triplex in tribus mēbris unctio Chriſtianorum 172
triplex ſignum eſſe 294
triplex ſpirit⁹ appellatio apud Dauidem, ad quid myſtice 193.194

triplices olim perſonę ungi ſolitæ 164.166
triplicia eſſe ſecundum legem triplicem ſacramẽta 17
tripliciter Chriſtum ſeſe obtuliſſe 217
Turcã aliquẽ aut Iudæũ petẽti baptiſmũ conferre poſſe 77
turcarum immanitas in Vngaria & Germania iamdudum experta, quæ 66
turegienſiũ hęreſiarcha qs 280
Tyrãnidis inſimulatio qbus à Luthero neqter ĩpoſita 285

VAlentinianus impator quõ ſit baptizatus 65
Venialia cõfiteri quale ſit, & an neceſſarium 488
uenialia pctã cõfitenda eẽ 556
ueniã non dimidiari 559
uerbum domini triũphare ppetuo, ſed nõ in manicis Lutheranorum 538
Vicarium ſuſceptoris ſeu patrini futuri, patrinum fieri, nõ q ipſum delegauit 142
uictima Chriſti quæ 221
uiduã quandiu oporteat cum decentia à nouis nuptijs cõtinere 621
uiduitatem eſſe bonam, ſed nemini præceptam 618
uindicare peccatũ in ſeipſo, q̃ meritorium 315
uiro cur plures licuerint uxores, nõ mulieri plures uiri 650
uiro quot pſonas ducere non licuerit 710.711.717
uirtutes animæ tres 483
uirtutes principales quot 40
uiſibile ſignum ſpiritusſancti apoſtolis dati, quid 187.188
Vlmenſiũ hæreſiarcha qs 280
Vnctio an uno in morbo iterãda & quãdo 485.486
unctio extrema an aliqb' morti addictis conferenda 475
unctio extrema contra quid morbi ordinata 42
unctio impœnitenti non conferenda 478
unctio infirmi, quare cognoĩetur extrema 449
unctio mulierum quæ 484
unctio quõ nos doceat 551
unctio q̃t in ſacramentis uſurpetur 448
unctio ſacerdotum & regum olim an eadẽ 166.167
unctio ſynagogæ 164
unctionis effectus q 487. & iñ
unctionis extremæ capaces q 474
unctionis extremæ materia q̃ ſit 462
unctionis extremæ miniſter

quis 470.471
unctiõis extremæ ſignatū 458
unctionis puerorum in bapti-
ſmo defenſio 126
unctionis quãta neceſſitas 501
unctionis ſacramentum ubi & quando à Chriſto inſtitutū 446
unctiõem infirmorum, eſſe ſacramentum 445
unctiones baptizãdi quot 154
unctiões membrorꝫ quot 485
unctionū diuerſitas quæ 444
ungentis iamiam morientẽ, in formatio 477
unguenta myſtice quid 2
unius utrū unus tantū ſit patrinus, an plures 142
Vocatū à deo, ordinari tamen oportere ab homine 528
uoces aliquot permanere integras apud omnes fideles 4
uoluntariū uinculū magis ligare q̃ naturale 614
uoto parentum in filios, an filij obligentur 145
Vrbani cuiuſdam Rieger deliriū in cauſa cõfeſſionis 346
Vſurarij iudæi q ferendi 88
uſura iudaica, quãtorum inter Chriſtianos peccatorum ſit cauſa 88
Vtilitas pœnitentiæ 311
utrãq; ſacramenti ſpeciem laicis neceſſariam nõ eſſe 266 & inde
Vulgi in ſacerdotes per Lutherum incitatio 546
Vxor cur ducenda 627
uxor Lutheri, qualis 642
uxorū cauſa in lege durior q̃ uirorum 699
waldenſium contra extremam unctionẽ blaſphemia 444
wiclefi error circa euchariſtiã 242 & circa matrimoniũ 625
Xiſti (aliàs Xyſti) Pythagorici ſentẽtia quędã inſignis 637
Zambri qua de cauſa & à quo occiſus 515
Zedec quid ſonet 210
Zuinglius temere æquauit baptiſmum Chriſti & Iohannis 58
zuinglij baptiſmum, baptiſmū non eſſe 79.80
zuinglij error 85
zuinglij iactantia ex fletu quẽ expreſſerit uetulis 285
zuinglij iactantia inepta impiaq; de hebraiſmo 80
zuinglij nequitia etiam in uocem ſacramenti 45

REGESTVM HOMILIARVM HVIVS QVARTI TOMI DE Sacramentis per Eckium.

Prima homilia de ſacramentis in communi 1
2. de cauſis cur inſtituta ſunt ſacramenta 9
3. de ſacramentis legis & circunciſione 16
4. de ſacramentis noui teſtamenti in communi 27
5. de eodem 32
6. de numero ſacramentorum 40
7. de baptiſmo Johãnis 47
8. de baptiſmo euangelico 59
9. de baptiſmo aque 67
10. de forma & miniſtro baptiſmi 73
11. de baptiſmo paruulorum & aliis 81
12. de baptiſmo adulti & eius efficacia 88
13. de charactere baptiſmali 99
14. de ſolennitate precedente baptiſmum 107
15. de eodem 116
16. de baptiſmo in ſe 125
17. de immerſione & vnctione baptizatorum 130
18. de ſuſceptoribus ſeu patrinis 138
19. de ſtatia temporibus baptiſmi 146
20. de laude & ſanctitate baptiſmi 152 153

De confirmatione.

21. de Chriſmate & eius benedictione 162
22. de conſecratione eius 169
23. de forma & effectu confirmationis 176
24. Confirmationem eſſe ſacramentum 185
25. de inſtitutione confirmationis 193

De Eucharistia.

26. de figuris Eucharistie 207
27. Eucharistiam offerri in miſſa 214. 215
28. de eodem 224. 225
29. diluuntur obiecta contra miſſam 235
30. Tranſſubſtantiatio probatur 240
31. Obiectiones contrarie ſoluuntur 248
32. de Concomitantia 259
33. Non eſſe neceſſariam ſumptionẽ ſub vtraque ſpecie 267
34. de eodem 275
35. de communione ſub vna ſpecie 284
36. diluuntur obiectiones Caliceariorum 292

De poenitentia.

37. de ſacramento poenitentie, & eius origine 304
38. de poenitentia & eius par. 312
39. de contritionis initio 319
40. de timore ſeruili 327
41. de Confeſſione 334
42. Confeſſio fundata in ſacris literis 342
43. Confeſſio ſemper fuit in Eccleſia, probatur per doct. 351
44. de proprietatib. confeſſ. 361

45. de confeſſione bis facienda in quadrageſima 369
46. de confeſſione circunſtantiarum, & quod ſit occulta 377
47. de iteratione confeſſionis 384
48. de abſolutione ſacerdotali 397
49. de ſatisfactione 414
50. Adhortatio ad pœniten. 423
51. Chriſtus pro nobis ſatiſfecit. ſed adhuc egemus pœnitentia 433

De extrema vnctione.

52. de ſacramento vnctionis in generali 442
53. de teſtimonio S. Iacobi 450
54. de materia & forma huius ſacramenti 461
55. de miniſtro huius ſacramenti & ſuſcipiente 470
56. de recipiente ſacramentum, & de membris 478
57. de fructibus huius ſacramenti 487
58. de eodem 496

De ſacramẽto ordinis.

59. de ſacramento ordinis in generali, & de ſex poteſtatibus eccleſiaſticis 508
60. Ordinem eſſe ſacramentũ 521
61. Gratia datur in ordinatione 531
62. diluũtur obiecta Lutheri 540
63. de variis gradibus ſacramenti ordinis 552
64. de conſecratione ſubdiaconi 563
65. de conſecratione diaconi 569
66. de conſecratione presbyteri 578
67. Epiſcopum eſſe ſuper ſacerdotium 588
68. Epiſcopatum eſſe ordinem, & quomodo conferatur 599

De matrimonio.

69. de tribus erroribus circa matrimonium 613
70. Contrahere ſine peccato 627
71. Matrimonium eſt ſacramentum 641
72. In ſacramento datur gratia 652
73. de eodem 662
74. diuortiati non poſſunt contrahere primis viuentib. 670
75. de eodem 682
76. de gradibus conſanguinitatis 694
77. de eodem 708

Omnes homilię 77.

Quę inter excudendum homilias ſequẽtes, obmiſſa ſunt Hebręa nomina, ea ſtudioſus lector ex hic ſubiectis in ſua reponat loca.

Pagina 1. linea 20. שמר *pa. 5. lin. 15.* שקר *pa. 163. lin. 31.* משח *ibidẽ* משיה *ibid. 33.* בגג *pa. 219. lin. 3.* פסח *pa. 350. lin. 23.* ירמיא *pa. 566. lin. 5.* בתן *700. in margine,* עירת

ERRATA.

Pagina 45 linea 6 ſe non pu pa. 95 lin. 14. ſtinus pag. 98. li. 27. ſic& pa. 109. li. 24. mutua pa. 158. li. 30. in iis pa. 178. li. 17. inſula pa. 394. excipiun pa. 498. li 4 induceren pa. 593 li. 28. nem eti- pa. 594. li 12. mnãt pa. 693 li. 15. vnũ cũ Reliqua aut leuiora ſunt quã de quibus mẽtio fiat, aut ſi quid adeo eſt, id memineris archetypo nobiſcum eſſe commune.

IN NOMINE TVO DVLCIS IESV.

HOMILIA PRIMA DE SAcramentis in communi.

Samaritanus appropians alligauit uulnera eius, infundens oleum & uinū. Lucæ. X.



NEmini dubiū ſit dilectiſſimi in Chrō fratres, ipm de ſe dominum parabolam hanc loquutum, & ſeſe uerū ſignificaſſe Samaritanum, ut Auguſtinus & Beda teſtantur: ſiquidē lingua Hebræa Samaritanus cuſtodem ſonat, à uerbo   deducto uocabulo. Vere enim uerus ille cuſtos eſt, medicuſq; ſalutaris animarum, eo quod miſerrimo iamq; omni ope deſtituto homini exuli, eiecto ex paradiſo, neq; ſacerdos legis, neq; Leuita prophetarū auxiliari poterat: ipſe etiam ſalutis capax non erat, tantiſper dum Samaritanus ille Chriſtus pertranſiens, iam incarnatus, uulneratum & grauiter ſaucium Adamum curaret, cæ-

Auguſtin. Beda.

Samar

Chriſtus Samaritanus.

lumq́ꝫ ei reſeraret, quod non poterat præſtare lex, q̃ neminem ad perfectum ualebat adducere, neq́ꝫ animæ mederi. quò reſpiciēs etiam Iſaias, dixit: Vulnus & liuor & plaga tumens non eſt circūligata nec curata medicamine, neque fota oleo. Quo dicto quid obſecro aliud inſinuare ille uoluit, niſi quod uulnus peccati originalis, liuor uenialium, & tumens mortalium peccatorum plaga, curari non potuerunt, uſque dum medicus ille Chriſtus ueniret uerus Samaritanus, ferens ſecū unguenta & medicamenta præclaræ ſuæ paſſionis & mortis? Quod in ſpiritu iam olim præuidens Dauid in pſalmo, dixit: Miſit, ſcilicet pater æternus, uerbum ſuum, uerbum æternū & increatum, atq́ꝫ ſanauit eos. Is ipſe eſt pharmacopola uerus, quem etiam in ſpiritu uidit Sapiens quum ait, unguentarius faciet pigmēta ſuauitatis, & unctiones conficiet ſanitatis. unguenta ea ſunt ſacramētorum ſanctorū, quæ in eccleſia adminiſtrantur. Idem aperte quoq́ꝫ docuit Paulus, quādo ad Hebræos per longum commemorat, quomodo ſacrificia & miniſteria circa cſum & potum atq́ꝫ ablutiones, necnon q̃libet iuſtitiæ carnis in lege neminem potuerint perficere in conſcientia, eo quòd impoſſibile eſt, ut ipſe ait, ſanguinem hircorum & uitulorum delere peccata. Verū Chriſtus nos ſanctificauit in ſanguine ſuo. Non latuit etiam hoc Dauidem, qui ob id introducit filium ita loquentem ad deum patrem: Sacrificium & oblationē noluiſti, aures autem perfeciſti mihi: holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti, tunc dixi, ecce uenio. fruſtra igitur fuerūt omnia, nec quicquam profectum eſt in aliquo. uera enim animarū medicina in terram nunquam uenit, niſi quum Chri

Heb. 7.
Eſai. 1.
Pſal. 106.
Eccle. 38.
Hebr. 9.
Hebr. 13.
Pſal. 39.

ſtus Samaritanus ille uerus deſcendit ad hominē miſerum ſanādum, iuxta illud quod ab initio diximus: Samaritanus appropians.

Aue Maria.

Simul atq; homo per lapſum Adæ(qui à Ieruſalem paradiſi deſcenderat in Hierico) ueſtem amiſit innocentiæ, & quid deniq; non? oēm lætitiam, gaudium uniuerſum, dignitatem, honorem, ipſam quoque paradiſi ſalubritatem, & ſic iam immēſis dei beneficijs priuatus eſt: uulneratus inſuper in naturalibus etiam animæ uirtutibus, ut porro iam in peccatis concipiamur & naſcamur omes, teſte Pſalmiſta: In peccatis præterea continuo uiuimus, & ſi qñ contingit nos p gratiam diuinā à peccatis liberari, tanta adhuc eſt humana imbecillitas, ut dicto citius relabamur in uitia, inſtar canis reuertētes ad uomitū. Atq; hæ ſanè lœtales ſunt infirmitates hoīs, tam cito & leuiter in peccata cadentis. Atque huiuſmodi morbis mederi uolens medicus ille cæleſtis & Samaritanus uerus Chriſtus, uenit in terrā, ipſumq; ęgrotū impoſuit ſuo iumēto, hoc eſt, gratię ſuę, iuxta iſtud Petri, Peccata noſtra ptulit in corpore ſuo ſuper lignū crucis. Medicamēta porro q̄ nobis attulit, ipſa ſunt ſanctiſſima ſacramenta, q̄ ille tanta miſeratione ductus, & animo plus q̄ paterno cōmot⁹ inſtituit, ut ijs uteremur ad ſalutem. Quorū quum ſumma nobis ſit, & incumbat neceſſitas, ijsq; ſedulo uti debeamus, ne de negligētia noſtra redarguamur, neve ut ingrati cenſeamur de paſſione, morte & merito Chriſti, ob id nimirum conſultum fore duxi, de ſacramentis nōnihil prędicare: atque ut hoc fiat ordine commodiori, principio de uocabulo ſacramenti nonnihil pliban-

Auguſtini

Pſal. 50

1. Petri 2.

Ordo dicendorum.

dum erit,deinde differendum de ueteris legis ſacramentis, eorumq́ꝫ à ſacramentis eccleſiæ diſcrimine, mox de autore illo qui ſacramenta inſtituerit, & numero eorundem: poſtremo de ſingulis ex ordine ſacramentis,quantum per diuinæ gratię inſtinctum & aſpirationem licebit,dicere proſequemur.

Sacramẽtum. 1. Principio,quod ad uocabuli hui' uim pertinet, ſatis liquet primo aſpectu illud latinam habere originem. Quur autem uox hęc nihilo immutata permanſerit apud ueteres priſcos illos noſtros Germanos, equidem non aliam arbitror eſſe rationem ab ea quam Auguſtin' aſſignat,& ante eum Origenes, quur quædam nomina,ut amen,alleluia,oſanna, ſic integra ſine ulla interpretatione reſeruata ſint in eccleſia,quum utiq́ꝫ nec apoſtolos, neq́ꝫ eorũ ſucceſſores patres ſanctos latuerit iſtorum uocabulorũ uis & ſignificatio.Sed quia in ijs nonnihil altioris ſignificationis, & uelut abditæ ſanctitatis latere uidebatur,& quia nomen nomini reddi non poterat commode, ita remãſerunt integra. Quid igitur mirum, ſi idem quoq́ꝫ à Germanis ſit factitatum, qui quum fidem Chriſti reciperent,ſimul etiam uocabulum ſacramenti integrũ adſumpſerunt? quanuis neſcij non erant quid eorum lingua uox hęc deſignaret. ſonat enim ſanctum quoddam & efficaciſſimum ſignum in operando gratiam,ſicut infra dicetur.

Auguſti. Hiero. ad Marcellã.

2. Hinc ſequitur quàm inique neochriſtiani ſanctum illud ſacramenti nomen euellere conentur,dũ illud è uulgo petito uocabulo ſignũ uocant,ut Zuinglius & alij factitarunt, utiq́ꝫ inſtinctu hoſtis maligni,qui iſtiuſmodi immutationibus peruerſis, piam hominum deuotionem & immẽſam ſacramentorum

dignitatē nititur deprimere. Quod & iamiam Zuinglio euenit, qui dum faſtidiret ad hoc ſacramēti uocabulum, contendens Germanos illud nunquā uſurpaſſe, ſimile ſibi tædium cōcepit, ut Iudęi ſuper manna, dicentes: Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Nume. 21. Quid inde contigit? non multo poſt digniſſimum ex omnibus ſacramentum amiſit ipſum ſanctiſſimum Chriſti corpus, & nefandæ ſacramentariorum ſectæ autor ipſe primus extitit. Atq; ſic ſemper aliud ex alio malum, & abyſſus abyſſum inuocat. Interim iſti apoſtatę peruerſi ſui ſimiles per oīa ſequuntur Iudæos, qui non diſſimili eiuſdem uocabuli detorſione ſeckermentum uocarunt, à uerbo ,quaſi rem uanam mendacem, planeq; nihil. Ita nimirum iſti apoſtatæ nomen illud ſacramētis ſimili modo inuident. Verum nos idipſum in ſingulis deinceps ſacramentis explicabimus. Veruntamen ad præcauendas huiuſmodi immutationes uocabulorū, lubet hoc loco ponere tantummodo uerba beati Auguſtini, qui ſic ait: Liberis uerbis utūtur philoſophi, nec offenſionem aurium religioſarū pertimeſcunt: nobis autē ad certam regulam loqui fas eſt, ne qua re tranſgrediamur terminos antiquos, q̊s poſuerunt patres noſtri.

Contra Zuinglium.

Secker

Lib. 10 de ciuit. ca. 23

Quid multa? uos quoq; dilectiſſimi perſeuerate in ueteri illo ſancti nominis ſacramenti uſu, ſicut fecerunt maiores noſtri iam inde ab origine ſuſceptæ fidei. quanuis enim omnis nouitas & ſubita innouatio ſuſpecta eſt atq; odioſa, & plerunq; diſcordiam & diſſenſionem ingerit, ut affirmat Honorius papa, tamen in fide citra conſenſum & approbationē ſuperiorum omnis innouatio pernicioſa eſt & execra

C. Cū conſuetudinis de conſue.

bilis. Nolite igitur ſacramēta nouo & impio ritu uocare ſigna, quoniam ſigna medicantium, militantiū & eorum qui ad telonem ſedēt ſigna ſunt, ſimilia ijs quæ opifices uſurpant & cerdones, nihil habentes cum ſancto ſacramenti nomine commune, ut infra mox docebimus.

2. Cum itaq; conſtet iſtud ſacramēti uocabulum à latinis promanaſſe, atq; à ſacro deriuatum eſſe, nihil amplius in eo laborandum eſt nobis, quomodo ethnici ſcriptores eo ſint uſi, qui interdum militare iuſiurandum ſub certo uexillo & centurione, ſacramentum appellarunt, uti Vegetius ſacramētum uocat militare. Quur id? inquies, ſiquidem illi quoq; per deos ſuos iurabant, quos ipſi ſanctos credebant. Simili modo ubi quando duo inter ſe mutuo certauerant depoſito in hoc certaminis pignore apud idolum, uel ipſius idoli pōtificem, ſacramentū idipſum uocabant. Valeant autem iſta gentilia, inepta & impia, quæ ideo tantum induximus, ut inde errorem ſuum cognoſcant neochriſtiani, uidētes etiam apud ethnicos ſacramentum nullum fuiſſe, niſi ubi ſanctum, aut (ut ipſi putabant) diuinum quid eſſe uideretur. Cæterum more Chriſtianorum loquendo de ſacramentis, ſicut ea ſemper in eccleſia catholica fuit conſuetudo, uidemus ſacramenti uocabulum trifariam uſurpari. Et primum quidem ſacramenti appellatione uenit etiam res aliqua myſtica & ſancta, cuiuſmodi myſterium uocant Græci. Atque in hunc modum loquitur Paulus, dicens, manifeſte magnum eſt pietatis ſacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne. Myſterium id ſiue ſacramentū ipſe erat dei filius, ſub humana natura occultatus, ſicq; in

Sacramē. ethnicum.

Vegetius

Varro.

Sacramentum eccle. trip.

1. Tim. 3.

carne manifeſtatus eſt, apparuit angelis, prædicatus eſt mundo, ſic & Raphael ad Tobiam inquit: ſacramentum regis abſcondere bonum eſt, opera autem dei reuelare & confiteri honorificum eſt. feceruntq; adeo illud prophetæ ueteris teſtamenti, dum uerbis uelatis & occultis diuinorum conſiliorum myſteria reuelarant de incarnatione Chriſti, paſſione & morte eiuſdem. Hinc etiam fit quod propter eiuſmodi obſcuritatem Paulus ipſum tempus legis noctē appellat, nox, inquiens, abijt, dies autem appropinquauit. Et hoc ſenſu de ſacramento loquutum eſſe conſtat Sapientē quum dixit: Hæc cogitauerūt & enarrauerunt, & neſcierunt ſacramenta dei, hoc eſt, occulta eius conſilia & myſteria. Contra Iudæos ea loquutus eſt, qui Chriſtum occiderunt, quomodo & Paulus dicit: Si cognouiſſent, dominum gloriæ non crucifixiſſent. Eodem modo Daniel quoque myſticam illam ſignificationem, quam deus per ſomnium uoluit innoteſcere Nabuchodonoſori, ſacramētum uocauit. Sic & Paulus de ſacramento loquitur ad Epheſios, explicans quomodo deus apoſtolis uoluerit innoteſcere ſacramentum ſuæ uoluntatis, & quodnam ſit illud, deinde oſtendit quum ait, inſtaurare omnia in Chriſto. Et adhuc apertius ſubdit: Mihi omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc, ut gentibus euāgelizarē inueſtigabiles diuitias Chriſti & illuminarem omnes, quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi à ſeculis in deo qui omnia creauit. Confimilem locū inducit & ad Coloſ. Atq; in Apocalypſi utitur eodē uocabulo angelus, dicēs Iohāni, ego dicam tibi ſacramentū mulieris, loquens de fucata iſta muliere omnis impudicitiæ Babylone: neq;

Tob. 12. | Rom. 13. | Sapi. 2. | 1. Cor. 2. | Dani. 2. | Ephe. 1. | Ephe. 3. | Apoc. 17.

ſtatim ideo malum quid intelligi debet nomine ſa-
Sacramẽtum Babylonis. cramẽti circa mulierem malam: ſiquidem ibi ſacramẽtum deſignat occultum illud iudicium ſuper muliere, quæ ſiue hęreſim repręſentet, ſiue Turcicam perfidiam atque idololatriam, nunc non laboramus. Certe illa ſiquidem coram & in mundo hoc, tanto faſtu tantaque potentia & proſperitate intumeſcet, tandem occulto iuſtoque iudicio dei cõdemnabitur. (alioqui arbitrantur per ironiam dictum, quia iactabit hæreſis myſteria & ſacra, quę angel⁹ ſacramẽta ἱερωνικῶν appellat) Neque uero Chriſtianis uſus eſt, hoc ſenſu ſeptem ponere & affirmare eccleſiæ ſacramenta.

2. Porro adhuc ſacramẽtum uſurpatur pro ſignis
Exod. 12. ueteris teſtamenti, quæ dominum Ieſum typice figurabant, ſicut agnus paſchalis die decimaquarta menſis primi immolatus, ſignificauit uerum agnum noſtrum
Lucę. 22. 1. Cor. 5. Chriſtum dominum, quem circa tempus paſchale oportebat immolari, Paulo teſte. Ad eundem
Num. 21. modum ſerpens æreus à Moyſe iubente deo factus & exaltatus in deſerto, ut omnes quotquot à ſerpẽtibus demorſi eſſent Iudæi, intendentes in illum, uiuerent, is quoque Chriſtum repræſentauit, ut ipſe ex-
Ioh 3. poſuit Nicodemo. Et hoc modo uniuerſum uetus teſtamentum ad Chriſtum tãquam ueriſſimum ſco-
1. Cor. 10. pum referri poteſt, quam ob rem Paulus ait, omnia in figura illis contigiſſe. Et hoc ſenſu frequenter ſancti patres uſi ſunt ſacramenti uocabulo, unde Augu-
Lib 19. cõtra Fauſt. cap. 13. ſtinus ait: Prima ſacramenta quæ obſeruabantur & celebrabantur ex lege, prænunciatiua erant Chriſti uenturi. ſic ſæpe loquuntur Chryſoſtomus, Origenes, Ambroſius & reliqui.

3. Poſtremo utimur hoc ipſo ſacramenti uocabu-

lo neq; pro quocunq; myſterio ſacro,neq; pro quoli bet ſigno ſancto,ſed pro iis tantum ſignis quæ faciunt ad ſanctificationẽ animæ,quæq; à deo data ſunt aduerſus peccata,pro animarum ſalute. Et ea quidẽ miſericors atq; mitiſſimus deus inſtituit pro q̃cunq; tempore,ad medendum humanæ miſeriæ & fragilitati.*Pro nullo enim ſtatu*,inquit beatus Auguſtinus, deus reliquit hominem ſine remedio peccati originalis,quanuis iam inter hæc ipſa remedia non parũ intereſt diſcriminis. ſiquidẽ nec ſacerdos neq; Leuita hominem poterat ſanare,neq; eorum ſacramẽta. Quapropter nos deinceps de differentia ſacramentorum utriuſq; legis diſſeremus. Auguſt.

HOMILIA II. DE CAVſis ob quas inſtituta ſunt ſacramenta.

Samaritanus appropians. Lucæ decimo.

NE diſſerentibus nobis de ſacramentis eccleſiæ, obiter occurreret alicui peruerſus quiſpiam intellectus uocabuli ipſius ſacramenti,iã ſuperiori homilia declarauimus, quonam ſenſu hic accipiatur. Nunc porro priuſquam utriuſque teſtamenti ſacramenta recenſeamus, conſultum fore arbitramur,uobiſq; non inſalubre,antea cauſas inſtitutorum ſacramẽtorum enumerare,ut inde pro ſua quiſque utilitate ſibi in animo proponat,quidnam fructus ex ipſis ſit ſacramentis percepturus. Prius tamen hoc loco palam profitemur, deum uirtutem ſuam ſacramentis non alligaſſe,ita ut abſolute loquendo, ſaluare hominem non poſſet citra opem ſacramentorum: ſiquidem idipſum in ſua tantummodo Sine ſacramẽtis ſaluari.

diuina uoluntate & beneplacito conſiſtit. Vnde & Auguſtinus inquit: Voluntas dei eſt prima & ſumma cauſa oīm corporaliū ſpecierum atq; motionū, nihil em̄ fit, q̄d nō de interiori inuiſibili atq; intelligibili aula ſummi imperatoris aut iubeatur, aut pmittatur in iſta totius creaturæ ampliſſima & immenſa quadam republica. Eius rei ſi teſtimonia ex ſacris literis forte requiris, en ſatis magnū teſtem tibi ipſum in cruce pendentem latronem, cui paradiſum promiſit dominus, ſine ullo præuio ſacramento, tantum ſuper fide quam habebat: ſic innocentes quoque pueri ab Herode ante circunciſionem occiſi, ſine ullo ſacramento ſunt ſaluati. Hinc in uniuerſum concludunt doctores, quod ſi quis uel impeditus uel ſubito ſit præuentus quo minus percipiat ſacramenta, ei tamen gratiam ſuam non abneget deus, ut ait beatus Auguſtinus: Quicunque non percepto regenerationis lauacro pro CHRISTI confeſſione moriuntur, tantum eis ualet ad dimittenda peccata, quantum, ſi abluerentur ſacro fonte baptiſmatis. Et rurſus in alio loco baptiſmi uicem aliquando implere paſſionem, de latrone illo, cui nō baptizato dictum eſt, hodie mecum eris in paradiſo, beatus Cyprianus non leue documentum adſumit. Quod etiam atque etiam ego conſiderans, inuenio non tantum paſſionem pro CHRISTI nomine, id quod baptiſma deerat, poſſe ſupplere, ſed etiam fidē cōuerſionemq; cordis, ſi forte ad celebrandum myſterium baptiſmi in anguſtijs temporum ſuccurri non poteſt. Fundamentum illud ſunt qui iſtorſum rapiunt, quod ij qui bene recteq; uiuunt in remotis inſulis, quò baptiſm' & euangelium non peruenerūt, etiam ex miſericor-

Li.3.de trinita ca.4.

Luc.23.

Nota

Li.1.de ciuitate dei cap.7.

Lib.4.5 Donatum cap.22.

dia ſaluentur:quod non facile tamen admittimus. Verum de ijs aliàs, nos iam quod cœpimus proſequamur, ipſas inſtitutorum ſacramentorum cauſas explicando.

2. Etiamſi unica illa diuina uoluntas ſufficiens nobis eſt cauſa ſacramentorum, & omnium uirtutum ſeu operationum ex illis prouenientium (quæcunque enim deus uoluit, ea & fecit in cælo & in terra) attamen quum rationabiliſſima ſit uoluntas dei, eiuſmodi rationabiles cauſas cum omni humanitate perſcrutabimur, non recedentes uel tranſuerſum digitum à ſanctorum patrum decretis. Prima igitur ratio ſit illa, quoniam ſacramẽta nobis data ſunt in humiliationem: æquum enim erat, teſtãte idipſum Auguſtino, ut homini qui obœdientiam deo ſubtraxerat, obœdientia quoque creaturarum ſubtraheretur. ſicut ergo homo creatus eſt à deo, ut dominaretur omnibus ſuper terram, ita ille iam lapſus ad recuperandam gratiam dei cogitur ſe humiliare, ſuamque ſalutem à deo per creaturas petere lõge inferiores ſe. quomodo autem non placeret hoc deo, hominem ex ipſius pͤcepto ſic ſe humiliare ad creaturã? quanto enim magis ſubijciet ſe creatori? Colligit hinc quã exe crabilis ſit error neochriſtianorum, q eo ſacramenta contemnunt, quod in uilibus creaturis exerceantur. clamant enim blaterones iſti: Quid mihi proſit aqua? quid oleum? quid unctio iſta? Ventus hic nimirum eſt ex aquilone, ab ipſo faſtuoſo & elato lucifero, dum nolũt iſti ſe humiliare ad creaturas à deo ad hoc ordinatas & deputatas, neque aliter faciunt q̃ Naamã iſte, qui nolens ſe lauare in Iordane, dixit: Nunquid non meliores ſunt Abana & Parphar fluuij

Pſal. 134.

Ratio prima cur ſacramenta inſtituta.

Auguſt. Sen. 4.

Error

4. Reg. 5.

Damaſci omnibus aquis Iſrael? magis in hoc reſpi-
Pſal. 58. ciens aquarum naturam q̃ diuinam potentiam, ſic-
Iſai. 14. uti iam quoq; faciunt ſapientes mundi huius. uerum
ſuperbia eorum eleuauit eos, & comprehendentur
in ſuperbia ſua: atqui ea ipſa illorum ſuperbia ad in-
fernum detrahetur in profundum laci, niſi pœniten
Secunda ratio. tiam agant corde contrito. Altera cauſa quur inſti-
tuta ſint ſacramẽta, eſt noſtra eruditio & inſtructio.
Qũum enim homo magna quadam nobilitate exor
natus & creatus in paradiſo, creaturas & res omnes
cognoſceret citra medium, qualis unaquæq; erat in
ſeipſa, deinde tamen propter peccatum nobilẽ illam
& eximiam amiſit intelligenriam, atq; nũc porro co
gitur ab externis omnem ſcientiam haurire, unde &
Pſal. 48. Dauid ait: Homo cum in honore eſſet, nõ intellexit,
comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis fa-
ctus eſt illis. Aſpice proximũ tibi hominem, equum,
lignum, lapidem, domum, non utiq; eſſentialem eam
rerum cognoſcis ſubſtantiam, ſed accidentia tãtum,
colorem, formam, figuram, uocem &c. Eò reſpiciẽs
Ariſtote. etiã Ariſtoteles, dicebat nihil eſſe in intellectu, quin
prius fuerit in ſenſu: utiq; aũt intelligẽtia ipſa domi-
na eſt in anima, exterior autem iſta ſenſualis cogni-
tio ancillatur tantum nunc uidendo, nunc audiẽdo,
atq; hoc nobis ſuo peccato incommoditatis intulit
Adam, ut iam domina præſtare per ſe nil poſſit citra
Socrates adminiculũ ancillæ. Quumq; non ſciamus, ut ait So
crates, ea q̃ infra nos ſunt, quomodo ea q̃ ſupra nos
ſunt noſcere ualeamus? ideo nõ poteſt homo cogno
Roma 1. ſcere cæleſtia in ſeipſis, ſed tantum Paulo atteſtante
inuiſibilia dei à creatura mundi p ea quæ facta ſunt,
intellecta conſpiciunt: ſic non intelligimus gratiam

dei neq uirtutem ipſius: atq; ideo ad noſtram informationem uiſibilia nobis ſacramēta contulit deus, per quę illam etiam diſceremus agnoſcere. Similiter quomodo ſpirituſſanctus abluat animam paruuli à peccato originali, addiſcere debem' penes externā ablutionem corporis in aqua. ſiquidem ea nobis ſignum eſt interioris ablutionis in anima, ſimulq; nos excitamur in cordibus noſtris ex ijs quæ uidemus & audimus, illam quoq; ſpiritualiter conſiderare. Tertia porro cauſa ſacramentorum, ſalutaris eſt exercitatio: ſiquidem ipſius hominis animus fluctibus maris irrequietior eſt, ſemperq; ſe exercet inſtar ſimiæ. profundum enim eſt cor ſuper omnia. hinc quum illud phantaſias patitur, exerce ipſum in rebus cæleſtibus. Atq; in hoc conueniunt omnes doctores, quur in lege deus tot pręcepta ꝓmulgarit, puta 613. totq; ſacrificia, quoniam quum illi tantopere erant ad idololatriam propenſi, uoluit eos deus continere in iugi exercitio pręceptorum ſuorum & totius cultus diuini, in quo dum occupati eſſent, facilius obliuiſcerētur reliqui cultus idolorum, iuxta illud beati Hieronymi: Semper aliquid boni operis facito, ut te diabolus occupatum inueniat. cui cōſentit iſtud ſapientis, Multam maliciam docuit ocioſitas. Cuiuſmodi aūt exercitia quilibet Chriſtianus habere debeat, deinceps circa ſingularia ſacramenta dicetur. Atq; hæ generales tres ſunt cauſæ inſtitutionis ſacramentorū. Reperio adhuc plures eius rei rationes, quarum prima hæc eſt, quoniam ut Auguſtinus ait, In nullū nomen religionis ſeu uerum ſeu falſum coagulari homines poſſunt, niſi aliquo ſignaculorum uel ſacramentorum uiſibilium conſortio colligentur, quorū

Tertia rō.

Iere. 17.
Eccle. 34.

Hierony. ad Ruſticū

Eccle. 33.

Lib. 19. cō tra Fauſt. cap. 11.

ſacramentorum uis inenarrabilis ualet plurimum, & ideo cõtempta ſacrilegos facit. Impie quippe contemnitur, ſine qua non poteſt perfici pietas. ſic bene decuit populo dei peculiaria dari ſignacula, quib⁹ ſe mutuo dignoſcerent, atq; ab aliis gẽtibus ſeparatos eſſe uiderent, ſicut Iudæi penes circunciſionem, Chriſtiani in baptiſmo. Sequitur inde quantum aberrent neochriſtiani, qui ſacramenta eccleſiç penitus negãt, quitametſi rumpantur, carere tamen nõ poſſunt

Error. externis ſignaculis & cæremoniis, ut Auguſtinus ipſe teſtatur. quid enim comminiſcuntur tot nouas ſuorum ſacrificulorum cæremonias? nonne ſalubrius eſſet remanſiſſe eos cum eccleſia catholica? Abrogarunt illi quidem cantica eccleſiaſtica, quæ plus mille annis ab ipſis iam inde temporibus Gregorii in uſu eccleſiæ fuerunt. quid autem iſti iam pro iis cantillant? mendicãt nimirum adhuc quaſdam particulas ab eccleſia, deinde canunt neſcio quid chorearum, & Vuittenbergenſium cantiuncularum, quas uel profugi & apoſtatæ monachi, aut Veſtales confinxerũt,

Prou. 1. Quinta rõ uel textores. Nonne ſatius foret eos eccleſiam ſanctam eſſe ſequutos iuxta doctrinam ſapiẽtis, fili mi, ne derelinquas legem matris tuæ, ut addatur gratia capiti tuo, liga eam in corde tuo? Alia etiamnum ratio ſacramentorum, ipſa eſt dei miſericordia ſimul

Gen. 8. & iuſtitia. quum enim grauiter laboraret homo ex peccato, & liberum eius arbitrium nimis inſtabile eſſet & procliue ad peccandum (ſiquidem ſenſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua) magna itaq; dei miſericordia hæc fuit

Lib. 1. de ſacramentis. in iuuando homine miſere ægrotante, ut inquit Hugo, ſacramẽta ab initio ad reſtitutionẽ & curationẽ

hominis inſtituta ſunt. Verum nolens hoc tolerare iuſtitia diuina,ut fieret ſine medijs,uoluit hominem ſemetipſum humiliare & aliquid huiuſcemodi facere,per quod tanquam per fœdus gratiam dei rurſus conſequeretur. Ratio hæc ipſum quoq; finē demonſtrat,quur tandem & in quem finem ſacramēta ſint *inſtituta*,ad ſaluandas nimirum animas noſtras.

4. Poſtrema cauſa (ne euagemur longius)eſt certificatio conſcientiæ noſtræ.quicquid enim alias faceret homo,ſemper tamen adhuc incertus eſſet gratiæ diuinæ:Puta pœnitentiam agat,oret, cofiteatur, Nondum tamen certus erit de gratia dei, etiam humana reputatione:ſiquidem indubitatum eſt,neminē hoīm hic in terris certū eſſe poſſe ſuper hoc,ſine diuina reuelatione,iuxta illud Sapientis:Nemo ſcit, utrum odio uel amore ſit dignus. Vt aūt nos homines certi efficiamur (quantū ſcire fas eſt homini pro hoc ſtatu)de gratia dei inſtituit ille nobis ſacramēta tanq̃ certa & efficacia ſigna,firmaq; teſtimonia ſuæ gratiæ & charitatis, dummodo ipſi ea non ſuſcipiamus indigne,ſicq; noſmet in gratia conſequenda impediamus. Vt natum iam recēs paruulum, certū eſt habere peccatum originale,Dauide & Paulo ſubſcribentibus.ubi primum autem baptizatus fuerit,certo ſcias peccatum ei eſſe remiſſum, cuius rei nullus homo certos nos facere poſſet in orbe, ſed deus ipſe p illud ſuum efficax ſignaculū, cui ille aſſiſtit cum diuina ſua uirtute,nos certos efficit. Similiter cum confeſſo alicui ſacerdos exprimit abſolutionem,iam certus eſt, niſi ipſe ponat obicem gratię dei,quod omia ſibi peccata ſint remiſſa, per illud certum ſignum, quod ipſe inſtituit in die paſchæ, quando apoſtolis

Sexta ro.

Eccle. 9.

Ioh 20.

contulit claues cęli. Magnæ utique conſolationi eſt omnibus ægrotis, certum aliquod commonſtraſſe ſignum ſanitatis futuræ. Hinc quis non uideat, quãto in honore ſacramenta ſint habenda, certa noſtrę curationis ſignacula? Gratias quoq; deo agam' pro ſua immenſa benignitate & miſericordia, quod hæc nobis tã ſalutaria ſigna inſtituit pro certitudine noſtræ ſanationis. Ingratiq; adeo ſunt deo, qui ſacramẽtum accipere nolunt pœnitẽtiæ, ultro nolentes eſſe incerti de peccatorum remiſſione, ut Lutherus ipſe declarat. imò & hoc conſtanter affirmare auſim, eos certo eſſe in ira dei, propter inobedientiam ſuam erga deum & eccleſiam. Appropinquante ad eos Samaritano, ut alliget uulnera multorum, ipſum quoque auerſantur & reſpuunt. Verum hęc alias. Hic tamen ut finiamus, uera cauſa inſtitutionis ſacramentorum, ipſum eſt beneplacitum dei, eiusq; ſancta & omnia potens uoluntas: ſed ſi ad rei conuenientiam reſpiciamus, rationes ſunt illæ ſex ſupradictæ. Nunc pariter omnes dominum oremus.

In reſolu. de indulg.

HOMILIA III. DE SACRAMENTIS LEGIS & CIRCUNCISIONE.

Samaritanus appropians. Lucæ decimo.

SVperiori homilia aliquot enumerauimus cauſas, ob quas ſacramenta ſunt inſtituta, quæ ſi penitus conſiderentur, ultro ſecũ ingerunt & quędam, quæ inde merito ſequuntur, & quibus nonnullæ rationes diſſolui poterunt. Principio hinc ſequitur, quòd ſi in ſtatu innocentię in ipſo paradiſo Adã non peccaſſet, deus ſacramentũ nullum inſtituiſſet: quoniam ut ſupra commemorauimus, ſacramenta

Hugo de nuptiis & cõcupiſcẽ.

contra peccatorum morbos ſunt inſtituta: quando igitur non erat in paradiſo peccatum, remedio quoque non indigebat, ut teſtatur Hugo. ſic reliquæ etiam ſacramentorum cauſæ in paradiſo locum nõ habent. Proximum etiam huic eſt, quod coniugium in paradiſo pro illo tempore inſtitutum non fuit pro ſacramento, ſed officio & miniſterio quodam, teſte Auguſtino: deinde ſucceſſu tẽporis remediũ factum eſt ægrotis, quod antea ſanis erat ad officium: de ijs plura infra in materia matrimonij. Præterea ſequit. quod ubi primum homo nactus eſt iſtam animę infirmitatem, ſtatim tũc ex gratia & miſericordia ſua deus inſtituit ſacramenta pro remedijs. Quumq́ꝫ triplex ſit lex, triplicia etiam inſtituit ſacramenta, in lege naturæ, in lege ſcripta, & in lege euangelica. de ijs iam ex ordine diſſerere progrediemur. Lib. 1. de ſacramen.

De ſacramentis in lege naturæ.

Primum omnium, ut proprie loquamur, 4. tantum tunc erant ſacramenta ex doctorum concordi ſententia. & quidẽ ſicut lex ipſa obſcura erat, ita obſcura etiam erant ſacramenta in ſanctificatione. Primumq́ꝫ adeo, matrimoniũ eſt, de quo agetur poſtea. (aliqui tamen non nominantes matrimonium, quia non fuit tunc inſtitutum, ſed in paradiſo, ponũt tria) Sacramentum uero ſecundum, erat commune illud ſacrificium, quod pro ſe quiſq́ꝫ & liberis ſuis facere ſolebat: ſic Abel obtulit, & deus reſpexit ad munera eius, atq́ꝫ hoc remedium fuit contra peccatum originale. Vide ſuper hoc homilias in die circunciſionis domini. Et hæc ipſa ſacrificia ſignacula quædã erant ſancta, quia typice Chriſti oblationem figurabant in cruce, iuxta illud Iohannis, agnus occiſus eſt Sacramenta leg. na. Gene. 4. Apoca. 4.

Apoca. 13. (Auguſtinus legit ſignati) ab origine mundi: non q̃d Chriſtus ſtatim ab initio ſit occiſus, qui tandẽ in plenitudine tẽporis mortuus eſt, ſed tm̃ in figura ſacrificiorũ, ut teſtatur Auguſtinus eũ demortuũ eſſe in typo & figura Abel. Dicat aliquis, ſacramenta decet à deo tm̃ eſſe inſtituta, atqui nuſquã reperimus in lege naturę deũ huiuſmodi aliquod ſignũ inſtituiſſe. Reſpondetur, ꝙ q̃uis idipſum in biblicis literis non reperiatur: pie tñ credendum eſt, patres illos hoc ex ſe non feciſſe, ſed ex inſtinctu diuino, ex reuelatione ſimul & illuſtratiõe ſuperna: neq; enim eos fruſtra celebrat & extollit Paulus ob ſingularẽ fidem: qm̃ ait ipſum Abel ſic conſequutũ eſſe teſtimonium ꝓbitatis, ſiquidem deus ipſe muneribꝰ ſuis perhibuit teſtimoniũ, ut Geneſis narrat hiſtoria, & Chriſtus apud Matthæũ teſtat̃. Secundũ legis ſacramentũ fuit nõ illud de quo iam diſſerimus ſacrificium, ſed primogenitorũ tantum, qui tunc ſacerdotum locum gerẽbant, tantiſper dum deus ſacerdotium Aaronis inſtitueret, ſicut in die Purificationis Mariæ ad longum declarauimus: lex enim, ſacerdotium & ſacrificium, mutuo ſe comitantur, quomodo Paulus ait, trãſlato ſacerdotio legẽ quoq; fuiſſe transferendam. Et ſic in lege naturæ ſacerdos fuit Melchiſedech, qui quomodo figurarit ſacerdotium Chriſti, itidem Paulus docet. Sic Noe ædificauit altare & ſacrificauit, ſic Abraam, Iſaac, Iacob & reliqui fecerunt. Tertium ſacramentũ in lege numerant, decimas, quas legimus etiam ab Abraam datas ipſi Melchiſedech. Et q̃uis dare decimas opus eſt morale, dum penduntur ijs qui cultum diuinum procurant, ſicut Paulus ad Corinthios teſtatur, & Chriſtus ipſe teſtis eſt, quod qui cu-

Margin notes: Li. 2. cõtra Fauſtum, ca. 9. — Obiectio. — Heb. 11. — Gene. 4. — Mat. 23. — Heb. 7. — Gene. 14. — Gen. 8. — Gene. 14. — 1. Cor. 9.

angelium adnunciat, debeat & de euangelio uiuere: attamen nihilominus opus etiam fuit ſacramentale, eo quod decimam partem pendebant ſacerdoti: ubi perfectio figurata eſt & deſignata, ad declarandum, quia uerã perfectionem & ſanitatem p ipſum ſummum pontificem & mediatorem Ieſum Chriſtum eſſent conſequuturi. ſic Paulus docet, quomodo Leui decimatus ſit adhuc in lumbis Abrę, atque id pulchre explicat beatus Auguſtinus ſuper Geneſim. Alibi de decimis plura diximus parte ſecunda. Luc. 10. Heb. 7. Auguſtin.

Tria hæc ſacramenta multum conſentanea fuerunt legi naturæ, ſiquidem per illa communia ſacrificia colebatur deus, ut rerum omnium conditor: in officio ſacerdotali figurabatur, tanquam ſupremus pontifex & redemptor generis humani: in decimis ut remunerator, qui etiam imperfectionem à nobis noſtram aufert. Non tamen ita perfecte iuſtificabãt hæc tria ſacramenta gratiamq́ conferebant, ut euangelica illa noſtra in eccleſia, ſicuti mox dicturi ſum᷒. Præter hæc tamen multa alia fuerunt ſignacula ſancta etiam in ipſa lege naturæ, puta unctio lapidis Iacob, immolatio arietis pro Iſaac, & ſimilia, quę ſacramenta nõ appellantur proprie, ſicuti nec arca Noe, quoniam à deo inſtituta nõ ſunt in hoc, ut iis uterentur homines tanquam communi remedio, & ſic de multis aliis in lege naturæ. Gene. 28. Gene. 22.

3. At ubi, inquies, circuncisio? nam & illa in lege naturæ fuit in uſu. Verũ quidem hoc eſt quod Chriſtus ait Iudæis, Moyſes dedit uobis circuncisionem, non quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribus. Atq; hoc ita legere eſt in Geneſi, quomodo deus Abraæ circuncisionem dederit in fœdus, aliquot centenis annis Joh. 7. Gene. 17.

ante legem Moſaicam. Attamen quia circunciſio data eſt Abrææ & ſemini eius, in hoc ut per eam populus ille tali ſigno unitus diſponeretur ad legē ſcriptam, dicitur etiam ad eādem pertinere, ſic deinceps populus Iudæorum in lege Moſaica eruditus eſt in cultu diuino & ciuilibus rebus, in cæremonijs, in iudicialibus & moralibus. Vnum eſt quod hic obſeruandum puto, Quanuis circunciſio data eſt Abrææ ante legem, ea tamen efficax fuit medicina contra peccatum originale, iam inde ab ipſo Abraam, & per tempus legis ſcriptæ uſq; ad Chriſtum, iuxta illud Auguſtini: Ex quo inſtituta eſt circunciſio in populo dei, quæ erat tunc ſignaculum iuſtitiæ fidei, ad purgationem ualebat magnis & paruulis, originalis ueteriſq; peccati, ſicut baptiſmus ex illo ualere cœpit ad innouationem hominis, ex quo inſtitutus eſt. De circunciſione plura diſſeruimus in die circuncifionis domini. Multas quoque rationes inſtitutæ circunciſionis ponunt doctores, quibus ultro hic ſuperſedemus, contēti ijs quas antea enumerauimus. Neque lubet hic immorari referendo, cur ceſſarit illa in lege euangelica, quoniam ea prima fuit in eccleſia diſſenſio poſt aſcenſionē Chriſti, ſicut in Actis apoſtolorum legitur. Hæc nunc omnia miſſa facimus. Vnicum tamen hoc ſilentio pertranſire non licet, q̄uis ex uerbis Auguſtini conſtet, circunciſionem & baptiſmum quadantenus comparari, tamen nonnihil intereſt diſcriminis. Principio enim longe maior & uberior gratia infundit̄ puero in baptiſmo à ſpiritu ſancto, quàm olim in circunciſione, quoniam hæc omnem ſuam uirtutem & efficaciam habebat ex paſſione & morte CHRISTI adhuc præuiſa et

Hugo. Circunciſio cuius leg.

Ad Ualerium contra Iulianum.

Acto. 15.

Differētia baptiſ. & circunciſ.

futura, nunc autem baptiſmus uim & operationem ſuam obtinet ex morte Chriſti quæ præterijt, iuxta illud Pauli, Quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Eſt utique illud maius quando præſens iam numerata pecunia eſt, quàm quum in futurum differtur. Precium autem ſalutis animarum noſtrarum, ipſe ſanguis eſt Chriſti, in quo, ut Paulus ait, habemus redemptionē per ſanguinem eius, remiſſionem peccatorum: & ſicut inquit Petrus, ſcientes quòd nō corruptibilibus auro uel argento redempti eſtis de uana ueſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed precioſo ſanguine quaſi agni immaculati & incontaminati Chriſti. Quid denique multa? ſicuti noua hæc lex euangelica multo perfectior eſt quàm utraque iſta quæ præceſſerat lex naturæ & Moſaica, ita longe perfectiora etiam habet ſacramenta, quia gratia & ueritas per Ieſum Chriſtū facta eſt. Quamobrem deus de præceptis ueteris legis ait, conferendo ad ea quæ ſunt legis euangelicæ: Dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus nō uiuent.

Roman.6. Ephe.1. 1.Petri.1. Ioh.1. Ieze.20.

5. Deinde in hoc quoque baptiſmus circunciſione præſtantior eſt, quia ianuas cæli aperit, quod nō poterat circunciſio. in ea enim omnes q̄uis ſancti, cogebantur tranſire in limbum, Zacharia atteſtante. Nūc autem in argumentum eius quod baptiſmus cęlum reſerat, inquit euangeliſta, baptizato domino à Iohāne, cælos eſſe apertos. Et hoc eſt quod dicit Beda, circunciſio idem illud ſalutaris medicinæ auxilium habuit, quod nunc baptiſmus in tempore gratiæ reuelatę, niſi quod ianuam regni cęleſtis nō aperiebat. Quomodo aūt iam amplius circunciſio abolita ſit,

Zacha.9. Luc 3.

necq́ à Chriſtianis ſeruari debeat niſi in ſpiritu (nam in carne nunc porro circuncidi hæreſis fuerit Ebionitarum) alibi declarauim' in citato ſermone in die circuncifionis domini.

4. Hactenus diſputatum eſt de ſacramentis in lege naturæ obſeruatis: iam ad legẽ ſcriptã ueniẽdum eſt nobis, q̃ quo fuit Chriſto uicinior, eo plura etiam habuit ſacramenta, quæ Chriſtũ expreſſius repræſentarunt & ſignificarunt, q̃ ſacramenta illa in lege naturę. qn ipſe Chriſtus finis legis eſt, ut ait Paulus, ſine q̃ nec legẽ necq́ ſcripturas licet intelligere. unde rurſus ille ait: quũ legitur Moyſes, uelamen poſitum eſt ſuper cor eorũ. Sacramenta igitur ueteris legis multiformia extiterunt: quædã enim in remediũ erãt data, ut circũciſio & ſacrificium pro peccatis: quædam præparatoria tantum fuerunt, ad laudem & cultum diuinum melius proſequendum: quædã erant in eruditionem & informationem, ut in eorum typo & figura ueritas Chriſtus ipſe adumbraretur. ſic enim loco baptiſmi habebant illi circũciſionem, pro ordine ſacerdotali ſacerdotem legalem, pro pœnitẽtia ſacrificium commune pro peccatis, pro ſacramento corporis Chriſti agnum paſchalem, uitulam ruffam, & pleraq́ alia ſigna. Atqui & hoc interfuit, quod quædam communia erant toti populo Iudæorum, & utriq́ quidem ſexui, ut purgatio, ſi quando quis immundum aut mortuum quid tetigiſſet, is aſperſione indigebat aquæ purgationis, ſicuti partim in die purificationis Mariæ commemorauimus. atq́ ea re libri Leuitici & Numerorum pleniſſimi ſunt, & Paulus ipſe teſtatur Iudæis uaria præcepta fuiſſe baptiſmata. Quędam uiris tantum data fuerunt, puta circun-

Roma. 10. 2. Cor. 3.

Leuit. 12. 13. 14. 15. Num. 19. Hebr. 9.

ciſio:quędam ſingularibus etiam perſonis,ut unctio & conſecratio ſacerdotum à deo inſtituta in Exod. Et ſic plurima ſacrificiorum genera,quę ad longum deſcribuntur in Leuit. & à Paulo commemorantur ad Hebræos. Alia adhuc ex illis cõmunia erant uniuerſo populo ad manducandum,ut agnus paſchalis, panes azymi &c. Quædam ſoli comedebant ſacerdotes,puta panes ſanctificationis, propoſitionis, & pectus oblatum,humeros quoq; & ſimilia, quorum plurima leguntur in ueteri teſtamento, multũ onerato & preſſo huiuſmodi mãdatis quæ erant numero 615.ut non immerito graue pondus illud appellarit beatus Petrus.

Gene.17. Leui.12. Joſue.5. Exod.19. Leu.5.27. Heb.9. Exod.12. 1.Reg.21. Leui.10.

5. Cogitare autẽ apud ſe quiſpiam poſſet,an quæ paulo ante articulo quarto percenſuimus,ſacramenta fuerint omnia,& an æqualia ſacramẽta. Sane poſſent illa generaliter uſurpato uocabulo omnia uocari ſacramenta,& primum quidem,quia præparabãt ad ſacramenta & res ſanctas,quum ipſe cultus diuinus exterius quidem plane conſiſtebat eſſentialiter in ſacrificijs,ubi impedimenta quędam erant & irregularitates à deo prohibitæ:ad eas tollendas inſtitutę fuerunt illæ purgationes qbus uterentur ſacerdotes,iuxta illud Pauli,ſanguis hircorum & taurorũ & cinis uitulæ aſperſus,inquinatos ſanctificat ad emundationẽ carnis:ſic oportebat ſacerdotes lauare manus & pedes ſuos,capillos quoq; tondere in præparationem ad digne adminiſtrandum cultum diuinũ. Deinde ſacramẽta in communi dici poſſunt, quoniam ſigna ſancta erant,ſignificabantq; ſacramenta & myſteria noui teſtamenti,ut ſacrificia illa & tot immolationes paſſionem Chriſti figurabant, ablutio

Sacramẽta vet.leg. an ſint ſacramenta.

Heb.9.

baptiſmum, agnus paſchalis ipſum Chriſtum & ſa-
1.Cor.10. cramentum corporis,quomodo Paulus ait,omnia il
lis in figura contigiſſe. Sed ſi proprie loqui uelimus
de ſacramento,quod ſignum ſanctum eſt &gratiam
confert,ſic utique ſacramenta non fuerunt, teſtante
Roman. 3. id Paulo quum ait,ex operibus legis nõ iuſtificatur
omnis caro,&alibi legem ait umbram tantum habe
Hebre.10. re futurorum bonorum, nõ ipſam ueram bonorum
ſpeciẽ. Vbi tamen excluditur circunciſio,quæ & pec
catum purgabat &gratiam conferebat.Sunt qui pu
tent unctionem & cõſecrationem ſacerdotis,etiam
fuiſſe ſacramenta &gratiã contuliſſe. Sequitur hinc,
ſacramenta ueteris legis non fuiſſe ęqualia,ſiquidem
circunciſio &(ut quidam credũt)ſacerdotalis etiam
unctio uera fuerunt ſacramenta, reliqua non item:
quoniam hoc ipſum fœdus domini dei,eſt ſignũ gra
tiæ efficax,ſicut ad Abraam deus loquutus eſt: Hoc
eſt pactũ quod obſeruabitis inter me & uos,circun-
cidetur ex uobis omne maſculinum. Atque ſicut fœ
dus ſuum pepigit deus cum Aarone ſuper ſacerdo-
Num.25. tio,ita confirmauit cum Phinees, dicens: Ecce do ei
pacem fœderis mei, & erit tam ipſi quàm ſemini ei9
Mala.2. pactum ſacerdotij ſempiternum.&per prophetam
ſic ait,Miſi ad uos mandatum iſtud,ut eſſet pactum
meum cum Leui,dicit dominus exercituum. Pactũ
meum fuit cum eo uitæ &pacis. Quum igitur in hi-
ſce duobus fuerit pactum domini,utiq; etiam ex uo
luntate &beneplacito dei gratiam conferebant. Re-
liquæ autem cæremonię in hoc tantum traditæ,ut p
eas populus in cultu diuino melius diſpoſitus ſubſi-
ſteret,neq; ad idola confugeret,ſed ijs faſtus Iudæo-
rum ſupprimeretur:& quæ in figuram tantum my-

ſteriorum futuri teſtamenti noui exercebantur, ne-
minem iuſtificabant, nec gratiam conferebant. Ve-
rũ ſecundũ quod aliquis ijs utebatur ex magna fide
& feruēti charitate, ita & plus minusve merebatur:
opus tñ ꝑ ſe nihil merebatur, niſi iuxta diſpoſitionē
facientis. (in ſcholis dicitur, quod nihil conferebant
ex opere operato, ſed ſolum opere operante.) Exē-
plo nobis eſſe poteſt uel unicus Abel, ad quē reſpe-
xit deꝰ & ad munera eius. Ecce quomodo primum Gene. 4.
reſpicit deus operantem, ſicut hunc textum explicat
Auguſtinus, & ad Petilian. ait, unicuiq; tale eſſe ſacri
ficium, qualis iſte eſt, qui ſacrificaturus accedit.

2. Hinc etiam ſequitur diſcrimen ſacramētorum
noui & ueteris teſtamenti, quoniam ut pulchre in-
quit Auguſtinus, ſacramēta ueteris legis gratiā tan Li. 2. c. 15.
tum promittebant, quæ nunc in noua gratiam præ- Diſcrimina ſacramentorum
ſtant. & illa quidem ueteris teſtamenti abolita ſunt, vete. & no. legis.
in quorum locũ alia inſtituit dominus, longe tamen
leuiora, tum magis ſalutaria, tum quoq; ſanctiora: ſic ſuper Pſal 73
in lib. de uera religione ait, Iudæos fuiſſe in lege ſer- par 2.
uitutis, atq; ideo multis fuiſſe ſacramentis oneratos. ca. 17.
Verum hoc eis ceſſit in commodum, ut magis appe
terent gratiam Chriſti per efficacia ſacramenta no-
uæ legis, in qua pauciora iam ſunt ſacramenta, quo-
niam hæc lex eſt perfectionis, libertatis & dilectio-
nis, iuxta id quod Iacobus ait: Qui perſpexerit in le- Iacob. 1.
ge perfectæ libertatis, & permanſerit in ea, non au-
ditor obliuioſus factus, ſed factor operis, hic beatus
in facto ſuo erit. Et quanuis circuncisio quoque
gratiam conferebat, non tamen ita abundanter ut
baptiſmus, ſicut antea docuimus, teſtante id etiam
Paulo, quoniam ex operibus legis non iuſtificatur Gal. 2.

Gala. 2.4. omnis caro. & deinde, Quum cognoueritis deum, imò cogniti ſitis à deo, quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuo ſeruire uultis? Quibus uerbis Paulus ueteris legis ſacramenta infirma & egena uocat elementa. Et alibi
Heb. 9. ſic dicit, munera & hoſtiæ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere. Et ubi ille ad noua ſacramenta Chriſti digreditur, in hæc uerba prorumpit:
Tit. 3. Quum benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris noſtri dei, nō ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abunde per IESVM CHRISTVM ſaluatorē noſtrum. Idipſum nos deinceps per ſingula ſacramenta ubique docebim⁹, fauente domino ex ipſis ſcripturarū teſtimonijs, cōtra neochriſtianos, qui ſacramentis omnem conantur ſubripere gratiam: quod ſi ita eſſet, nihil relinqueretur diſcriminis inter Moſaica & euangelica ſacramenta, contra Paulum qui dicit, quòd neminem
Heb. 7. ad perfectum adduxit lex, loquens de ſacramentis, operibus & cæremonijs ueteris legis. de ſacramen-
Gal. 4. tis autem Chriſti inquit: Quum uenit plenitudo tēporis, miſit deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Verus itaque Samaritanus ille eſt Chriſtus dominus, qui homini uulnerato infudit in uulnera uinum & oleum, miſericordiæ ſuæ ſacramenta, per quæ uitam conſequeretur æternam, quam omnibus nobis concedat qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

HOMILIA IIII. DE SACRAMENTIS NOUI TESTAMENTI IN COMMUNI.

Samaritanus appropians. Lucæ decimo.

ETſi animus ſit de ſeptem tantummodo ſacramentis eccleſiæ catholicæ apud uos uerba facere, tamen ut hæc quoque melius accipiatis quę dicturi ſumus, atq; ut gratia Chriſti glorificetur magis in ijs ſacramentis, homilias tres prępoſuimus in uniuerſum, omnia ſacramenta, etiam illa ueteris legis continentes. Nunc autem porro de ſacramentis noui teſtamenti tantum differemus, eo quod illa uetera obliterata iam ſint atq; demortua, & in ipſo etiam tum apoſtolorum concilio iudicata tãquam inutilia & nihil minus quàm neceſſaria, imò & nociua & mortem illatura: quãobrem Galatis hoc idem prædicit Paulus, quod ſi circuncidantur, Chriſtus eis nihil ſit pro futurus. Actu. 15. Gal. 5.

Dicat aut ẽ aliquis, Quid quod in eccleſia remanſerunt non tantum præcepta moralia, uerumetiam cæremonialia, puta ſuffitus thuris, dedicatio tẽplorum, quæ olim Iudæis dicebatur feſtiuitas luminarium, unde profecto cæremoniæ illæ nondũ uidentur elanguiſſe: ſed huic reſponſum uolumus, quia multitudo cæremoniarum Iudaicarum iam abolita eſt, partim ꝙ earum figura & ſignificatio uires iam ſuas amiſit, ut circũciſio & agnus paſchalis, partim quod magis grauant ꝙ̃ ut ad bonos mores faciant. Sed quum quarundam adhuc ſignificatio maneat, quæ etiam mores adiuuant, nec quenq̃ onerant, eas reſeruauit eccleſia: ſic enim qui cum thure fit ſuffitus, orationem noſtram deſignat, quod ſicut fumus ille ad Pſal. 140.

Cæremonię aliquę remanſerunt.

deum debet aſcendere,ita & preces noſtrę,quas quidem aſſiduas eſſe decet.Prgterea quoque hoc ſuffitu deus colitur non ſecus quàm in materiali templo,q̄d quidem typum gerit templi ſpiritualis & regni cæleſtis:ſic & unctio manſit in eccleſia, templorum & altarium conſecrationes,luminaria quoq; & id genus alia.omnes autem cæremoniæ,quæ nihil niſi figurabant, abrogatæ nūc ſunt, quoniam ueritas ipſa Chriſtus orbi illuxit.

Sacramētum. 2. Vt autem ad eccleſiæ ſacramenta tandem ueniamus,dicimus ſacramenti uocabulo accipi ſignū externum,ſenſibile,quodq; efficaciter gratiam dei ſignificat,uel effectum gratuitum,ex inſtitutione diuina ordinatum ad ſalutem hominis uiatoris.Ob id beatus Auguſtinus etiam ſignum uocat rei ſacræ,& quod ſacramentum ſit inuiſibilis gratiæ uiſibilis forma.Sed obſcuriora hæc uidentur: explicemus itaq;, Sacramentum inquam ſignum eſt externum ſenſibile,quod ipſe uides ut in baptiſmo,uel audis ut in confeſſione,& quoniam nihil internū in ſpiritu exiſtēs, poteſt eſſe ſacramentum.Atq; hoc eſt, quod ut prima homilia deduximus,deus ipſe uult, lapſo iā Adā per inobedientiam, nos humiliari erga ſacramenta, quæ ille in rebus inſtituit materialibus . Duo igitur in ſe continent ſacramenta:alterum quia figurant, eo nimirum,q; ſunt ſigna:alterum quia etiam ſanctificant,ſicut porro deinceps dicturi ſumus. Quæras, cuiuſmodi ſignum ſit ſacramentum.Profecto ſignū illud eſt uel præſentis gratiæ,uel diuinę operationis, in eo qui illud digne & decenter ſuſcipit. Quanuis etiam talia ſigna ſunt ſacramenta,ut nobis in memoriam reuocent mortem & paſſionem Chriſti,deinde

Auguſtin.

Contra Oecō.

in ſpem & conſolationem nos erigant de futura glo ria conſequenda,proprie tamen gratiam ſignant p̄ſentem.Sequitur,inuiſibile corpus Chriſti ſacramentum non eſſe,ita ut nunc de ſacramento loquimur, ſed illa ſpecies exterior quam ſenſibus agnoſcimus, & illa omnino ſub quib⁹ Chriſti corpus & ſanguis admirabili modo & inuiſibiliter continentur, ſicut infra in homilijs de ſacramentis corporis Chriſti latius diſſeremus.

2. Porro ſacramentum efficaciter ſignificat gratiam dei,hoc eſt,infallibili effectu debet gratiam deſignare,quantum in ipſo eſt. Atq; hic excluduntur ſacramenta ueteris legis,quæ non efficaciter gratiam dei deſignabant.circunciſio uero etſi gratiam contulit,nunc tamen abolita eſt. Gal.2. Heb.8.

3. Sacramenta autem noſtra gratiā dei ſignant, uel opus gratuitum,idq; adiectum eſt propter ſacramentum corporis Chriſti, quod præcipue gratiam dei per corda hominum diffuſam non ſignificat,ſed potius ipſum om̄is gratiæ fontem Ieſum Chriſtum, Roman.5. qui in hoc ſacramento uere & eſſentialiter eſt. hoc autem opus eſt gratiæ diuinæ,quod ille ſub hoc ſacramento nobis corpus & ſanguinem ſuum reliqt.

4. Poſtremo ſacramentorum quoq; finis innuitur,quoniam faciunt ad ſalutem hominum, qui per horum perceptionem hic gratiam,& illic gloriā conſequuntur æternam.

5. Quando diximus ſacramentum ſignum eſſe Signum efficax & infallibile,uoluimus certum ſignificare id efficax eſſe,nec fallere quantum in ipſo eſt. Vnde ſequitur primo,omnia eccleſiæ ſacramenta tantum à deo eſſe inſtituta,non ab apoſtolo,non ab aliquo cōcilio:

Sacramẽta omnia a deo. Imò ſi totus nunc conueniat mundus,ſacramentum inſtituere nullum poſſet,quoniam quum gratia im mediate à deo creetur, quomodo pura creatura in cuius poteſtate gratia dei non eſt, ſignum gratiæ ali quod euidens & infallibile queat inſtituere? ſolus er go deus poteſt inſtituere ſacramentum, quod ipſe

Pſal. 106. etiam Dauid in ſpiritu prædixit,inquiens: Miſit uer bum ſuum,hoc eſt,pater filium ſuum,&ſanauit eos, & eripuit eos de interitionibus corũ: hoc autem fe cit & impleuit Chriſtus in ſacramentis,uti parabola

Luc. 10. illa Lucæ declarat,qua oſtenditur nec ſacerdotẽ ne que Leuitam, ſed Samaritanũ Chriſtũ alligaſſe uul nera,uinum & oleum infudiſſe,hoc eſt, ſacramenta

Unde efficacia ſacramentis. inſtituiſſe. Quærat aliquis,unde efficaciam illam ha beant ſacramẽta, eo q̃d ſigna ſint efficacia gratiæ di uinæ? non aliunde ſanè quàm ex ipſo deo omnipo tente, qui ſolus cuncta gubernat in cælo & in terra:

Mat. 11. Pſal. 113. q̃m ea uoluntas ipſius eſt, teſtãte Chriſto quum ait: Ita pater beneplacitum fuit ante te:nec mirum,qp pe om̃ia quæcunq; uoluit fecit. Tu igitur quiſquis es caue reſpicias creaturam illam exteriorem in ſacra mento,ſed uoluntatem dei hic operantem & omni potentiam eius,ſpiritum quoq; ſanctum,qui p grati am ſuam operatur in cordibus eorum,qui percipiũt

Neochriſtiani. ſacramenta. Et quis iam hic adeo cæcutit,ut non ui deat quantum peccent iſti,qui oĩa impugnant ſacra menta, ſimulq; diuinæ reſiſtunt uoluntati cũ magna contumelia,reſiſtunt omnipotentiæ dei,ſpirituiſan cto,ipſiq; adeo Chriſto,qui inſtituit illa. De prælatis adminiſtrantibus illa & diſtribuẽtibus inter fideles,

Luc. 10. ſic ait Chriſtus: Qui uos ſpernit,me ſpernit. Qui aũt me ſpernit,ſpernit eum qui miſit me,patrem,ſic ni-

mirum quiſquis ſacramenta contemnit, cõtemptui habet & Chriſtum & totam trinitatem. Quid autẽ Paulus inquit? Si quis nõ amat dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit anathema maranatha. Sed quomodo amare quis poteſt Chriſtum, qui ſacramenta illius ex mera miſericordia in medicinam & ſalutem noſtram inſtituta cõtemnit, pro nihilo habet, & abolere conatur? Væ magiſtratibus per quos tanta flagitia & ſcelera impune licet patrare, & quod grauius eſt, qui uel ipſi ea perpetrant uel committunt. Quàm duriter aliquando rationem ſtrictam reddẽt iuſtiſſimo iudici? (diabolus eſt protector eorum.) 1. Cor. 16.

4. Habent ergo ſacramenta efficacem ſuam operationem ſimul & figurationem ex ipſa dei uoluntate. Vbi adhuc obijciat aliquis, Atqui memini me ſæpius audire ſacramẽta ex uulneribus Chriſti profluxiſſe, unde putaſſem ſacramenta à cruce, imò à crucifixo Chriſto efficaciam omnem habere. Neq; malè ſanè audiſti in hoc, nec ineptè ſentis, uerum interim duo hæc non pugnant inter ſe, quum dico, ſacramẽta uirtutem ſuam habere ex ipſa dei uoluntate, & quñ tu ais, profluxiſſe è latere & uulneribus Chriſti, utrũque enim hoc uerum eſt, quod uoluntas dei operatur per ſacramenta, uerũ eam operationem ſibi propoſuit deus adimplendam per meritum paſſionis & mortis Chriſti (rotundè ſolet dici, ſacramenta habẽt efficaciam à uoluntate dei principaliter, & à paſſione & morte Chriſti meritoriè.) Quomodo autem ſacramenta gratiam operentur in animam ſuſcipientis, miraris forſitan, ſiquidem res corporea in ſpiritum non operatur, & quũ aqua baptiſmi corporea ſit & materialis, ſimiliter & chriſma in confirmati-

Sacramẽta ex vulneribus Chriſti.

Auguſtin. ſup Gene.

one & conſecratione,uidetur ea non poſſe in tam nobilem creaturā,gratiam agere & procreare in animam utentis. Quæſtio hæc ſcholis ad longum dilatari ſolet,nec eſt quod pios homines & ſimplices ex uulgo,iſtiuſmodi ſubtilitatib⁹ obruamus. cuiq; Chriſtiano hoc ſatis eſt, ſpiritum ſanctum ipſum operari in animam ſuam gratiam, aſſiſtentibus tamē ſignis ſacramentalibus externis: ut quum baptizatur paruulus iuxta Chriſti inſtitutionem, tunc ſane certi ſumus,atque adeo efficaciter credere debemus, illum à peccato originali eſſe purgatum,iamq; gratiam dei ſuſcepiſſe.(ſolent doctores dicere quod ſacramenta ſint cauſa ſine qua non.)Sic ſi qs ſigillo principis obmunitam geſtat pyxidem, ea utique portantem per ſe non præmunit,ſed ſignum eſt tantum,principem illius regionis ſuapte poteſtate uelle illum ſecurum habere cōductum,ita ut à nullo incautus obruatur, neve ei à quoquam uis inferatur. Quum itaque dominus Ieſus miſericors ille Samaritanus,& ſaluator in remedium & ſalutem nobis hæc inſtituerit ſacramenta, noſmetipſos ad ea tum tractanda,tum diſtribuenda atque ſuſcipienda pie parare debemus,iuxta cuiuſlibet ſacramenti ritum & ordinē,ut per ea gratiam & gloriam adſequi mereamur.

HOMILIA V. DE SACRAMENTIS NOUÆ LEGIS IN COMMUNI.

Samaritanus appropians. Lucæ decimo.

Simul atq; dilectiſſimi,de inſtitutione ſacramentorum eccleſiæ ſatis diſſeruimus,& de aſſiſtente illis immēſa dei uirtute: quamobrem in ampliori honore omnibus ſunt habenda: ſupereſt ut de ijs

nonnihil dicamus, quæ adhuc plura ſunt in eccleſia ſigna ſancta, ea ut quilibet à ueris ſacramentis poſſit diſcernere, nosq́ iuſto progrediamur ordine: nunc iám ex ijs quædam oſtendamus ſacrata ſigna, quę tamen ſacramenta non ſunt.

Et principio quidem, columbam quæ ſupra dominum apparuit in baptiſmo, ſacramentum non fuiſſe ex eo conſtat, quòd licet ſignum ſacrũ fuerit plenitudinis gratiæ Chriſti, eam tamen in Chriſto gratiam operata nõ eſt: quin potius uice uerſa, quia plenitudo gratiæ fuit in Chriſto, ideo ſuper illum colũba uiſa eſt. Ad eũdem modum linguæ igneæ quę ſuper capitibus apoſtolorum apparuerunt in die pentecoſtes, ſignacula utique ſancta fuerunt, ſed non ſacramenta: quia non erant efficacia gratiæ ſigna, ſed potius eo ꝙ apoſtoli gratia pleni erant, ſignaculum illud linguarum ſuper eis apparuit. Porro ex eadem radice ſequitur, ꝙ & æneus ſerpens, imago crucifixi, &ſimilia, ſacramenta non ſint, quoniã non ſunt euidentia ſigna operandi gratiam dei in homine. Rurſus conſequitur inde, aquam benedictam ſacramentum non eſſe: ſiquidem ſacramenta à deo quum ſint inſtituta, aqua illa ab eccleſiaſticis hominibus originem traxit: ſacramẽta quoq́ ſigna ſunt efficacia gratiæ, aqua uero ſacra nec gratiæ diuinæ certum eſt ſignum, neq́ ſanctificat, ſed animũ hominis erigit tantum ad remiſſionem peccatorum uenialium, maximeq́ facit ad profligãdum dæmonis inſultus & tentationes.

Mat. 3. Columba. Actu. 2. Nume. 21. Aeneus ſerpens.

2. Commodum autem hoc loco, ubi in mentionem aquæ benedictæ incidimus, quam neochriſtiani admodum contemnũt, quòd eorum ſpiritus ſer

re nequeat, recenſebimus uobis quod etiamſi illa ſacramentum nullum eſt, attamē remedium exiſtit ualidum aduerſus diaboli impetum, unde à maioribus noſtris hactenus plus mille quadringentis annis in

De conſ. diſ. 3. aquā ſale.

eccleſiaſtico uſu permanſit. Ita enim Alexander papa à beato Petro quartus, in ſancta ſua eccleſiaſtica traditione inquit: Aquam ſale conſperſam in populis benedicimus, ut ea cuncti aſperſi ſanctificentur & purificētur: quod omnibus ſacerdotibus faciendum

Num 31. Hebr. 9.

eſſe mandamus. Nam ſi cinis uitulæ aſperſus populum ſanctificabat atq; mundabat, multo magis aqua ſale aſperſa, diuiniſq; precibus ſacrata, populum ſanctificat atque mundat. Etſi ſale aſperſo per Eliſeum

4. Reg. 2.

prophetam ſterilitas aquæ ſanata eſt, quanto magis diuinis precibus ſacratus ſal, ſterilitatem rerum

Aqua benedicta.

aufert humanarum, & coinquinata ſanctificat atque purgat, & cætera bona multiplicat, & inſidias diaboli auertit, & à phantaſmatis uerſutijs hominē defendit? Ecce quomodo papa ille & martyr ſanctus ſacrarum literarum exemplis cōfirmat, atque adeo perſuadet aquam eſſe ſanctificandam aduerſus inſi-

Num. 5.

dias diaboli. Vnde mirari ſuccurrit, quomodo neochriſtiani quum legant in ueteri teſtamento fuiſſe in ſynagoga aquam ſacram, quam ſacerdos mulieri de adulterio ſuſpectæ potandam dabat, uidere tamen atque intelligere nolunt, quur adeo pauperem eſſe conueniat eccleſiam, ut non & ipſa aqua utatur benedicta. Præterea legere eſt in regum hiſtorijs,

1. Reg. 7. In Heb. q. ſuper li. reg.

quomodo Iudæi abolitis idolis Baalim & Aſtaroth, hauſerunt aquam, eamq; coram domino effuderūt. Vbi Hieronymus ſic ait: Hebræi tradunt quòd coram domino in eandem aquam maledicta congeſta

ſint, & ſicut in lege mulier zelotypa hauſta aqua probabatur, ita & hic idololatræ hac aqua probati ſunt. Tradunt etiam quod quicunq; idololatra hāc aquā guſtaſſet, labia eius ita ſibi adhærerent, ut nequaquam ab inuicem ea ſeparare idololatra poſſet. Atq; eo ſigno illos Samuel dignoſcebat, ſicut & Moyſes hos qui uitulum adorauerant aureum. ipſum enim uitulum in pulueres contundebat, & ijs conſpergebat aquas, unde idololatræ bibebant. Similiter in hiſtoria tripartita legimus, quod uir quidam ſanctus & epiſcopus Marcellus, quum uellet idolum Iouis in urbe Apamia deijcere, atque operarij ſubfoſſa ſtatua, ſubiectisq; lignis cuperēt eam incendere, noluerint tunc ligna naturaliter ardere: dæmon enim quidā teterrimus apparuit, qui flammas ſecundum uires ſuas prohibebat operari. Quod dum Marcell' epiſcopus intellexiſſet, facto ſignaculo crucis ſuper aquas, quendam diaconum ſuum Equitium fide & zelo munitum, ſumere iuſſit aquam, & cū fide aſpergere: quod dum factum fuiſſet, dæmon effugit nō ferens aquæ uirtutem. Ignis autem uelut oleum habuit illius aquæ naturam, comprehenſaq; ſunt ligna & repente conſumpta, ita ut templum uniuerſum una cum ſtatua corrueret. Equidē ipſe audiui à uiro fide digno, qui in cellario ſuo nihil oīm rerum cōſeruare potuit, præ impetu uermium uenenoſorum & impurorum animalium, iuſſus inde ſemper diebus dominicis modicum aſpergere aquæ benedictæ, quicquid id erat, profligatum eſt totum. Quondam etiā mos extitit, panē in ſingulos dies dominicos benedici, ſicuti etiam nunc apud Græcos & in Gallia aliisq; locis nonnullis obſeruatur inter Chriſtianos.

Lib. 9. ca. 64.

Panis benedictus.

Li.1.de baptiſmo paruulorū cap.26.

Atq; de pane illo ſacro loquitur beatus Auguſtinus, dicens: Nam & catechumenos ſecundum quendam modum ſuum per ſignum crucis & orationem manusq; impoſitionē puto ſanctificari, & quod accipiunt, quanuis non ſit corpus Chriſti, ſanctum eſt tamen, & ſanctius q̄ cibi quibus alimur: ſacramentum enī eſt, ſacramenti uocabulo generaliter utitur, ſicut iam ſupra homilia prima declarauimus. Verum hęc iam ſufficiāt dicta de aqua illa ſacra, plura qui uolet de benedictione creaturarum, petat ea ex parte tertia.

Tomo.3.

3. Ex ſupradictis iam ſequitur, quomodo ſacramenta ſint ſigna & ſignificēt. Verum enim eſt illud, quod ſacramenta ſignificationem ſuam habent ex naturali ſimilitudine uelut radicitus, nihilq; interim minus ex inſtitutione diuina, ita ut omino ſint ſigna partim naturalia, partim arbitraria, ſeu uolūtaria. Id ita intelliges per exemplum: ſacramentum baptiſmi ſitum eſt in uiſibili lauacro aquæ, ea autē ablutio naturalis utiq; eſt, quumq; multas habeat proprietates aqua, infrigidat enim, humectat, mundat & abluit, irrigat prata, & naturalia plane hæc ſunt opera. Verū quum iam ſuperuenit inſtitutio diuina, ut ſic in baptiſmo renaſcatur homo, inſtitutio ſane hæc uoluntaria eſt. Iamq; nos in fide eruditi, ſcimus externam hanc corporis ablutionem ſignificare illam internā animæ purgationem à peccato originali. Quid multa? quū lex noua omnium ſit perfectiſſima & plane perpetua, (teſtamentum enim hoc nouum & ęternū eſt) ſacramenta quoq; habet abſolutiſſima, quę ideo nemo Chriſtianus p̄ſumat contemnere, ſed in ſummo quiſq; honore obſeruet ac reuerentia, cum gratiarum actione quoq; ſuſcipiat. Atque ut ad id quod

Nota

Eccleſię credendū.

præcipuum eſt perueniamus, conſtat eccleſiam ſanctam fidelium omniũ matrem, Chriſtiq́ adeo ſponſam electiſſimã nos docere, ut conſtanter credamus & profiteamur ſeptem eſſe ſancta ſacramenta. Idq́ unicum, quod fortiter hoc ita eſſe tenet eccleſia, ſatis certum eſſe debeat cuiq́ Chriſtiano teſtimoniũ: ipſa enim columna eſt & firmamentũ ueritatis: atq́ ideo neminem moueant deliramenta & figmenta ſchiſmaticorum, nemo etiam ſuo nitatur intellectui, ſed captiuet illum in obſequium & obœdientiã Chriſto. Nihil igitur te perturbet quid Lutherus, Zuinglius & alij perfidi ſomnient. lupi enim ſunt rapaces. tu Chriſtum potius audi in eccleſia ſponſa ſua, atq́ hũc credito, quoniam, ut ait propheta, Niſi credideritis, non intelligetis. (ſecundum ſeptuaginta) Atq́ manſurum ſe cum eccleſia ipſe nobis dominus conſtanter promiſit, inquiens: Ego uobiſcũ ſum uſq́ ad cõſummatiõem ſeculi. Idem quoq́ pro Petro oraſſe ſe ait, ut ne deficiat fides ipſius. Nihil unquam tale ꝓmiſit ille neo chriſtianorum & ſchiſmaticorum conuenticulis. Ad hæc optimo utitur eccleſia magiſtro, qui illam inducit in omnem ueritatem, nec ſinit errare. Quiſquis autem reſiſtit eccleſię, is ſane peccat in magiſterium ſpiritusſancti. Atq́ ideo ut finiamus, firmiter credimus de ſacramentis, ſicut eccleſia tenet apoſtolica, atq́ ut iam olim in magno illo concilio Florentino concluſum eſt à latinis & Græcis.

1. Tim. 3. | 2. Cor. 10. Johan. 10. | Iſa. 7. | Mat. 28. Luce. 22. | Joh. 14. | C. ad abolendam de hære.

4. Huius porro ſeptenarij numeri ſacramentorũ etſi præcipua ſit cauſa diuina uoluntas Chriſti, qui tot inſtituit ſacramenta, attamen quum rationabilis ſit illa uoluntas, rationes aliquot cum omni humilitate perſcrutabimur, ad eruditionem noſtram, ut ſic

corda ſimpliciũ in fide catholica fortius confirmen-
Septenarius numer' tur. Primum omnium non debebat unum tãtum in-
ſtitui ſacramẽtum, quoniam inſtituta ſunt ſacramẽ-
ta ex bona parte in medicinam & remedium (quam
obrem in paradiſo ſacramentũ nullum erat, nec ad-
huc eſt in inferno uel purgatorio, neque erit in cęlo)
multi autem ſunt hominum defectus in peccatis &
alijs quibuſdam, ideoq; decuit plura etiam eſſe ſacra-
mentorum remedia, ſicut de hac multitudine non-
nihil præuidiſſe in ſpiritu Dauid creditur, quum di-
Pſal. 106. ceret, Miſit uerbum ſuum & ſanauit eos, & de inte-
ritionibus eorum liberauit eos. Quumq; inſtituta
ſint inſtrumenta, ut à principio diximus, ad exerci-
tium & eruditionem, non poterat hoc in unico ſa-
cramento pręſtari & cõfici commode. Profecto ho-
Pſal. 48. mo per peccatum, Dauide teſte, ſimilis factus eſt iu-
mẽtis inſipiẽtibus, rurſus iam ab hac beluina cõditi-
one erigitur homo p hęc ſancta ſacramẽta. Quiſqs
ergo auerſatur ſacramẽta, quid aliud facit, niſi quòd
beſtiam agit, ſeq; ultro dæmonibus præbet exercen-
dum turpiter, quod neochriſtiani faciunt impuriſſi-
Exod. 17. & 31. Actu. 15. mi? Sed neq; nimiam ſacramentorũ decuit inſtituere
multitudinem, aliâs enim euãgelium legis Moſaicæ
grauitatem æquare uideretur. Moyſes autem & ma-
nus graues habuit, & legem accepit ſcriptã in tabu-
lis lapideis, lex ea erat multi oneris & timoris, quam
etiam patres portare non potuerunt, unde & pon-
dus in ea erat immenſum atq; importabile legum &
Iacob. 1. typicorum ſacramentorum. Viciſſim euãgelica lex
Matth. 11. noſtra, lex eſt ueræ libertatis, autore Iacobo, iugũq;
Lib. 19. cõtra Fauſt. cap. 13. ſuaue & leue onus. Atq; hoc nimirum eſt quod Au-
guſtinus ait: Ablata ſunt ueteris legis ſacramenta,

quia impleta per Chriſtum,& alia ſunt inſtituta uirtute maiora,utilitate meliora,actu faciliora,numero pauciora. (cōcordat idem ad inquiſ. ad Ianuarium, lib.1.cap.1.& de uera religione,capite 17.

Nomina ſeptem ſacramentorum ſunt illa, baptiſmus,confirmatio,ſacramētum altaris, pœnitentia, ordo, matrimonium, & extrema unctio. Dices,nec plura nec pauciora oportere eſſe ſacramenta quàm ſeptem:id quidem eſt confirmatum,ſed ratio ſeptenarij addita non eſt. Quid igitur hic ſentiendum? Audi,quoniam ex ipſa ſacra ſcriptura conſtat ſeptenarium & perfectiſſimum eſſe numerum,& ueram deſignare quietem,quia numerᵘˢ eſt uniuerſitatis.(ui dè Auguſtinum libro primo, capite triceſimoprimo de ciuitate dei, & orationem noſtram de ſancta Catharina.)de perfectione huius numeri plura dicere ſuperſedebimus,& ſcholis relinquemus. Verum & ſeptimo die deus ipſe requieuit poſt rerum omnium creationem. Atque ob id ſacramentis etiam numerus hic cōueniens erat, quoniam quum in ijs gratia & dona ſpirituſſancti conferantur,dona quoque illa ſeptem eſſe agnoſcuntur, iuxta iſtud propheticum: Requieſcet ſuper eum ſpiritus domini,ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & bonitatis, & replebit eū ſpiritus timoris domini. ſic à Iohanne ſeptem commemorantur ſpiritus,hoc eſt,ſeptem dona ſpiritus, eſſentialiter enim ſpirituſſanctus unus eſt, dicente Paulo: Vnum corpus, unus ſpiritus. Septem etiam eccleſiis ſcripſit Iohānes,quanuis una ſit eccleſia:numerus tamen ille ſanctus ei placuit propter ſeptē dona, ꝓpter ſeptē ſacramenta, ꝓpterea ꝙ hunc numerū

Gen.2. Iſai.11. Apoca.3. Ephe.4.

primum hoc honore deus dignatus eſt, quod non
Gene.2. primo, non ſecundo aut ſexto, ſed ſeptimo die requieſcere uoluit, eumq́ ſanctificauit. Conuenienter itaq; hoc numero ſeptem ſacramenta celebrauit & inſtituit dominus Ieſus, ut ſic nos ſanctificaremur etiam, & ſacrum illum donorum ſpiritusſancti ſeptenariū perciperemus in hac quoq; uita, atq; deinde æterna perfrueremur patria, Amen.

HOMILIA VI. DE NVMEro ſacramentorum legis euangelicæ. Samaritanus appropians. Lucæ decimo.

QVandoquidem ſuperiori homilia ſatis oſtendimus, cõuenienter eſſe à Chriſto factum, q̄d ille ſacramenta ſancto illo ſeptenarij numero inſtituerit: porro declarabimus, quantopere numerus hic & uirtutibus competat, quas in nobis operantur ſacramenta, & morbis, q̄bus medicandis adhibentur. Primum itaq; etſi in uno ſacramento plures uirtutes dari queant, & de facto dentur à deo: tamen pulchrum eſt, quod uidemus ſingula ſacramēta ſingulis attribui uirtutibus. ſunt autem uirtutes
7. uirtu. 7. ſacra. principales ſeptem, quapropter decuit totidem etiā inſtituere ſacramenta.

Virtutes theologicæ tres.	Fides Spes Charitas, 1. Cor. 13.
Virtutes cardinales quatuor.	Prudentia Fortitudo, Sap. 8. Temperantia & Iuſtitia.

At quomodo quodlibet ſacramentum uni ex ijs

uirtutibus competat, ſic applicãt doctores: fidei enĩ tribuitur baptiſm⁹, eo quod in illo fidei initium ſit, quum ianua ſit, qua & in eccleſiam & ad cætera ſacramenta patet ingreſſus. Vnctio ſpem manifeſtat, nam qui illam in ultimo uitæ ſuæ termino ſuſcipit, teſtimonium dat ſpei ſuæ, quam habeat erga deum & meritum eccleſiæ, cui innixus iam parat abitum. Sacramentum corporis Chriſti, ſummæ charitatis & dilectionis eſt arcanum quoddam myſterium, Hilario teſte. Confirmatio fortes nos reddit & confirmatos ad agonem ſpiritualem. Pœnitẽtia iuſtitiam operatur, ut qui in peccatis iniuſte egerat, rurſus hic opus exerceat iuſtitiæ. Ordo prudentiam requirit, quoniam ordinatus hoc modo claues debet habere ſcientiæ, ut ſic officium ſuum prudenter exequatur. Matrimonium temperantiam deſiderat cibi, potus & operis coniugalium: ſiquidem ibi peruerſa & praua hominis concupiſcentia honeſtate nuptiarũ excipitur. Poſſent hæc omnia ad longum dilatari, ſed nos breuiter tantum uoluimus ueluti digito commonſtrare. Tu ſi placet, extende per tres ſermones.

Hilarius.

Septẽ ſacramenta & ſeptem morbos.

2. Quumq́ ab initio dictum ſit, quomodo Samaritanus Chriſtus uulnerato homini medicando inſtituerit ſacramenta, eius quoq́ morbis curandis, ſeptenarius ſacramentorum numerus bene conuenit. Principio eſt morbus quidam hæreditarius in omnibus hominibus, ipſum ſcilicet peccatum originale, promanans ex Adam & Eua. Chriſtum hic excipimus & Mariam. Vnde Paulus ait in Adam omnes peccaſſe. & contra hunc morbum inſtitutus eſt baptiſmus. Altera ęgritudo eſt peccatum actuale poſt baptiſmum, huic curãdo Chriſtus inſtituit pœniten

Roma. 5.

tiam, deditq́ apoſtolis ſuis, & eorum ſucceſſoribus clauium poteſtatem. Tertius morbus non adeo gra-
Apoca.21. uis eſt peccatorũ uenialium: quum enim nihil coinquinatum ſit intraturum in regnum cælorum: ideo ut totus undiq; purgetur homo etiam à leuioribus peccatis, Chriſtus moriturus ordinauit ſacramẽtum unctionis. Quartus in homine defectus magnus & morbus, eſt inſcitia eorum quæ neceſſaria ſunt ad ſalutẽ. huic quoq; ut mederetur dominus, inſtituit ordinem, ubi intellectum ſuſcipit presbyter quomodo abſoluat, aliosq́ uiã doceat felicitatis. Quinta ægritudo eſt exacerbata iſta malignitas uolũtati noſtræ congenita, quæ faſtidium nobis ingerit & nauſeam om̃is boni faciundi. Contra eam nobis Chriſtus ꝓpoſuit corporis ſui participationẽ, qua quiſquis utitur ſæpius, huic nimirum adueniet amor quidam pi-
Auguſti. orum operum cum ardore animi, quod matri ſancti Auguſtini eueniſſe legimus. Sextus lãguor in nobis eſt infirmitas perſeuerandi in fide, illamq́ intrepide confitendi etiam corã perſequentibus. Vt huic quoq; ſuccurreret dominus, propoſuit confirmationis ſacramentum, quo Chriſtiani cõfortantur, ut firmiter & conſtanter Chriſtum cõfiteantur, quod Petrus fecit in die pentecoſtes coram Iudæis, qui antea
Actu.2. ad uocem unius ancillulæ exhorreſcens, eam ſuſtine-
Mat.26. re non potuit.

Septima infirmitas, eſt inordinata incẽſio, & feruẽs iſta concupiſcentia ad opera carnis, in quibus omnium maxime ſtimuli peccati originalis ſeſe aperiunt & manifeſtant, quibus tamen coẽrcendis Chriſtus ordinauit coniugij ſacramẽtum. Omnia hæc magis patebunt infra in ſingulorum ſacramentorum per-

tractatione. Ecce, q̃modo ſumma dei patris ſapientia Chriſtus Ieſus, prudenter omnia ordinarit in ſalutem omnium noſtrum, ut hinc paratam habeamus animarum medicinam, à primo in hunc mundũ ingreſſu per omnem uitam, uſque ad ultimam mortis horam. In ipſo enim uitæ introitu primoq́ adeo limine baptiſmum habemus, atq; ut in fide conſtãter perſeueremus nec ab ea ullatenus excidamus, confirmatio nobis data eſt: euchariſtia autem, ut illa in nobis confortatio etiam aucta permaneat. Quod ſi tamen in itinere gratiæ nos cadere contingat, pœnitentia nobis adiutrix eſt, ut poſſimus reſurgere, & regia uia gratiæ diuinę porro intrepide ingredi. Atque in uniuerſum ne quis in hoc ingreſſu itineris illi⁹ per ignorantiam erret, inſtituit ordinis ſacramẽtum, lubricam quoq; carnalis concupiſcentiæ ſemitam per matrimonium reſtrinxit: exceſſuris autem ex hac uita prouidit ſacramentum unctionis. Merito igitur omnes clamemus ad dominum cum Paulo: Benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni ſpirituali benedictione in cæleſtibus in Chriſto. Ephe. 1.

5. Tantum quidem de ſacramentis in communi dixiſſe ſufficiat, unde quiſq; pro ſe Chriſtianus primum animo bene obfirmato credere debet cum eccleſia catholica, ſeptem eſſe ſacramenta, non tria aut unicum tantum, ſicut ipſe ſibi contrarius ſcripſit Lutherus, & nos infra circa ſingula ſacramenta contra eum fortius probabimus. Multo adhuc minus fidei tribuat iſtis ſacramentorum impugnatoribus, qui ſemel ſimulq́ omnia negant ſacramenta. Deinde ſatis per hoc edoctus quilibet eſt, ſacramenta hæc

nouæ legis ſigna eſſe efficacia gratiæ diuinæ. ſi enim quis auferre conetur gratiam ſacramentorum, quid nobis faciet reliquũ in uniuerſa religione? Quo tandem eſſemus Chriſto uelut incorporati, tanquã peculiaris populus eius, ſicut antea fuerunt Iudæi? Qui crediderit, inquit Chriſtus, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. baptiſmus ergo ſi gratiam dei nõ conferret, quomodo ſalutem parere poſſet? ſiquidem per ſolã gratiam ſaluãtur homines, teſte Paulo. Ad eundem modum ſi euchariſtiæ ſacramentum non daret gratiam, quur dixerit illud apud Iohannẽ Chriſtus? Qui mãducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, habet uitam æternam. hanc autem nemo habet ſine gratia dei. Et niſi in baptiſmo ſimul infunderet gratia, fruſtra dictum uideretur à Iohanne: Ego baptizo uos aqua, ille autẽ baptizabit uos ſpiritu ſancto: quod utiq; niſi per gratiam non fit. quamobrem ad Nicodemum dominus ait, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto. Ecce quod per aquam fieri uidetur extrinſecus, interius efficitur per gratiam ſpiritus ſancti. Vnde mirari ſuccurrit cæcitatem & impudentiam Lutheri aliorumq; neochriſtianorum, q audent affirmare, ſacramenta nouæ legis gratiã non conferre, quum tamen aperte dicat Apoſtolus, ſecũdum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abũde per Ieſum Chriſtum ſaluatorẽ noſtrum, ut iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundũ ſpem uitæ æternæ. Et alibi, An ignoratis fratres, quia quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus, conſepulti cum illo per baptiſmum in mortem? Qua ergo im

Mat. ult. Ephe. 2. Ioh. 6. Mar. 1. Ioh. 1. Ioh. 3. Sacramẽta cõferũt gratiam. Tit. 3. Rom. 6.

pudentia audent iſti iam negare gratiam ſacramentorum? quod tamen nos deinceps per ſingula ſacramēta fuſius tractabimus, & teſtimonijs ſacrarum literarum confirmabimus. Hoc loco interim præmonere ſufficiat, illa duo inter ſe pugnare, quod de⁹ infundat gratiam ſuam in animam hominis, & ſimul eandem conferunt ſacramenta. deus enim dat ut uerus largitor, creator & infuſor gratiæ, ſacramenta autem tantum ut ſigna efficacia à deo inſtituta, quibus ille ipſe per ſuam diuinam omnipotentiam aſſiſtere non dedignatur. Nihil huc facit quod clamāt aduerſarij, Iuſtus ex fide uiuit, corde creditur ad iuſtitiam, Credidit Abraam deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam: uera ſunt hæc quidem omnia, uerum interim ſacramenta nihil aduerſantur nec cordi, nec fidei, neq; iuſtitiæ: imò ex fide ſuſcipimus ſacramenta, & fides ipſa facit ut paruulos noſtros baptizari ſinamus. Inſignis igitur hic eſt error, quod Lutherus negat ſacramenta conferre gratiam, atq; in hoc ipſe ſibi aduerſatur. nanq; in eodem libro libere fatetur, inquiens: Credat ſe conſequuturum id, quod ſacramentū promittit & donat. Infra quoq;: Per illa noſtra ſacramenta mundantur conſcientiæ ab immundiris ueteris. Quibus ille uerbis aperte fatetur, ſacramēta donare idipſum quod promittunt. promittunt autem gratiam, uitam nouam, regenerationem & peccatorum remiſſionem. Quur ergo adeo repugnat ſacramentis, quur reluctatur eccleſiæ & ſacris literis, imò & ſibiipſi, dum obgannit uulpes, ſacramenta nō conferre gratiam?

Ro. 1. 10.

Gala. 3.

In aſſert. articulo.

4. Sequitur rurſus ex illis, errare denuo Lutherum quum ait, ſacramenta nō iuſtificare, ſed fidem

Sacramēta iuſtifi.

ſacramentorum. ſtatim enim ei obijcio baptiſmum paruuli, qui iuſtificatur utiq;, at non per fidem ſacramenti, imò uerſa uice per ſacramẽtum fidei. Verum quidem hoc eſt, quòd infidelitas impedit uim & uirtutem ſacramentorum, teſtante Hieronymo qui dicit: Etiam lauacra ſunt hæreticorum, ſed non lauant ad ſalutem. nam qui in eccleſia baptiſmum ſuſcipiũt nõ perfecta fide, hi aquam accipiunt, non ſpiritum. Conſequitur hinc alius Lutheri error. neq; enim ijs contentus, adhuc uult paria eſſe omnia ueteris & noui teſtamenti ſacramenta. Quid quod in alio loco ſuo more ſubſannat & deridet ſanctos patres, eo quod diſcrimen faciunt inter illa, uolens quòd ſacramenta nouæ legis non ſint præſtantiora? At quur non ueretur Paulum dicentem? Nunc quum cognoueritis deum, imò cogniti ſitis à deo, quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuo ſeruire uultis? loquitur autem hic de ſacramẽtis ueteris legis, infirma & egena ea nuncupans. Prolixius aliquanto probauit etiam beatus Ambroſius, ſacramenta eccleſiæ tum antiquiora eſſe, tũ præſtantiora ſacramentis ſynagogæ: idq; manifeſte adeo patet ex ipſius domini uerbis, ut turpe fuerit & homine Chriſtiano longe indigniſſimum, contradicere. ita enim ille ait: Patres manducauerunt manna, & mortui ſunt. qui autem manducat hunc panem, uiuit in æternum. Ecce quomodo ſacramentum panis diſcernit dominus in ueteri lege & noua. Vt recte dixerit beatus Ambroſius, diuiniora & priora eſſe ſacramenta Chriſtianorum quàm Iudæorum. Poſtremo enim ſequitur inde, mirum adeo non eſſe, quòd tam turpiter aberret Lutherus, ſiquidem inflatus ſu-

Hierony.

Diſcrimina ſacrament. ve. & no. legis.

Gal. 4.

De myſt. ini. cap. 8.

Iohan. 6.

perbia,recipere noluit ſanctorum patrum declarationes ſuper eo,quid ſit ſacramentum: ſed ſuo tantū priuato fretus capite,temere nimis ſacramētum ait eſſe,quod in ſacris literis diuinam habeat promiſſionem,cum adnexo ſigno gratiæ. Quæ diffinitio(ſi modò nomē hoc meretur)quàm uaga ſit & late patens,multis poſſet hic ediſſeri,ſed breuitati ſtudens, hoc illi tantum obijcio:Quia ut epiſcopus Roffenſis ei oppoſuit,iuxta iſtam ſacramēti deſcriptionem, eleemoſyna quoqꝫ foret ſacramētum,quum certam habeat in ſcriptura promiſſionem,quæ eſt,Date eleemoſynam,& omnia munda erūt uobis. eſtqꝫ ibi ſignum externum, quod in eleemoſyna expenditur. Remittere etiam proximo noxam,promiſſionē habet in ſcripturis:Dimittite,& dimittetur uobis. atqꝫ eſt hic ſignum externum, quando ille uerbis aut geſtibus ueniam deprecatur. Simile eſt de oratione & alijs multis. Quapropter dilectiſſimi in domino,fugite quantum poteſtis iſtos Lutheri turpiſſimos errores,manete cum eccleſia ſancta,ſacramēta in magno habere honore, eaqꝫ digne ſuſcipite, uiciſſim à domino deo retributionē expectaturi uitæ & gloriæ æternæ. Amen.

Lib.1.de ſacramentis cap.4.

Roffen.

Luce. 11.

Luce.6.

HOMILIA VII. DE BAPTIſmo Iohannis.

Ego baptizo uos aqua, ille uero baptizabit uos ſpiritu ſancto, Marci primo.



PRIMVM omniũ ſacramentorum baptiſmus eſt, uelut ianua eccleſiæ, aliorumq́ ſacramẽtorum, ita ut qui baptizatus non eſt, nullius alterius ſacramenti percipiendi capax eſſe queat. c. ueniẽs de presby. non bapti. Atq; adeo ordinatus quiſpiam in presbyterum, & non baptizatus, presbyter futurus nõ erit. ideoq́ adulti, olim ante baptiſmum nec confeſſione indigebant, nec abſolutione. Sacramentum autem hoc ſucceſſit circunciſioni, & præcipue peccatum aufert originale. Præparauit illud Iohannes domino, ſicut in ſpiritu præuidit Zacharias, eum præceſſurum & præparaturũ ipſi uias ſuas. ſic enim prior incepit baptizare Iohãnes, ut promptiores fierent homines ad baptiſmũ Chriſti. baptiſmus tamen Iohannis non erat ſacramentum, ipſo teſtante quũ ait: Ego baptizaui uos aqua, ille uero baptizabit uos ſpirituſancto.

Luc 1. Marc. 1. Tom. 3.

Aue Maria.

1. Antequam ad ſacramentum baptiſmi perueniam, duo præmittenda uidentur. Alterum, quibus figuris olim ſit baptiſmus præſignatus. Alterum, de baptiſmo Iohannis, quo paulatim homines ad baptiſmum Chriſti ſunt aſſuefacti. Principio conſtat, typice per multas figuras baptiſmum fuiſſe præmõſtratum in ueteri teſtamento, atq; omnium maxime

Figu. baptiſmi.

in arca Noe. teſtatur idipſum Petrus quum inquit: In arca pauci,id eſt,octo animæ ſaluę factæ ſunt per aquam. Quod & nos nunc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma: ſicut enim tunc extra arcam nullus homo conſeruabatur in uita, ita nũc nemo ſeruabitur extra eccleſiam,& niſi baptizetur. Gen. 8. 1.Petri 3.

2. Baptiſmi typus extitit & mare rubrum, & nubes.hinc Paulus ait:Nolo uos ignorare fratres,quia patres noſtri omnes ſub nube fuerunt,& omnes mare tranſierunt,& omnes in Moyſe baptizati ſunt, in nube & mari. Baptiſmum hunc intellige typicum. ſicut enim dicit Damaſcenus,nubes ſignum erat ſpiritus,mare autem monſtrat aquam baptiſmi.& ſicut Pharao cum ſuis perſequens Iudæos,interijt,populo interim Hebræo cõſeruato:ita & in baptiſmo ſubmergitur diabolus & peccatum,ab utriuſq; autẽ uinculus eripitur baptizatus. Exod.14. 1.Cor.10. li.4.ca.10.

3. Pleraq; adhuc fuerunt in ueteri teſtamẽto ablutiones,teſte Paulo,q̃ & ipſe figurarunt baptiſmũ, ſicut aqua purgationis,aqua leproſorum,&aqua purificationis,qua conſpergebantur immundi,lotis ex illa ueſtibus,ueſperi redituri in caſtra. ubi baptiſm' ſignificatus eſt,eo enim purgati homines,ingrediũtur caſtra eccleſiæ. Similia multa diligens lector inueniet in ueteri teſtamento. Heb.9. Num.19. Leuit.14. c.15.

2. Sed neque figuras tantum habuit baptiſmi ſacramentum,imò & præuium ſibi ac ueluti præparatorium baptiſmũ Iohannis,quo paulatim homines aſſueſiebant ad Chriſti baptiſmum, inſtar auiũ quæ ingeſto in os cibo,ad illum capiendum inducuntur. Quęras aũt,quur baptiſmus habuerit pręparationẽ, qua reliqua ſuperauit ſacramenta, nõnulla ex parte

illo maiora? reſpōdetur, quia baptiſmus & fundamē tum & ianua reliquorum eſt ſacramentorū, & ideo præparatione indigebat præuia. ubi autem quis ingreſſus fuerit eccleſiam, ei nō perinde difficile eſt etiam aliorum credere uirtutem ſacramentorum.

Inſtitutio bap. Ioh. Vt ergo in hoc baptiſmo Iohannis nonnihil immoremur, principio uidendum eſt, à quo ſit ille inſtitutus, & ut id inquiramus, occaſio nobis præbita eſt à Chriſto, qui ex principibus ſacerdotū & ſeniorum

Mat. 21. quæſiuit, unde nam eſſet baptiſmus Iohannis, è cœlo, an ab hominibus? Merito igitur & nos hic quærimus, Quis illum baptiſmum inſtituerit. Atque hic in promptu ſtatim ſeſe offert reſpōſio, quod ipſe illum inſtituerit Iohānes, ipſeq; adeo perfectus fuerit eius baptiſmi adminiſtrator, quanuis hoc ille diuino fecit inſtinctu. Id ita eſſe ipſe teſtatur Iohannes, dicēs:

Iohan. 1. Qui miſit me baptizare in aq̃, ille mihi dixit, loquēs ibi de deo (neque enim curamus canoniſtas aliter dicentes. c. per aquam. c. proprie de conſecr. diſt. 4.) Sic, ut ſatis fiat ei quod Chriſtus quærit, dicimus, baptiſmum Iohannis fuiſſe de cælo ſimul (quia ex diuina inſpiratione) & ab homine Iohāne, qui ipſum inſtituerat, & opere adimpleuerat.

Sequitur inde, quare baptiſmus Iohannis dicatur Iohannis baptiſmus, quum interim, ſi quem baptiza

1. Cor. 1. rit Petrus, non dicatur ille baptiſmus Petri. Imò & Paulus uetat hoc Corinthijs, ſi quis uolet dicere, ego ſum Pauli, ego Petri. Et ratio quidem hæc eſt, quia Iohannes ipſe ſuum inſtituit baptiſmum, non aūt Petrus ſuum. Quicqd in baptiſmo Iohānis ſiebat, id totū ipſe Iohannes faciebat, Petrus autē uel

quilibet miniſter dum baptizat, nimirum in eo præſtat, quia ſolam externam aquæ infuſionem operatur. Deus autem perfecte adimplet omnia. Ille enim & aquam infundit animæ, & eam à peccatis emundat. Qualisqualis ergo fuerit miniſter ſacramenti, nos ſolum aſpiciamus Chriſtum, qui baptizat omẽs quotquot baptizantur. Vnde & Iohãnes de illo ait: Hic eſt qui baptizat in ſpirituſancto, quod dictum pulchrè, ut reliqua omnia, grauiter contra Donatiſtas inducit beatus Auguſtinus. Iohan. 1

3. Porrò ſciendum eſt, baptiſmũ Iohannis non fuiſſe euidens diuinæ gratiæ ſignum, neq; gratiã contuliſſe, niſi quãtum pius baptizati adfectus operabatur, ſicut & in alijs operib' bonis. id ipſe affirmat Iohannes cum dicit, Ego baptizo uos aqua, ille autem baptizabit uos ſpirituſancto. Iohannes corpus tantũ abluit, in animam nihil operabatur: itaq; ut antea diximus, proprie & uere baptiſmus iſte erat & appellabatur Iohannis, quum interim baptizante Petro, non dicebatur ille baptiſmus Petri, ſolus quoque baptizauit ob id Iohannes, neq; uſpiam legimus, diſcipulos ſuos baptizaſſe. (uide Gabrielẽ.) Cõtra Chriſtus non baptizauit, ſed diſcipuli eius. Conſequitur hinc, baptiſmum Iohannis non fuiſſe ſacramentum nouæ legis, quia non fuit efficax ſignum gratiæ diuinæ, & tamen ad uetus teſtamentum non pertinebat, itaque ſignum fuit præparatorium tantum nouæ legis. Mar. 1 Matt. 3 Iohan. 4.

Iterum ſequitur, quur aliquẽ baptizatũ baptiſmo Iohãnis denuo baptizari oportebat baptiſmo Chriſti, ſicut Epheſios baptizauit Paulus in Actis, qui tamen baptizatos eſſe ſe dicebant baptiſmo Iohannis, Actu. 19.

nihil autem audierant de ſpiritu ſancto: unde denuo eos baptizauit, & quidem in nomine Ieſu Chriſti. (q̄
Hierony. ſuper Io. Magiſter in diuerſum adducit ex Hieronymo, remittimus ad ſcholas.) Et hoc eſt quod dicit Auguſtinus tractatu quinto ſuper Ioel: Si quos baptizabat Iudas, non ſunt iterum baptizati: & quos baptizauit Iohannes, iterum baptizati ſunt, quia eos non baptizauerat Chriſtus. Quanuis in hoc nō repugno, q̊d ſi Iohānes obſeruaſſet formam baptiſmi, qua utebantur apoſtoli, qui cum ipſo baptizabant, & illi uere fuiſſent baptizati, nec op⁹ fuerat eos denuo baptizare.

Rurſus hinc ſequitur, quam ob rem tam cito deſierit, finemq́ acceperit baptiſmus ille Iohannis: quia
Matt. 4. ut in eo cœperat, ita & in illo deſiit: nec eo opus fuit amplius, ubi primum ille eſt coniectus in carceres: quoniam cœperant baptizare diſcipuli Chriſti, ipſo
Iohan. 4. iam antè Iohanne baptizante in Ennon. Quid igitur mirum, ſi superueniente ueritate, figura & præparatio finē acceperint? (in ſumma, baptiſmus Iohannis non contulit gratiam, ideo non fuit ſacramentū: tamen reducitur ad ſacramentum nouæ legis, quia acceſſorium debet ſequi naturam principalis.)

Sed audio contra hæc ſic obijci: Etiam baptiſmū
Acta. 19. Iohannis fuiſſe ſacramētum, & dimiſiſſe peccata, eo quod Paulus dicit, Iohannem baptizaſſe populum baptiſmo pœnitentiæ: pœnitētia autem & gratiam
Mar. 1. confert, & peccata dimittit. paulo quoq; manifeſtius uidetur idipſum dicere Marcus, quoniam de baptiſmo Iohannis ſic loquitur: Erat Iohannes in deſerto, prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum: unde quis colligere poſſit, etiam baptiſmum Iohannis ſuſtuliſſe peccata. Sed illud ita

diluí poteſt, quòd Iohannes baptizauit, nõ fecit hoc in remiſſionem peccatorum, ſed quia prędicauit pœnitentiam & baptiſmum Christi, id demum uergebat in peccatorum remiſſionem. atque ſic ſentit gloſ ſa ſuper illud Lucæ, prædicans baptiſmum pœnitentiæ, quoniam non contulit baptiſmum pœnitentiæ, ſed prædicauit tantum. ſed huic gloſſæ uidentur adhuc repugnare uerba Pauli. Proinde ut clarius & di lucidius dicamus, in baptiſmo Iohannis tria fuerũt: primum, baptiſmus ipſe in ſe: ſecundum, humilitas & deuotio baptizatorum: tertiũ, pœnitentia quam faciebant ex Iohannis prędicatiõe. Quoad primum, ſane ipſe baptiſmus aquæ non confert gratiam, ut ſupra diximus: reliqua autem, ut ſunt, humilitas, pietas, & pœnitentia baptizati, hæc poſſent quadantenus gratiam mereri, non autem ipſe in ſe baptiſmus, (ideo uerba ſancti Pauli intelligantur conſentire.) Lucæ.3. Non delebat pctã.

4. Quæras, qua forma ſit uſus Iohannes baptizando? Ea ſane, quia dixit, baptizo te in nomine uenturi. id adeo ex Paulo colligimus, qui ait: Iohannes baptizauit baptiſmo pœnitentiæ populum, dicens, in eum qui uenturus eſſet poſt ipſum, ut crederent. Tantundem ergo eſt, quòd baptizauit in nomine uenturi, quaſi eo cohortatus ſit populum, ut crederent futuram illam redemptionem per paſſionem Christi. Verum hic ruſſus duæ occurrunt obiectiones: Altera, quomodo ille potuit baptizare in nomine uenturi, non ignarus eum iamiam ueniſſe: ſiquidem ipſe ad eum ait, Ego debeo baptizari abs te. Altera, quum Christum baptizauit Iohannes, non conuenire potuit hæc uerborum formula, quando ipſe hic dominus baptizabatur. Ad priorem reſpon Actu.19. Obiectio. Mat.3.

D iij

detur,hunc fuiſſe morem Iohannis,ut Meſſiã Chriſtum illum uocaret uenturum: id inde colligere licet,quòd ipſe duos ex diſcipulis ſuis miſit ad Chri-
Mat.11. ſtum,qui dicerent,Tu ne es qui uenturus eſt?& ali-
Mat.3. bi ipſe ait:Qui poſt me uenturus eſt,fortior me eſt, quanuis enim tunc uenerat dominus, quem antea quoq; in utero matris agnouerat Iohannes,ſed quò ad perſonam tantum,non autem ille adhuc incęperat opus redemptionis. Quid multa? uenit in perſona,ſed nondum uſurpauit officium perſonæ ſuæ,neque dum prædicare & miracula cœperat exercere. Ad obiectionem poſteriorem reſpondemus, quanuis hic non omnino omnes inter ſe conueniant doctores,nos tamen ad eam uiam propius declinabimus,quæ ſacris literis uidebitur eſſe proxima. Pri-
Forma baptizandi Christum Johan.1. mum omnium,uerum eſt quod CHRISTVS à Iohanne baptizatus ſit,quodq; eum Iohannes uerum crediderit eſſe Meſſiam,quoniam uerum ille ſignum de cælo compererat ſupra Chriſtum: Super quem uideris ſpiritum deſcendentem & manentem ſuper eum,hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto.ac pro-
Matt.3. inde ſic dixit ad illum,Ego debeo baptizari à te,& tu uenis ad me?

2. Sunt qui dicant Iohannem baptizaſſe dominum non ſuo,ſed Chriſti baptiſmo:hoc eſt, in nomine trium perſonarum. Atq; in eius rei argumentum dicunt,uiſibiliter ibi ſanctam apparuiſſe trinitatem, deum patrem in uoce,deum filium in humana natura,& deum ſpiritum ſanctum in ſpecie columbæ.
Coloſ.1. Hinc decuiſſe dicũt,ut quia Paulus affirmat Chriſtũ in omnibus primatum tenere,illũ quoq; primũ oĩm ſuo eſſe baptiſmate baptizatum, ſicq; impleuiſſe pro-

phetiam Dauidis, Tu cōtribulaſti capita draconum in aquis, tu confregiſti capita draconis. Pſalm. 74.

Atq; in ea ſententia eſt Damaſcenus, qui ideo dicit: Quintū eſt baptiſma domini, quo & ipſe baptizatus eſt. Auguſtinus & communiter doctores putant Iohannem ſuo baptiſmo baptizaſſe Chriſtum, & non baptiſmo Chriſti. ſed qua forma ſit uſus, aiūt non eſſe ſcriptum. Quod etiamſi uſitata ſua formula ſic uſus eſt, nemo dicat eſſe abſurdum, in nomine uenturi, q̄uis enim iam uenerat Chriſtus quoad perſonam, tamen adhuc uenturus erat ad opus redemptionis. Video hic Franciſcum Maronem in ea eſſe ſententia, ut dicat ad magnificentiam baptiſmi reuelatum eſſe Iohanni diuinitus, ut hac uel ſimili forma uteretur. Domine mi, conditor & creator uniuerſi orbis, en ego te in hoc baptizo flumine, ſimulq; humiliter oro, ut omnes quotquot tuum ſunt ſuſceptu ri baptiſmum, per gratiam tuam à peccatis omnibus expurgentur. Hinc ſibi lector candidus & pius colligat atq; eligat, quodcunq; uidebitur conſentaneum eſſe magis. nos certe præter illam uſitatam formulam ex uerbis Pauli elicitam, non habemus aliam ullam ſcriptam. li. 4. ca. 10. F. Maro Actu. 19.

5. Quū itaq; ſatis multa iam hactenus de baptiſmo Iohannis dicta ſint, & inde nunc cōſtat, illū cum Iohanne cœpiſſe & ſecum quoq; deſiiſſe: Iohannem etiam adultos tātum, & non paruulos, ſolosq; uiros, non mulieres baptizaſſe, ſuperſunt adhuc tria, de q̄bus quærere nonnihil neceſſarium eſt.

1. Quando gratiam non contulit baptiſmus Iohannis, quid profuit ergo?

2. Aut quid potuit commodare Chriſto? Utilitas bap. Ioh.

Matt. 3. 3. Cuiuſmodi ſit baptiſmus in igne, nam & de il lo ait Iohannes, Chriſtum baptizaturum ſpirituſan cto & igni. Ad primum dicimus, quia baptiſmus Iohannis utilis ſane fuit propter deuotionem, humilitatē & pœnitentiam baptizatorū, ut ſupra dictū eſt.

Mala. 3. 2. Quia promiſerat dominus per prophetam, ſe miſſurum angelum, qui ſit præparaturus uiam an te faciem ſuam: hic ipſe angelus fuit Iohannes Bapti-

Mat. 11. ſta, quod Chriſtus in euangelio teſtatur. Atq; ſic nimirum Iohannes præparauit uiam etiam ad baptiſmum Chriſti, dum paulatim homines aſſuefaciendo induceret ad baptiſmum.

3. Quanquam ad illud etiam conducebat Iohā-

Tomo. 3. Homili. 1. de epipha. nis baptiſmus, ut Chriſtus manifeſtaretur in Iſrael. per angelos enim innotuit paſtoribus, gentibus ſtel la duce, Iſraeli per baptiſmum, & per miraculū mutatæ in uinum aquę diſcipulis. (uide homiliam in feſto trium regū.) Rationē quoq; hanc Iohannes ipſe inſinuat, dicens, ideo uenisse ſe & baptizare in aqua, ut manifeſtaret in Iſrael, quæ manifeſtatio facta eſt in apparitione trium perſonarum in diuinis, & in apertione cælorum ſupra Chriſtum.

Super Ioh tract. 11. 4. Auguſtinus uero ait, ideo præcipue Iohanni traditam eſſe baptizandi dignitatem, ut Chriſtum baptizaret. Cæterum ad id quod ſecundo loco quęrebatur, reſpondemus: quum baptiſmus Iohānis fuerit baptiſmus pœnitentiæ, ſicut illum appellat Paulus, pro tanto non indiguit dominus illo, ſicut nec circuncisione, ſunt tñ rationes aliquot, quas etiā enumerant doctores, quur Chriſtus uoluerit baptizari.

Cur Chriſtus bap. Mat. 3. 1. Ad implendam perfectam humilitatem, ſicut & ipſe dominus dixit ad Iohannem: Sine modò, ſic

enim nos decet implere oēm iuſtitiam. inquit Gloſſa, omnem humilitatem.

2. Vt comprobaret dominus baptiſmum Iohannis eſſe iuſtum & ex cælo, in quo addubitabant phariſæi, idcirco quærentes in quonam baptizaret. Mat. 21

3. Vt confirmaret ſui proprij baptiſmi materiā, uoluit ſanctificare aquas ſuæ mūdiſſimæ carnis contactu, ut Beda inquit. Chryſoſtomus etiā dicit: Nunquam aqua baptiſmi purgare peccata credentium poſſet, niſi tactu dominici corporis ſanctificata fuiſſet, c. nunquam de conſe. diſt. 4. Beda. Chryſoſt.

4. Ideo quoq; à Iohanne baptizari uoluit dominus, ait Auguſtinus (in q. ue. & no. teſta. & ſuper Iohan. tract. 5.) ut autoritatem daret baptiſmo ſuo, & ut cognoſcerent ſerui ſui, quanta alacritate deberēt currere ad baptiſmum domini, quādo ipſe non dedignatus eſt ſuſcipere baptiſmū ſerui. Et infra: Vt daretur nobis à domino exemplum humilitatis ad pcipiendam ſalutem baptiſmatis, Chriſtus ſuſcepit q̄d ei opus non erat. Auguſtin.

5. Auguſtinus aliam quoq; inducit cauſam. Quū enim is qui cūcta creauit, baptizari uoluit ab eo quē ipſe condiderat, docemur nos omnes, nihil referre à quo quis baptizetur, quando dominus non recuſauit baptiſmum accipere ſerui. De natu. boni ſum.

Poſtremo, ad tertiam obiectionem dicimus, non intelligendum hoc ita eſſe, ut perperàm acceperunt quidam Indiani, & itidem alij ex regno Nubię, quaſi Chriſtiani baptizari deberēt igne materiali, ſicut iſti paruulos ſuos ſtigmatibus notant, inurēdo ea fronti aut alijs locis. Meræ hæ ſunt ineptiæ & nugæ, ſed id ita intelligendum eſt, ꝙ ille ſpiritum ſanctum da- Baptiſm' ignis.

turus erat in plenitudine gratiæ. nam in ſpecie, ut
Damaſce. ait Damaſcenus, ignearum linguarum ſuper ſanctos
apoſtolos ſpiritusſancti gratiam effudit, ut ipſe do-
Actu.1. minus ait, quando præcepit eis, ab Hieroſolymis ne
diſcederent, ſed expectarent promiſſionem patris:
Quia Iohannes, inquit, baptizauit aqua, uos autem
baptizabimini ſpiritusſancto nō poſt multos hos di
es. Quod ſi autem ad omnem Chriſtianum populū
hoc ſit referendum, conſtat, nos omnes baptizādos
Luc.12. eſſe igni diuini amoris, iuxta illud, Ignem ueni mitte
re in terram, & quid uolo aliud, niſi ut ardeat? Con-
Eſaie.4. ſonat hoc quod Eſaias ait, ſi abluerit dominus ſor-
des filiarum Sion, & ſanguinem Hieruſalem lauerit
de medio ei9 in ſpiritu iudicij & ſpiritu ardoris. Hoc
nimirum eſt quod Iohannes dixit Chriſtum bapti-
zaturum in ſpiritusſancto & igni. Tertio loco intel-
ligi illud ſic poteſt, quia Chriſtus baptizabit hic in
ſpiritu. quod ſi autem contingat hominem mori, in
dilectione quidem dei, ſed tamen in peccatis uenia-
libus conſtitutum, uel ita, quod pro mortalibus cō-
miſſis non fecerit ſatis, tunc deniq; eum baptizari &
purgari oportet adhuc per ignem, & ignem quidem
purgatorij. Atq; in hac ſententia eſt etiam Damaſce
li.4.c.10. nus, qui poſtquam de apoſtolis uerba hæc eſt inter-
pretatus & linguis igneis, ſubdit, aut propter futuri
ignis punitorium baptiſma. Atq; hæc circa quæſti-
onis motæ reſolutionem dicta ſufficiant, neq; enim
ita craſſe eſt intelligendum hoc baptiſma ignis, ſed
de ardentiſſimo ſpiritusſancti amore. Turpiter ergo
errauit Zuinglius, dum Iohannis baptiſmum æqua-
Mat.3. uit baptiſmo Chriſti, & quod utrinque ſit peccatum
originale dimiſſum. qui error per diametrum repu

gnat euangelio, ipſisq́ adeo uerbis Iohannis, qui dũ oſtenderet Chriſtum uenturum, fore ſe fortiorem, diſcrimen ſtatim ſubiecit baptiſmi, dicens: Ego baptizo in aqua, ille autem baptizabit in ſpiritu ſancto. Marc. 1.
ſic & Paulus Epheſios baptizatos antea, baptiſmo Chriſti baptizauit denuo, non facturus id, ſi eadẽ fuiſſet utriuſq́ uirtus. niſi forte Zuinglius ex Paulo parabaptiſtam facturus eſt, qualis fuit iſte ſuus Balthaſar Hiebmer. Oremus deum. Acto. 19.

HOMILIA VIII. DE BAptiſmo.

Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Matthæi ultimo.

VT hic quoq́ de ſacramẽto baptiſmi dicturi, iuſto ingrediamur ordine, principio dicendũ erit, quomodo illud iam olim in ueteri teſtamento ſit promiſſum.

2. Quo pacto ſit in noua lege inſtitutum.
3. De forma uerborum.
4. De conuenienti materia aquæ.
5. De qualitate baptizandi.
6. Quidnam operetur baptiſmus in baptizato.
7. Quis ſit illius miniſter.

Poſtremo, de ijs quæ præcedũt baptiſmum, & de compatribus.

Primũ oĩm, nõ figuris tm̃ deſignat⁹ eſt baptiſmus in ueteri teſtamento, ſicut in ſuperiori homilia oñdim⁹, ſed manifeſte, pmiſſus. ſic em̃ p Ezechi. dicit dñs, Effundã ſup uos aquam mundã, & mundabimini ab omibus inquamẽtis ueſtris, & ab uniuerſis idolis ue Baptiſm⁹ promiſſus Ezec. 36.

ſtris mundabo uos,& dabo uobis cor nouum,& ſpiritum nouum ponam in medio ueſtri. Id in baptiſmo deniq; impletum eſt.& bene quidem geminam hic propheta commemorat mūdationem,alteram ad Iudæos pertinentem, qui baptizati, ſic demum emundati ſunt ab inquinamentis peccatorum:alteram uero ad gentiles, qui non ſolum à peccatis, ſed

Zacha.13. etiam ab idolis ſunt purgati. Zacharias quoq; de baptiſmo ſic prædixit: In die illa erit fons patens domui Dauid & habitantibus Hieruſalem,in ablutionem peccatoris & menſtruatæ.Loquitur ibi de tempore poſt aſcenſionem Chriſti, quando in pentecoſte baptizauit Petrus tria millia hominum. Id adeo

Actu.2. ita eſſe, ex præcedenti capite prophetæ colligitur,

Zacha.12. quando ait:In die illa effundam ſuper domum Dauid & habitatores Hieruſalem ſpiritum gratiæ & precum,& aſpicient ad me(hoc eſt,cognoſcent me) quem confixerunt. Hoc ita eueniſſe teſtantur Acta

Actu.1. apoſtolorum,ubi legimus eos unanimiter perſeueraſſe in orationibus,ipſisq; miſſum eſſe ſpiritum ſanctum:deinde prædicante Petro,ab eis crucifixum eſſe Chriſtum,quomodo compuncti ſint corde audi-

Actu.2. entes illud, atque dixerint: Quid faciemus uiri fratres?ubi baptizauit eos Petr⁹,& ſic impleta eſt prophetia Zachariæ. Non diſſimile eſt quod legitur in

Eſa.44. Eſaia:Noli timere ſerue me⁹ Iacob, effundam enim aquas ſuper ſitientem,& fluenta ſuper aridam:effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionem meam ſuper ſtirpem tuam,& germinabūt in herbas,quaſi ſalices iuxta præterfluentes aquas. Ecce quomodo hic propheta quod futurum adhuc erat,prenunciat ſacramentū baptiſmi,quod daturus

erat dominus ſitientibus Iudæis & aridis gentibus, germinantibus tandem inter herbas, hoc eſt, ut ait rex Salomon, ſub Edom, quo nomine imperium accipitur Romanorum, ſub quo eccleſia Chriſti germinauit & creuit, non obſtantibus etiam maximis perſequutionibus.

Sed & in alio loco dicit Eſaias, quũ antea de Chriſto loquutus eſſet: Haurietis in gaudio aquas de fontibus ſaluatoris, ſiue ſaluationis. Id quoque fit in baptiſmi fonte, unde in eccleſia baptiſmum ferè fontẽ nominamus. Deinceps quoq; idem propheta ſic ait: Ecce intelliget ſeruus meus, (quia in ipſo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ dei) & exaltabitur (in ſua reſurrectione) & eleuabitur (in aſcenſiõe) & ſublimis erit ualde (quando nimirum ſedebit ad dexteram patris) Sequitur, Iſte aſperget gẽtes multas, ſup ipſum continebũt reges os ſuũ. Aſperſio hæc in baptiſmo facta eſt, ubi & potentiſſimi quiq; reges ſubmiſerunt & inclinarunt capita ſua ad nomen Ieſu. Eſai. 12. / Eſaie. 52. / Coloſ. 2.

Inſuper & Ezechiel multis commemorat, uidiſſe ſe in templo aquas emanantes, & ſubdit: Omnis aĩa uiuens quæ ſerpit, q̃cunq; uenerit torrẽs, uiuet. Ex q̃ prophetico uaticinio morẽ hũc obſeruauit eccleſia, ut tẽpore paſchali (qñ per octauã baptiſmi mentio frequẽs eſt in officio miſſę) ſubinde conſuetũ ſit canĩ illud ſolenne canticũ, Vidi aquam egredientẽ de templo à latere dextro, & oẽs ad quos puenit aqua iſta, ſalui facti ſunt. Aqua nimirum iſta, baptiſmi fons eſt ſacratus. Poſtremo Dauid quoq; in ſpiritu baptiſmũ præuidit, quum ait: Vox domini ſuper aquas, deus maieſtatis intonuit, dominus ſuper aquas multas. Aut ubi ſic deus intonuit in maieſtate ſuper aquas, Ezec. 47. / Pſalm. 28.

q̃ quum aperto cælo ſub baptiſmum Chriſti uox pa
Mat.3. tris audita eſt, Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite? Quid quod circa hũc pſalmum diligenter examinant doctores, Dauidem ibi in ſpiritu ſeptem cognouiſſe eccleſię ſacramenta, unà cum ſeptem donis ſpiritusſancti, quæ ille nomine ſeptem uocum appellat. Vnde conſtat, Iudęũ mille & quingentis annis in ſuo Moyſe legiſſe, nec tñ intellexiſſe illud q̃d in principio Geneſeos ſcriptum eſt, ſpiritus dñi ferebatur ſuper aquas: cuius lotionis uirtus & efficacia tũc demũ intellecta eſt, quando ſpiritusſanctus in ſpecie columbæ uiſus eſt, baptizato domino in Iordane.

Gen 1.

2. Quum itaq; ſuperiori homilia dictum ſit, q̃modo baptiſmus in ueteri lege ſit præfiguratus, ac deinceps per prophetas prænunciatus atq; promiſſus, ſupereſt nũc ut dicamus, quo pacto huiuſmodi promiſſionem Chriſtus in nouo teſtamento expleuerit.

Mat.3. Baptiſm' quãdo inſtitutus.

Principio, etſi non inſtituerit Chriſtus hoc ſacramẽtũ, qñ baptizatus eſt ipſe, ſiquidẽ ille baptiſmus tñ erat Iohannis, attñ exhibuit ibi operationẽ ſanctæ trinitatis in baptiſmo, & materiam cõpetentẽ aquã, qm̃ in Iordane baptizatus eſt. idq; nõ immerito, q̃a ſicut Iudæi in terram promiſſionis, niſi per trãſitum Iordanis, uenire non potuerunt, ita nemo in terram uiuentium perueniet niſi per baptiſmum.

Iohan.3.

2. Quanuis ſacramenti huius neceſſitatem Chriſtus Nicodemo aperuit, qñ dixit: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpirituſancto, non poteſt intrare in regnum cælorum: tamen ueriſimile nõ eſt, Chriſtum adeo commune, tamq; eximium & neceſſarium ſacramẽtum inſtituiſſe ita clam atq; adeo noctu, & coram homine priuato, qui etiam non debebat cęteris

adnunciare huius ſacramenti inſtitutionem.

3. Præterea, quanuis die aſcenſionis ſuę Chriſtus apoſtolis iniunxit officium baptizandi omnes gentes, præſcripta in hoc certa uerborum formula, in nomine patris & filij & ſpiritusſancti: tamen neque tum baptiſmum inſtituit, quia iam antea erant baptizati apoſtoli, ipſiq; adeo baptizauerant alios, ſicut apud Iohannem legimus, diſcipulos ueniſſe ad Iohannem baptiſtam & dixiſſe: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, ecce hic baptizat, & omnes ueniũt ad eum. & ſequitur, quanquam Ieſus non baptizaret, ſed diſcipuli eius. Mat. ult. Io. 3. & 4.

4. Sequitur ergo, dominum inſtituiſſe baptiſmũ quando miſſurus erat diſcipulos ad prædicandum & baptizandum. tunc enim utiq; formã & uſum baptiſmi demonſtrauit, ſiquidem diſcipuli Iohãnis nõ ſic baptizabant, ut diſcipuli Chriſti. Duo itaque tempora habuit ſacrum baptiſma: alterum, quãdo præceptum adhuc non erat, ſed ſalutare tantum & bene conſultum, idq; ab eo tẽpore, quo Chriſtus diſcipulos ſuos primum emiſit ad munus prædicandi & baptizandi, uſq; in diem pentecoſtes poſt aſcenſionem domini: Alterum uero tempus fuit, ſimul atque apoſtoli in die pentecoſtes Hieroſolymis proclamarũt & promulgarunt baptiſmum, qui ab ea promulgatione tunc fuit neceſſarius, ita ut quicunque non baptizaretur etiam, quum haberet opportunitatẽ conſequendi baptiſmum, is ſanè condemnabatur. Chriſtus quoque, ut tandem finiamus, opere ipſo baptiſmum declarauit & cõmendauit, quãdo illum etiam ipſe ſuſcepit. Verbo etiam, quum neceſſitatem eius Nicodemo commonſtrauit, Inſuper uerbo eum in- Mat. 10. Mat. 3. Joh 3.

ſtituit, quando ipſum docuit apoſtolos, quanuis in euangelio non ſit expreſſum: & opere ſeu facto, ꝗ cū, dum miſit eos ut baptizarent: fortius adhuc confirmauit baptiſmum, quando ex latere ſuo ſancto non ſanguis tantum, ſed & aqua effluxit: & uerbo, quando ablegauit apoſtolos in uniuerſum mundū, ut docerent populos & baptizarent.

Marc. 1. Luc. 9.

Ioh. 19. Mat. ult.

5. Triplex inſuper eſt baptiſmus, fluminis ſeu aquæ, flaminis, & ſanguinis. Primus ille fluminis, cōmunis eſt, atq; hoc ipſum ſacramentum de quo in p̄ſentiarum agimus. Baptiſmus autem flaminis eſt, quum quis credit in Chriſtum, & uellet baptizari: præuentus uero tempore, moritur antequam baptiſmum conſequatur aquę, is ſic baptizatur in ſpiritu. Atq; hoc illud eſt, quod beatus Auguſtinus ait, hoc modo baptizatum eſſe latronem, & habetur de cōſe. diſt. 4. baptiſmi uicem aliquando implere paſſionem, de latrone illo cui non baptizato dictum eſt, Hodie mecum eris in paradiſo: non leue documentum idem beatus Cyprianus adſumit, quod etiam atq; etiam conſiderans, inuenio non tantum paſſionem pro nomine Chriſti, id quod ex baptiſmo deeſſet poſſe ſupplere, ſed etiam fidem conuerſionemq; cordis, ſi forte ad celebrandum myſterium baptiſmi in anguſtijs tēporis ſuccurri non poteſt: inuiſibiliter eīn perficitur baptiſmus, quando myſteriū baptiſmi non excludit contemptus, ſed tempus neceſſitatis, ut ſi forte Iudęus iamiam baptizandus moreretur in uia, eius nimirū anima baptizaretur in ſpiritu & ſaluaretur, iuxta illud ſaluatoris: Omnis qui uiuit & credit in me, non morietur in æternū. & conſentit iſtud Pauli, Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem fit cō-

De baptiſ. cōtra Donat. lib 4. cap. 21

Triplex baptiſmus.

Ioh. 11.

Rom 10.

feſſio ad ſalutem. Audio autem hic obijci, Auguſtinum reuocaſſe illud de latrone. Imò ſanè reuocauit ille tantum exemplum, non mutauit ſententiã. aliâs enim uult baptizatum eſſe latronem, ut in lib. de origine animæ. uide partem primam homiliarum. aliâs uidetur uelle tribuere ei baptiſmum ſanguinis. Hoc ipſo etiam flaminis baptiſmo baptizatus eſt imperator Valentinianus, frater imperatoris Gratiani, qui & ipſe præmatûra morte præuẽtus, antea mortuus eſt ꝙ baptizaretur, de cuius morte pulchrã habet homiliam beatus Ambroſius, is enim iamiam baptizaturus erat eũ, & tũc erat in itinere, quando mortuus eſt imperator. inter alia uerba ſic dicit: Ventrem meum doleo, ut prophetico utar eloquio, quoniã quẽ in euangelio eram generaturus amiſi, ſed ille nõ amiſit gratiam quam popoſcit. Atq; in hoc caſu uerũ eſt illud Auguſtini, baptiſmus inuiſibiliter adminiſtratur, quem non contemptus religionis, ſed terminus neceſſitatis excludit. Hoc baptiſmo baptizati ſunt in utero matris Maria, Iohannes, Hieremias. Baptiſmo autem flaminis baptizatus eſt Cornelius, prius enim quàm baptizaretur in aqua, cecidit ſpiritusſanctus ſuper omnes qui audiebant uerba Petri. ſimiliter & eunuchus reginæ Cãdacis. Vnum hic præponere conſultum uiſum eſt, quod etſi baptiſmus hic flaminis ſufficiens eſt ad ſalutem, ſi quis nequeat habere baptiſmum fluminis, quod ſi autem poſſit eum cõſequi, debet illo ipſo baptizari propter uerba Christi, Niſi quis renatus fuerit ex aqua, non poteſt uidere regnũ dei. Sequitur, quod ſi quis etiam hodie ſanctificaretur in utero matris, adhuc deberet baptizari in aqua, & ſic conſentaneum eſt, etiam Mariam dei-

Lib. 1. retracta. ca.

Li. 5. epist.

Hiere. 4.

Auguſtini li. 4. de baptiſ. cõtra Dona. ca. 2. De presb. non bapt.

Hiere. 1.

Actu. 10.

Actu. 8.

Iohan. 3.

param eſſe baptizatã, aliȷſq; factam Chriſtianis conformem, ſicut & remanſit cum apoſtolis in die pentecoſtes quando acceperunt ſpiritum ſanctum. (de apoſtolis deinceps diſſeremus.) In ȷs enim etiam ſi non ſanctificet baptiſmus, ſeparat tamen fideles ab infidelibus. Ideoq; & Iohannes quantumuis ſanctus, dicebat ad Chriſtum: Ego debeo baptizari à te.

Tertius porro baptiſmus, ſanguinis eſt, quãdo alii qui pro nomine Chriſti & fidei profeſſione occidũtur, ȷ nimirum in ſanguine ſuo baptizati ſunt, ſicut ait Auguſtinus libro decimotertio de ciuit. cap. ſeptimo: Quicunq; etiam non percepto regenerationis lauacro pro Chriſti confeſſione moriuntur, tantum eis ualet ad dimittenda peccata, quantum ſi abluerentur ſacro fonte baptiſmatis. Sic baptizata eſt Emerentiana iuxta ſepulchrũm ſanctæ Agnetis, ſic mulier Blaſii, ſic baptizati ſunt paruuli innocẽtes ab Herode interfecti, necdum circũciſi: (uide Tomum tertium) & innumeri martyres, qui in momento baptizati ſunt in ſanguine ſuo, nõdum perfecti in fide. atq; ideo Gloſſa quædam dicit, baptiſmus ſanguinis ſolus eſt, qui nos mundiores & purgatiores efficit q̃ baptiſmus fluminis.

Auguſtin.

Gloſſa. Iudic.

Idq; adeo ſic habere demõſtrabimus, quanuis cõmuni more loquendi infans baptizari non poteſt adhuc omnibus membris conſtitutus in utero matris (ſicut hic caſus in ſequentibus explicabitur) ſacramentali baptiſmo fluminis, attamen ſi homo quiſpiam infidelis ad odium nominis Chriſtiani (q̃d nũc à Turcis in Vngaria & per Germaniam non raro factum eſt) matrem grauidam unà cum fœtu occideret, pie credendum eſt, paruulum illum eſſe bapti-

Contra Tarantaſ.

zatū in utero matris in ſanguine ſuo, quoniam cauſa eſt quapropter Turca matrem necaret & ipſum paruulum, ob fidem Chriſti. decet itaq; ut paruulus ille uiuat & ſaluetur. Sanctus Auguſtinus pulchre comparat iſtos duos baptiſmos inter ſe, dicens: Baptizatus confitetur fidem ſuam corā ſacerdote, martyr coram perſequutore. Ille poſt profeſſionē aſpergitur aqua, hic aſpergitur ſanguine: ille manus impoſitione pontificis accipit ſpiritumſanctum, hic templum efficitur ſpiritusſancti. baptiſmum hunc habuit Abel ab origine mundi, & omnes qui in occiſione gladij propter deum & iuſtitiam mortui ſunt. Atque hoc eſt quod ait Petrus: Si quid patimini ꝑpter iuſtitiam, beati. Oremus dominum &c. Ad Fortu. 1. Pet. 3.

HOMILIA IX.

Euntes docete omnes gentes. Matthæi ultimo.

AVdiuiſtis dilectiſſimi in Chriſto, ſupiore homilia baptiſmi genera, (quanuis Damaſcenus ponit octo) baptiſmum fluminis, flaminis, & ſanguinis: atque duo quidem poſtremi baptiſmi, ſacramenta non ſunt, etſi baptiſmus ſanguinis, præclarus, eximius & multum meritorius ſit, quo ni mirum etiam Chriſtus ipſe baptizatus eſt, ſicuti ait: baptiſmo habeo baptizari, & q̄modo coarctor uſq; dum perficiatur: loquens utiq; de paſſione ſua, quēadmodum Ambroſius, Theophylactus, & alij doctores interpretantur. Sed quum hic locus non aliud exigat, niſi ut de ſacramentis diſſeramus, prætermiſſo & flaminis & ſanguinis baptiſmate, tantum Li. 4. ca. 10. Luc. 12. Ambroſi⁹.

de baptiſmo fluminis uerba faciemus tãquam ſacramẽto,oſtendẽdo q̃ ſit illius materia,quæ forma &c.

Baptiſm⁹. 1. Ac primum qdem omnium, baptiſmus ſacramẽtum eccleſiæ ſanctum,eſt ablutio hominis uiatoris non contraſentiẽtis, facta in aqua fluida elementari ab alio quopiam, conuenienti forma utente & rectam intentionem habente. Hanc deſcriptionem principio explicabimus,deinde quædam puncta ſingulatim excutiemus.Baptiſmus inquã, eſt ablutio, quoniam aqua in ſe ſacramentum non eſt,ſed ablutio quæ fit in aqua,& ſic habemus quodnam ſit uiſibile illud ſignum in ſacramento,quod tam efficaciter unà cum forma uerborum ſignificat gratiã dei.

2. Hominis uiatoris,ſiquidem nec angelus, neq; diabolus, neq; mortuus capax eſſe poteſt baptiſmi.

3. Non cõtraſentientis, hoc eſt,uolũtate ſua obicem ponentis,idq; propter Iudæos & gẽtiles, q non raro baptizari ſe ſinunt temporalis quæſtus & commodi gratia,atq; in corde interim diſſentiũt, in quibus & oleum perit & opera baptiſmi, de ijs quoque deinceps latius diſſeremus.

4. Et hæc quidem ablutio fieri debet in aqua,ecce materiam baptiſmi,de qua paulo poſt plura.

Ioh.3. 5. Ab alio,nemo enim baptizare poteſt ſeipſum, eo quod baptiſmus regeneratio quædam eſt,nemo autem generare poteſt ſeipſum.

6. Adiectum eſt & illud,ut is qui baptizat,debita utatur forma uerborum,quę omnia hęc ita oportet conuenire:ſiquidem ſi quis baptizet, altero interim pronunciante uerba, nihil fiet.cum debita etiam intentione,ea enim eſt,quæ opus uerbo connectit. de forma autem & intentione deinceps plura dicẽtur.

t. Quid multa? pluribus quæ ſeſe ingerebant cir ca ſacramenti appellationem, eò tandē deuenimus, quòd etiam baptiſmi definitionem adiecerimus, (eſt enim hæc uia artis, omnia æquiuoca & amphibologica primum excutere, & tunc tandem ad definitionem ueniendum eſt) eamq; poſuimus talem, Baptiſm⁹ eſt ablutio etc. Siqdē aqua abſolute loquēdo nō eſt ſacramentum, etiamſi in baptiſterio detineatur conſecrata feſtiuitate paſchali uel pentecoſtes, tamē baptiſmus uere non eſt, etiam ad baptizādum diſpoſita & ordinata, quanuis communi conſuetudine uulgi dicatur baptiſmus. ſacramentum autem non eſt eo uſque, dum in illa paruulus ueniat baptizandus, quia ſacramentum hoc in ſolo uſu conſiſtit: itaque nec antea, neq; poſt uſum dici poteſt aut debet ſacramentum. (ſecus de eucharistia, quæ non conſiſtit in uſu, ſed in eſſe permanēti, de quo infra) ſed oīa illa ſimul, puta ablutio unà cum uerbis ad hoc requiſitis, iuxta illud Auguſtini ſuper Iohannem homilia 80. Detrahe uerbum ab aqua, & quid erit niſi aqua? accedit uerbum ad elementum, & fit ſacramentum. Vnde iſta tanta uirtus aquæ, ut corpus tangat & cor abluat, niſi faciente uerbo, non quia dicitur, ſed quia creditur? Quomodo autem hæc ablutio fiat, aſpergendo, adfundendo, demergendo in aquam, &c. infra ediſſeremus, ubi de uario huius ſacramenti uſu dicturi ſum⁹. Verum qdem id eſt, quòd Tertullianus, Cyprianus quoque, & interdum Origenes, quum de baptiſmo loquuntur, ſemper tinctionem uocant. Ad ſcholas relegatum uolo, quod quidam doctores conantur extricare, quidnam ſit ablutio ipſa in ſe, (propter gloſſam ineruditam Bernardi, quæ ab aliq

Ablutio ſacramentū.

Auguſt.

bus dicitur eſſe Gandulphi,timentis ne aſinus biberet ſacramentum)hoc enim cuilibet Chriſtiano homini ſimplici ſatis eſt,quòd(ut ait Auguſtinus)ſicut eques non eſt homo & equus,ſed ſolus homo,& tamen eques dicitur ideo, quòd aliquo modo ſe habeat ad equum,ita nec aqua abſolute erit ſacramentũ, ſed tunc demum, quando cum certis uerbis & intentione accommodatur ad hominis ablutionem.

Lib.10.de ciuitate dei cap.3.

3. Conſtat igitur iam,in qua materia ſacramentum hoc abſoluatur,quia in aqua fluente. non enim oportet eſſe fontalem. ſufficit eſſe fluidam, neque ſtantem,nec condenſatam,neque in glaciem congelatam. Sciendum ergo quòd debeat eſſe aqua pura elementaris:ubi principio excluduntur omnia humida, quæ non in ſubſtantia ſunt aqua, ut uinum, oleum,ſanguis,ſputum,aquæ roſarum, ſpicæ,uel ex alijs odoramentis diſtillatæ: in ijs & ſimilibus omnibus baptizari nõ poteſt,propter aperta Chriſti uerba,quum ait,Niſi quis renatus fuerit ex aqua.illæ autem proprie non ſunt aquæ,ſed uel ſucci uitium, uel baccæ oliuarum, uel aliunde ex herbis extracti humores:,pinde neque baptiſmus in illis cõfici poteſt.

Materia baptiſmi.

2. Præterea excluduntur etiam commiſtiones aquarum,ſi illæ ſint tantæ, ut aquas in aliam trahãt ſubſtantiam,puta mulſum, ceruiſia,urina,&c. quoniam ibi aqua non manet in ſua ſubſtantia: ſed ubi permiſtio nihil adimit ſubſtantiæ aquæ,etiam baptiſmum nõ impedit,ut ſi quis baptizetur ex aqua marina, ex lixiuio,ex fonte acido, ex aqua calida ſulfurea,ex aqua niuium,ex palude uel lacu,tunc ſanè baptizatus is eſſet: ſi autem incideret dubium, tũc uia tutiori ingrediendum eſt, ut in brodio denſo, uel in

Aqua baptiſmatis.

ptiſana hordeacea craſſa,ſicut paulo poſt regulas ali quot proponemus.

3. Ad hæc reijciuntur omnia aquarum genera, quibus non poteſt fieri ablutio, quia aquam illam oportet eſſe tenuem & fluidam. itaq; in niue,glacie, uapore condenſato,in aqua incraſſata, in aqua cum ſpongia,in farina,baptiſmus fieri nō poteſt. In ſumma aquam decet & oportet eſſe naturalem & fluidam,ad abluendum idoneam, non artificialem aut diſtillatam &c. Cap. poſtulaſti, extra de baptiſ. & eius effectu.

4. Cæterum quur ſaluator noſter Chriſtus dñs uoluerit ſacramentum hoc inſtituere in aqua,&ſi ratio præcipua ſit diuina eius uoluntas: attamē adhuc ſunt plures & conſentaneæ rationes,quarum prima hæc eſt à ſanctis doctoribus præſcripta. Quur baptiſmus in aqua ſit inſtitutus.

1. Quandoquidem ſacramentum hoc & uniuerſale eſt, & ſuſceptu neceſſariū, decuit illud inſtitui in elemento communi,&quod omnes facilime conſequi poſſent;neq; enim quis in orbe habitabili locus eſt,ubi aquarum tanta ſit penuria, ut non tantulum aquæ ad baptiſmi neceſſitatem liceat adipiſci.

2. Spiritus etiam ſanctus uiuificans omnia, iam olim ab initio creati mundi ferebatur ſuper aquas, qui nunc quoq; animas in baptiſmo uiuificat. Gene.1.

3. Ad hæc,aqua etiam effluxit ē fonte ſacramentorum omnium,ipſo nimirum ſacrato latere Chriſti,non uinum,non oleum. Ioh.19.

4. Inſuper Chriſtus ipſe in aqua baptizari ſe uoluit,atque adeo contactu ſuæ mundiſſimę carnis dedit uim regeneratiuam aquis, ut ait Chryſoſtomus. Mat.3. Chryſoſt.

5. Neque nihil & hoc eſt,ꝙ aquę conditiones ſeu

qualitates non paulo plus ſimilitudinis exhibēt ope ri baptiſmi, quàm cuiuſpiam alterius elemēti. Aqua enim frigida eſt, fluida, tranſlucida, & humida. frigiditate autem deſignat gratiam ſpiritusſancti, extinguentem fomitis & prauæ concupiſcentiæ incendia. Quod fluida eſt, eo ipſo ſignificat ablutionem animæ à ſordibus peccatorum. Quod autem trāſparet, illuminationem monſtrat gratiæ diuinæ. Quod humida eſt, ideo irrigat animā, quæ & hinc impinguatur in gratia diuina & donis ſpiritusſancti. Poſſent ſuper ijs omnibus & plurimæ citari ſcripturę, ſed breuitatis ſtudio obmittimus. unum illud Chriſti uerbum tacere nō poſſumus, quum ait ad mulierem Samaritanam: Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in ęternum: ſed aquam quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in uitam æternam. Et alibi dixit ad turbas: Qui credit in me, flumina de uētre eius fluent aquæ uiuæ. Sed ut tandem hæc finiamus, quælibet aqua naturalis, materia debita eſt baptiſmi, ex fonte aut flumine petita, ſed non niſi in caſu neceſſitatis, extra quem fieri debet baptiſmus in fonte conſecrato baptiſmali, de quo plura infra de confirmatione. En uides hic immenſam Chriſti bonitatem & miſericordiam, qui nobis tam certum, facile, mite & gratia plenum inſtituit ſacramentum baptiſmi: atq; decuit illud magnificentiam eius atq; maieſtatem, ut ſignum daret, per quod homines ingrederentur in eccleſiam ſuam, atq; per illud ab alijs omnibus internoſcerentur, & unde largiter gratia omnibus conferretur. gratia enim & ueritas per Ieſum Chriſtū facta eſt. ſignumq; adeo illud, mite, benignum & facile eſt, nihil habens uel curæ, uel dolo-

Ioh. 4.

Ioh. 1.

ris,cuiuſmodi moleſtiã inferebat olim paruulis circunciſio, qm̃ & uniuerſa Chriſti lex facilis eſt, ſicut *ipſe* ait:Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Matth. xi.
Ad hęc,ſignum hoc commune eſt,quum interim circunciſio Iudæis tantum erat data,& quidem non oĩbus,ſed uiris tantum:baptiſmus autem uiris pariter & mulieribus eſt communis,omnibusq́ adeo hominibus,iuxta illud:Ite,docete omnes gentes,&c. Atq; Mat. ult.
ſignum hoc exacte repræſentat ablutionem animæ. Et propter plenitudinem gratiæ uocatur aqua refectionis, ſicut pſalmiſta canit, Super aquam refectionis educauit me. Pſalm. xx.
In magna igitur fontem hunc habere nos decet reuerentia, atq; ideo laudare deum cum gratiarum actione:ipſi laus, honor, & benedictio in ſecula, Amen.

HOMILIA DECIMA, DE baptiſmo & eius forma.

Euntes,docete omnes gẽtes, Matt. ult.

ACcedit,inquit Auguſtinus, uerbũ ad elementum,& fit ſacramentum. Audiuimus autem, quod oporteat eſſe in hoc ſacramento elementum,quamve materiam : reliquum nunc eſt, de forma quoq; uerborum nonnihil dicere. eſt autem ea talis,Ego baptizo te in nomine patris & filij & ſpiritusſancti, Amẽ. Atq; hic quidem exprimitur baptiſta,& opus eius,puta baptiſmus, perſona quæ baptizatur,inuocatio etiam ſanctę trinitatis,unà cum deprecatoria concluſione,Amen. Forma hæc ex ipſis Chriſti uerbis eſt deſumpta,ſicuti ſubinde ea in præfatione induximus,Et ſiquis duæ uoculæ illæ,Ego &

Auguſtin.

Forma baptiſmi.

Alexan. tertius. Amen,non perinde ſunt neceſſariæ,male faceret tamen ſacerdos latinus,quiſquis eas obmiſerit,(ſi quis de bapt.& eius effect.)In eccleſia Græca ſic conſueuerunt dicere:Seruus Chriſti baptizetur in nomine &c. ſed forma eccleſiæ latinæ magis eſt cõſentanea, quanuis etiam ſacerdos prætermittens Amen, non peccaret. Vbi autem & quãdo immutatio huiuſmodi noceat,iam porro explicabimus.

Mutatio formę. Act. 2.10. 19. Primum om̃ium, etſi Chriſtus apoſtolis formam hanc tradidit baptizandi, ipſi tamẽ apoſtoli ſine dubio ex inſtinctu ſpiritusſancti eam immutarunt,baptizantes in nomine Ieſu ſicut eorum acta teſtãtur, idq́ eo factum eſt,ut fideles amorem & deſiderium conciperent nominis Ieſu: deinde ipſum quoq; nomen Ieſu,teſte Ambroſio,totam repręſenrat trinitatem,patrem qui unxit illum, & ſpiritumſanctũ quo unctus eſt,iuxta illud Petri,Ieſum à Nazareth, quomodo unxit eum deus ſpiritusſancto. Iam uero quũ & fides Chriſtiana,& nomen Ieſu ſatis innotuerint, nemo amplius baptizare pręſumat in nomine Ieſu, ſed in forma,quam nobis dominus ipſe tradidit obſeruandam.

Ambro. Actu.10.

2. Et Græci utiq; dum præſcripta illa ſua utuntur forma,baptizant: ſiquidem ueteres ſine dubio non niſi bona intentione eam ſic inſtituerunt ad uitãdas diſſenſiones:nam & Paulus ſcribit contendentibus illis inter ſe,ita ut alius diceret ſe eſſe Pauli, ali⁹ Apollõ,alius Petri,ab ijs nimirum tracto nomine,à quib⁹ erãt baptizati.Id ut ne fieret,bono utiq; animo ſuſtulerunt iſtud, Ego baptizo:& ſubſtituerunt,ſeruus Chriſti baptizetur.

1.Cor.1.

3. In omnibus etiam linguis fieri baptiſmus po-

teſt,dummodo præſcripta uerborum formula exa-
ĉte ſeruetur, ueris ſynonymis in locum aliorum re-
ceptis. Quamobrem etiam nunc baptizantibus ne-
ochriſtianis Germanica lingua, utiq; ſacramentum,
id eſt. Hoc unum tamen addidiſſe uolumus,quod ſa-
cerdos ratione officij & miniſterij ſui baptizans,tan
quam totius eccleſiæ miniſter publicus, & cum ſo- Mutatio
lennitate,ſi non baptizat aut miſſæ ſacrificium cele- formæ.
brat lingua latina,peccat,ſicut latius cõprobabimus.

III. Supereſt nunc de reliquis etiam formæ huius immutationibus dicere,& primo uerba hæc ſic uariari poſſunt,ut tamen tota illa & quidem eſſentialis uerborum ſignificatio maneat integra, ſicuti quum aliquis non ſatis latine doctus,dicat patrias pro patris,uel etiam ipſo ſermone uacillet & hallucinetur, idipſum non refert, ſed ſi quis alia ſubſtituat uerba, uel ea ſignificationem ſuam amitterent,is ſanè baptiſmus non eſſet,ut ſi diceret:Ego baptizo te in nomine trinitatis,Amen. Vel, Ego baptizo te in nomine eius qui genuit,& geniti,& ſpirati,&c.omnia hæc uana erũt,& nihil ad uerum baptiſmum. De conſe. diſtinct.4 retulerũt.

2. Sin autem forma immutetur cum appendice ſiue additamento,iam poteſt illud ex propoſito & de induſtria fieri,ad contradicendum eccleſiæ &confirmandum aliquem errorem. Sic nimirum Arrius fecit,in hunc modum baptizans, Ego baptizo te in nomine patris maioris,&c.ut per hoc errorẽ ſuum hominibus perſuaderet magis, deum patrem eſſe in diuinitate maiorem q̃ deus filius ſit. uerum hic modus longe abeſt à baptiſmo.

3. Sed ſi aliquid adderetur pio quodam affectu, unde etiam principali & præcipuæ formæ nilul

decederet,ut ſi quis dicat, Ego baptizo te in nomine patris & filij & ſpirituſſancti, & ſanctæ Mariæ, Amen:hoc nihil impediret baptiſmi ſacramentum, quanuis ſatius eſt hanc deuotionem à forma baptiſmi excludi. Quod ſi quis magna deuotione cupiat uirginem matrem uenerari,faciat hoc extra formã ſacramentalem.

4. Inſuper ea reuerentia & honore utendum eſt uerbis illis,ut ne qd interponas alieni,& ea nõ trãſponas,ita ut ſenſui aliquid decedere poſſet.

5. Quumq́ non raro cõtingat, quod in caſu neceſſitatis etiam obſtetrices baptizant,decet illas prius diligẽter examinari,an uera baptiſmi forma utantur.Reliqua de formæ immutatione ſcholis excutienda relinquo.Non oportet enim illa ad longũ populo recenſere,quia plus intricarentur,ſed fixa & firma forma eis præſcribatur &declaretur.Tamen bonum eſt, ſacerdotem illos caſus habere penes ſe, ut dubitantibus poſſit reſpondere,potiſſimum hoc tẽpore,quo hæretici nihil non attentant cõtra ſanctæ uniuerſalis eccleſiæ conſuetudinem.

Miniſter baptiſmi. 2. Poſtquam ſatis iam tum de materia huius ſacramenti,tum forma dictum eſt,proximum eſt aliquid de miniſtro illius differere. Atq́ ut ſupra dictũ eſt,ita hic aſſerimus deũ principaliter baptizare paruulum.ipſe enim gratiam infundit: ſic Chriſtus baptizat,ipſe enim uirtutem & efficaciam huius ſacramenti promeruit: homines autem,miniſtri tantum ſunt loco dei. atq́ ſic quidem quilibet homo hic in terris intentionem habens faciendi quod eccleſia catholica facit, & uera materia ſimul ac forma utens, baptizat paruulum,ſiue is presbyter ſit,ſiue propha

nos, ſiue uir, ſiue mulier, Chriſtianus etiam aut hæreticus: imò & ſi Iudæus aliquis ſiue Turca paruulum baptizet intentione eccleſiæ, & ſub debita materia ſimul ac forma, uere baptizatus eſt ille: ſiquidem neceſſarium non eſt eum credere, ſed paruulus is baptizatur in fide eccleſiæ. Atq; horum omnium fundamētum exhibent nobis uerba dei, dicta ad Iohannem de Chriſto, Hic eſt qui baptizat. Hic nos quo ad baptiſmum in ſe, non conſideramus miniſtrum, ſed ſupremum illum baptiſtam Chriſtum. is enim eſt qui baptizat. Ioh.1.

Sequitur hinc, plurimum aberraſſe Donatiſtas, quando crediderunt hæreticum non poſſe baptizare, imò & omnes ab hæreticis baptizatos, eſſe rebaptizandos. falſum id eſt & errore plenum hæretico, unde ſuper hac re multa ſcripſit Auguſtinus de baptiſmo contra Donatiſtas, qui & beatum Cyprianū martyrem præclare excuſat. certumq; adeo eſt, nec amplius in controuerſia ponēdum. Vbicunq; enim dominus ipſe bonus eſt, quid quantumve poſſit ſeruus etiam malus perdere? Vnde & Paulus ait: Neq; qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat deus. Sic pulchre inquit Auguſtinus, Iacob filios ſuſcepit ex utero ancillarum & liberarum: ſic deus filios in baptiſmo per catholicos aut hæreticos baptizatos. Omnia tamen hæc ita demum uera eſſe intellige, ut debita forma utantur uerborum & uera materia. ipſe enim memini quoſdam me examinaſſe parabaptiſtas, quorum etiam forma baptizandi uera non fuit. Vbicunque autem iam neochriſtiani ſub debita uerborum forma baptizāt, ibi paruulus baptizatur, nec amplius inde eſt baptizandus. Donatiſt. Auguſtin. Cypria. 1.Cor.3. Li.1.5 Donatiſt c.15 Hæretici baptizāt.

Quod ſi porro de ordinario baptiſmi miniſtro loquamur,extra caſum neceſſitatis, conſultius eſt à uiro baptizari paruulum, quàm à fœmina: quia ſic præſente uiro,baptizare mulier ne prꝍſumat,niſi forte uir baptiſmi formulam ignoret:& inde præſente ſacerdote,nequaquam baptizare debet prophanus, niſi conſtaret ſacerdotem manifeſte eſſe hæreticum, tunc enim malim pium quempiam & catholicum etiam prophanum,baptizare paruulum,quàm ſacerdotem hæreticũ:ſiquidē prohibemur hꝍreticis communicare in ſacramentis.De ſacramento altaris,an catholici debeant illud imminente mortis articulo ſuſcipere ab hæreticis,infra ſuo loco dicetur.

Tom.2.

Iterum ſequitur,hominem prophanum ſiue laicũ non peccare,qui etiam ſciens parochum eſſe in peccatis conſtitutum,non tamen hæreticum, fi.li ũ ſuum ei tradit baptizandum, quãuis interim ſacerdos ad id muneris loco dei ſubeundum ſe intrudēs, peccat, dum aliquem in peccato baptizat: laicum aũt excuſat hoc,quod ipſe parochum ſuum iudicare non debet,quoniam is forte iam occulte pœnitentia ducitur ſuper peccato.Neque uero hic prophanus occaſionem præbet ſacerdoti peccati noui, ſed officiĳ ſui miniſterium,quod illi debet, ab eo poſtulat: atque in hoc magis occaſionē ei offert pœnitentiæ de peccatis commiſſis,quàm denuo peccandi. Culpa autē ſacerdotis hæc eſt,quoniam irreuerentiam exhibet ſacramento,unde & Dionyſius ait,Non decet impuros tractare ſancta ſigna,ſi enim ſacerdos immũdus tam grauiter peccabat in ueteri teſtamento, quanto grauius nunc in noua lege, ubi longe ſanctiora ſunt ſacramenta?ita autem dicit dominus:Omnis homo

Dionyſ.

qui acceſſerit de ſtirpe ueſtra ad ea quæ conſecrata ſunt, & quæ obtulerũt filij Iſrael domino, in quo eſt immunditia, peribit coram domino. & hoc eſt quod Auguſtinus ait: (primo, quæſtiõe prima, remiſſionẽ) Sacramenta in modum lucis ab immundis coinquinari non poſſunt. Sic ergo mali ſibi ſacramenta habent inutiliter & pernicioſe, alijs autem ſalubriter & utiliter adminiſtrant. Leuit. 12. Auguſt.

4. Sit itaq; ſacramenti huius miniſter, homo in terris degens communi regula. ſiquidem nec ſpirituum immundorum, neque damnatorum aliquis baptizare poteſt, ſed ſi quis beatorum aliquem baptizaret, præſumendum eſſet diuina id fieri uoluntate. atque is qui cunque eſſet ſic baptizatus, pro baptizato haberi deberet: ſicuti ſunt qui putent ſanctam Barbaram à ſancto Iohanne eſſe baptizatam. Ad hæc, idem ille ſacerdos qui uerba profert, ſimul etiam baptizare debet, ne forte falſa fiat baptiſmi forma: neque decet ut altero ſacerdote baptizante, alius quiſpiam proferat uerba, ſed utrunque ſimul & ab eodem fieri debet. atque is ipſe non alia forma utetur, quàm hac qua utitur eccleſia, aliàs enim nihil faceret. Sequtur inde, quod paruuli baptizati à Zuinglio, & alijs qui Zuingliana forma utuntur, baptizati nõ ſunt, nõ ideo quidem, quod mẽbra ſunt abciſſa & putrida, ſed quia uera forma ab ipſo Chriſto tradita non utuntur: ſic enim aiunt, Ego baptizo te in nominibus &cæ. & formam eccleſiæ contendunt eſſe falſam. Quum itaque Zuinglius ueram formam immutarit, & expreſſe oſtenderit intentionem ſuam, qua formam eccleſiaſticam uoluit eſſe contemptam & diminutam, idcirco nimirum baptiſmus Zuingl. baptiſt. In Zuinglium.

illius eſt nullus:ſic(q) ab eo & ſucceſſoribus ſuis bapti zati, denique debent eccleſiaſtico baptiſmo rebapti zari. Ad hæc, forma quoq; ipſius, falſa, erronea, & ab eo tãtum eſt excogitata, qui etſi mediocriter doctus erat Græce, Hebraice nihil, coram uulgo tamen mã gno apparatu geſticulari uoluit & uideri, mendacijs & dolis in hoc confictis. Ita nimirũ hic uoluit Zuin

Mat. viii. gliusin Hebræo euangelio Matthæi haberi, baptizã tes eos in nominibus, nõ in nomine. Falſum autem id eſt, & nulli ueritati conſonum, quum omnia exẽ plaria Græca habeant, εἰς τὸ ὄνομα, in nomen ſeu in no mine. Ita Vaticanum, ita Aldinum, ita Eraſmicum, ita omnia quotquot uidi habent exemplaria. Non ergo errorem iſtum ex euangelio, ſed ex patre men daciorum diabolo attraxit Zuinglius, ut ſic paruuli baptiſmo priuati, longius in diaboli faucibus & uin culis detinerentur.

Quid q; illud non ſimpliciter tãtum falſum, ſed & fidei noſtræ catholicæ eſt contrarium? Nam quum hic nomen uirtutem ſignificet & potẽtiam, ipſo eti- am Zuinglio id fatente, & ſcripturarum teſtimonijs comprobante, quo tandem modo dicere poteſt in nominibus? Arrianũ enim id eſſet, diuerſum credẽ- tibus & cõfitentibus catholicis, quia patris & filij & ſpirituſſancti una eſt diuinitas, æqualis gloria, coæ-

Athanaſ. terna maieſtas, ut inquit Athanaſius. Quiſquis igi- tur multa nomina, hoc eſt, plures uirtutes & maie- ſtates attentaret facere in deo patre & filio & ſpiri- tuſancto, is longe aberrabit cum Arrio & Macedo-

Iohan. 10. nio, non audiens Chriſtum dicentem: Ego & pater unum ſumus. Sic formula iſta Zuingliana quando & eccleſiæ & Chriſto aduerſatur, & per ſe quoq; falſiſ-

ſima eſt, non poteſt eam ſuſtinere illud ſanctum baptiſmi ſacramentum. Quid multa? tolerare poteſt ſacramentum, ut miniſter ſit peccator, imò & hæreticus aut Iudæus, tolerare poteſt ut per iocum etiam baptizet, ſicut & Athanaſius adhuc puer, paruulos alios baptizabat per iocum, qui illum ſibi elegerāt epiſcopum, & patriarcha Alexandrinus cenſuit, autore Euſebio, paruulos iſtos eſſe baptizatos. Eſſentialem aūt illam uerborum formam, quam ipſe inſtituit deus, non licet immutare. Contrarium quicunq; præſumunt, errant & miſere decipiūtur, alios quoq; fallentes, quos ſub falſa iſta forma baptizant. Orate dominum deum corde & ore, ut nos per gratiam ſuam confirmet in catholica, uera & indubitata fide, nosq; ſacramenta ſua digne ſuſcipiamus, & iis iuxta uoluntatem ſuam utamur, per eam gratiam & gloriam conſequuturi æternam. Amen.

Tomo. 2. li. 10. c. 14

HOMILIA XI. DE BAptiſmo.

Euntes docete omnes gentes. Matthæi ultimo.

SAtis ſuperq; ſuperioribus homiliis diſſeruimus de baptiſmo, quid ſit, quæq; ei⁹ materia, & quę ſit forma, qui miniſter: reliquū eſt & de ſuſcipiēte hoc ſacramentum, dicere. Suſcipere ergo illud poteſt tantum homo adhuc uiuens in terris. neq; enim uel angelus, uel immundorum ſpirituum, uel mortuorum quiſquam baptizari poteſt, niſi forte qui mortuus eſt reuiuiſcat, ſicuti legitur mortui hominis caput loquutum eſſe, & petiiſſe baptiſmum.

Suſcipiēs baptiſ.

2. Baptizari etiam non poſſunt paruuli adhuc in

utero matris exiſtentes. id adeo ex uerbus Chriſti
Iohan.3. cõſtat,qui dicit: Niſi quis renatus fuerit ex aqua &c.
Non poteſt autem eius qui natus nõdum eſt, aliqua
dici regeneratio.itaque ſi quis ſpiritualiter ex Adam
cæleſti naſci uolet,is prius ex terreſtri Adam naſca-
tur oportet. Atque in hunc ſenſum ſunt q uelint in-
1.Cor.15. telligere Paulum, dicentem: Non prius quod ſpiri-
tuale eſt,ſed quod animale, deinde quod ſpirituale.
Inſuper cum ratione quoque pugnat,eo quod aqua
paruulum in utero matris adhuc totum detentum,
ueluti corio inſutum, tangere non poteſt. ſi autem
iam demortua eſſet mater, aperto eius corpore ui-
dendum erit, an uiuus inueniatur fœtus ut baptize-
Infans in utero. tur,ſed propter fœtum non licet cum periculo ſcin-
dere matrem. Si tamen ſecundum præcipuam &
principalem aliquam partem iam natus eſſet par-
uulus,puta capite uel pectore, ingruente neceſſitate
baptizari poteſt, dehinc quoque toto iam corpore
natus, rebaptizari non debet. Quum uero manum
tãtum aut digitum exerit,adhuc baptizari poteſt ſu
De quæſt. per immenſa dei miſericordia. Si enim (ut Auguſti-
animę ca. nus ait)anima tota eſt in qualibet corporis parte,in
30. digito quoq; erit tota. & talis infans ſi moriatur in
partu,ſepeliri debet Chriſtiana ſepultura: ſin aũt na-
ſcatur adhuc uiuus, tunc ſub conditione denuo erit
baptizandus in hunc modum:Si non es baptizatus,
ego te baptizo in nomine patris &c.ca.de quibus de
baptiſ.& eius effectu &c.

2. Paruuli iamiam nati,qui ratiõem nullam ad-
huc habent,nec fidem,neq; conſenſum, baptizari &
poſſunt & debent. Atque hoc eſt contra recẽtem ſi-
mul & ueterem errorem.Pelagius enim,teſte Augu

ſtino, nolebat baptizari paruulos, tanquam bapti- ſmo non egentes, eo quòd originali peccato carerēt. Hæreſis ea damnata iam olim eſt in concilio Mileuitano, cui & Auguſtinus interfuit, deinde & in concilio Romano. uide tertium tomum homiliarū noſtrarum in die conceptionis Mariæ. Sequitur, errare Zuinglium cum ſuis, quando nolunt peccatum originale eſſe peccatum, ſed tantum defectum naturalem, ſicuti balbum uel ſtrabum eſſe. Pelagianum id eſt, & noui teſtamēti ſcriptis ex diametro aduerſum, ſicut in loco citato manifeſtę inuenies. Altera hæreſis, quam nunc catabaptiſtæ pro noua induxerūt, ea eſt, quod non ſint paruuli baptizandi, quia non credunt, nondum ſciunt, neque conſentiunt. Graue admodum hoc eſſet & damni plenum. Quum paruuli peccatum originale ex aliena contraxerint uoluntate & tranſgreſſione Adæ, quur miſericors deus non hoc etiam permitteret, ut in aliena fide, non quidem ſuorum parentum uel patrinorū, quod perinde neceſſarium non eſt, ſed eccleſiæ catholicæ baptizarentur? Omnia hęc ad longum, atq; adeo ad uiuum reſecuimus aduerſus anabaptiſtas, in homiliis de aſcenſione domini, tomo 3. Nam & temporibus apoſtolorum infantes baptizari conſueuerunt, ut inquit Dionyſius: Iſtud quū piiſſimis ducibus noſtris in mentem ueniſſet, uiſum eſt infantes admittere ad baptiſmum. Nec quicquam nocet hoc paruulo, quod fidē non habet propriam: ſufficit autem ꝙ illam per baptiſmū acqrit, & ſuſcepto baptiſmo, iam de numero eſt Chriſtianorum. Audi itaq; & Auguſtinum, ad Bonifacium ſic dicentem: Paruulū etſi nō fides illa quę in credentium uoluntate conſiſtit, iam tamen ipſius

August. epiſt. 91. & 93.

Pueri baptizentur.

Cap. vltl. eccleſ. hierar.

Epiſt. 23.

fidei ſacramentum fidelem facit. nam ſicut credere reſpondetur, ita etiam fidelis uocatur, non rem ipſa mēte annuēdo, ſed ipſius rei ſacramentū pcipiendo.

5. Et quanuis differri poſſet baptiſmus, ſicut in primitiua eccleſia conſuetū erat fieri, ut ſolennis obſeruaretur baptiſmus, isq; communis & publicus cum ingenti ſolennitate tempore paſchæ & pentecoſtes, ſicuti collectæ quæ adhuc in eccleſia remanſerunt, & communicantes in officio miſſæ declarant: conſultum tamen ſemper uiſum & utile fuit, paruulos ſine mora ſtatim baptizari, ut teſtatur beatus Cyprianus ad Fidum, putantem paruulos octauo demum die eſſe baptizandos. Poſſunt autem ad hoc adiungi rationes efficaces, & quidem propter naturæ debilitatem. facile enim ægrotant, & ſic mori poſſent paruuli, atq; nondum baptizati damnari. unde Auguſtinus ait: Firmiſſime tene & nullatenus dubita, paruulos, qui ſiue in uteris maternis uiuere incipiūt & ibi moriuntur, ſiue iam de matribus nati ſine ſacramento baptiſmi, quod datur in nomine patris & filij & ſpiritusſancti, de hoc ſeculo tranſeunt, ſempiterno igne puniendos: quia etſi peccatum propriæ actionis nullum habent, originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione ex natiuitate traxerūt. Præterea bonum eſt, paruulos ſtatim baptizari. tūc enim minus nocumenti inferre eis poteſt diabolus in corpore & anima, quum per baptiſmum poteſtas auferatur diabolo, ut amplius non tantum nocere queat paruulo, quantum ſi originalis culpę eſſet adhuc uinculis aſtrictus. Ex eo tamen quod ſupra diximus, paruulos baptizari in fide eccleſiæ, non parētum uel eorum qui ipſos ad baptiſmum deferūt, ſe-

Cypria.

De fide ad Pet.

quitur, quod ſi quis Iudæi, Turcæ, aut cuiuſcunque gentilis filium arreptum baptizaret inuitis parentibus, is baptizatus utique eſſet, quanuis hoc ipſum non cuiuis competat. Plurimi tamen doctores putant, principes poſſe Iudæorum filios inuitis parentibus ſubdere baptiſmo, cum ea tamen prouidentia, ut ne parricidia inde enaſcantur, neve irreuerentia aliqua inferatur ſacramento. Id ita intelliges, ut princeps rem agat circunſpecte, ne prius reſciſcant Iudæi quàm filius baptizetur, ea enim ſunt pertinacia, ut antè occidant proprios filios quàm ſinant baptizari. Baptizatis quoque illis proſpiciendum eſt, ne Iudæi superueniant, & tunc quoque interficiant, uel in priſtinam redigant poteſtatem, ut in Iudaica perfidia erudiant. Neque in hoc peccarent principes tum: nam etſi pater in filium poteſtatem habeat, ea tamē non debet abuti contra deum & æternam filij ſalutem, quoniam lex charitatis non diſrumpitur. Quum ergo Iudæus contra filij ſui ſalutem non uult eum baptizari, merito paterna poteſtate priuandus eſt, eo quod ordinationi dei reſiſtit, quæ habet ut omnes homines baptizetur. Porro quis & hoc patris eſt ut educet liberos, idque ex lege naturæ, ea tamen educatio fieri debet in diſciplina & correptiōe domini, hoc eſt, iuxta expoſitionem Gloſſæ, ut creſcant paruuli in ijs quæ ad deum pertinent. Quod ſi iam uelit pater filium aduerſus huiuſmodi ordinationem educare, tunc ſane ſua abutitur poteſtate, eoque merito priuandus eſt, quoniam deo utique magis oportet obedire quàm hominibus. Paulus etiam filijs iniungit, ut obediant parētibus ſuis in domino. unde ſatis conſtat, parentes quoque poteſtate ſua nō niſi in domino uti debere,

Filij Iudæorum baptizētur.

Matt. 22.

Roma. 13. Mat. ult. Ephe. 6.

Gloſſa.

Acto 5. Ephe. 6.

quum interim Iudæi illa abutuntur aduerſus dominum, merito itaque auferenda eſt ab eis. Quis obſecro ambigit, ſi forte iudæus filium ſuum uel occidere uel in membris mutilare præſumat, iure poſſe magiſtratum, id ne faciat, prohibere? Quanto magis, quũ iudæus hic conatur filium ſuum in corpore ſimul & anima perdere? Prohdolor autem pleriq; iam principes gaudent quidem magnas exactiones à iudæis recipere, & uſuras contra deum & præcepta diuina permittere. Atqui in hac pia cura & ſancta ſolicitudine auferendi à iudæis liberos & baptizandi, quis eſt obſecro qui aliquid agat? in promptu cauſa eſt, quoniam lucroſa res ea non eſt, aliàs conſiliarij qui omnibus adblandiũtur principibus, & ſtipendia ſua uolunt quàm optime promereri, iam dudum rem hanc perſuaſiſſent principibus & impetraſſent. Verum quid hic cogites? profecto niſi quis rem haſtis gerat argẽteis, parum promouerit. Tranſeat autem hic error cum alijs infinitis, iam enim à multis ſeculis nobis Siſebutus renatus eſt. Vide ſup hac re Vdalrici Zaſij libellum, exactiſſime hæc excutientem, quę latius proſequi non eſt inſtituti noſtri.

4. Vnum eſt quod præterire nõ poſſum. Quia non ſolum pium & Chriſtianum foret iudæorum liberos baptizare, ſed & hoc laudabile eſſet, ut principes eos quoque qui inter iudęos ſunt adulti & iam grandæui, precibus, laboribus, minis quoque ad fidem catholicam ſuſcipiendam adigerẽt: non quod uelim aut conſulam iudæos ui eſſe cogendos ad fidem, quoniam deo coacta non placent obſequia, id quoque libertatem pene impugnaret arbitrij, ſiquidem nemo ſaluatur inuitus: atque hinc concilium

Ecd. 15.c

Toletanum non recepit, imò & reiecit iſtud, quod catholicus alioquin rex Siſebutus, iudæos ſub pœna capitali coegerat ad fidem, eos tamen qui ſic ſuſceperant fidem, tolerabat, ut deinceps in pietate & religione Christiana educati conſtanter permanerent. Quicquid tamen hoc eſt, certum utique & infallibile eſt illud Chriſti uerbum in parabola, quum ait: Exi in uias & ſepes, & compelle intrare. Principes itaque non uiolenter quidem cogere, ſed aliàs minis uel quouis modo eos debent ad fidem inducere. Nam quum in doctrina præcipit hoc Paulus Timotheo, Prædica, inſta opportune, importune, argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina: quãto magis qui gladium portat, non temere utique, eo debet uti ad honorem & gloriam dei, atque ad ſalutem animarum? Hinc Auguſtinus ait ad Vincentium: Harum legum (imperialium contra hæreticos) terror, q̃bus promulgandis reges ſeruiunt domino in timore, ita profuit, ut nunc alij dicant gratias domino, quod uincula noſtra dirupit, & nos ad pacis uinculum tranſtulit. Quanuis autem hic Auguſtinus loquatur de hæreticis, tamen eadem quoq; ratio eſt de Iudæis, non quidem cogendis, ſed diuerſo modo adducendis: Non ut plus immunitatis habeant (quod nunc fere fit) quàm Chriſtiani, ſed nihil proficitur apud iſtos, nec clamore, nec uerbi diuini q̃uis ualida p̃dicatione, uſq; adeo uitulus iſte aure⁹ prędominat in omnibus, penes eos uero maxime, quibus curandorũ officiorum munus eſt iniunctũ. periculũ tñ eſt, ne impares aliq̃ ſucceſſib⁹ res hęc ſit habitura euentus. Noſtrates exorbitarũt expellendo iudęos,

De Iudęis 45. diſt. Concil 4. Toletano. c. 56.

Luc. 14.

2. Tim. 4. Rom. 13.

Epiſt. 48.

Auguſtin.

In Iudęorum patronos.

poſſem pſequi particulatim hiſtorias,ſed nolo eſſe prolixior,quoniam nō ſum neſcius Iudæos aliquando lucri gratia baptizari. Porro illis exprobrari Iudaiſmum,quum plures ex corde ad nos cōuertātur, non eſſe Chriſtianum exiſtimo. Vide tomo 1. Atque ut tādem hæc finiamus,impleri oportet ſcripturam quæ dicit,reliquię Iſrael ſaluæ fient.ſemper erunt aliqui ex Iudæis reliqui uſq; ad antichriſti aduentū:neceſſarium tamē non foret, ferre nos uſurarios iſtos & blaſphemos Iudæos in totius uiciniæ perniciem. Aut ſi maxime tolerandi ſint inter nos Iudæi, ſicut idipſum & leges ciuiles,& ſacri canones permittūt, attamen uſura ferenda non eſt,q̃ iſti uniuerſam oīm hominum fæcem,luſores,fures,ganeones,& bonorum ſuorum abliguritores ſuſtinent,fouent,imò nō raro iſtorum omnium ſunt autores. Vide conſilium fratris Bernardini de Buſtis contra Iudæos,& ſimiliter Alexādrum de Næuo,qui abunde tractant, quomodo Iudæi habēdi ſint inter Chriſtianos. Oremus dominum.

HOMILIA DVDECIMA.

Euntes docete omnes gentes. Matthæi ultimo.

COlligenda nobis ſunt fragmenta nonnulla ex ſuperiori homilia relicta, ubi tantum de paruulis baptizandis diximus.ſupereſt ut de adultis aliquid diſſeramus,qui antea baptizati non ſunt. Principio adultus quiſpiam, qui aliquādo in animo habuit ſuſcipere baptiſmum,deinceps tamen uel inſania correptus uel ſomno, baptizari adhuc poteſt.
Li.4. confeſſi.ca.4. Sic refert Auguſtinus habuiſſe ſe amicum multum

dilectum, qui febriens, & lætali ſudore decumbens, ita ut deſperaretur de uita, ſic inſcius eſt baptizatus. Multis ibi uerbis Auguſtinus conatur oſtēdere, eum uere eſſe baptizatum. In ſomno baptiza.

2. Poteſt etiam baptizari adultus contra ſuā uoluntatem, ſicut ille ſacellanus Cæſaris Friderici in oppido Lintz baptizauit Iudæos. Atqui ibi dubiū non eſt, hunc non eſſe baptiſmum: ſed quum quis nimis adhuc urgetur ut cōſentiat in baptiſmum, quanuis id non ex animo, ſicut Iudæi plerunq; baptizari ſe pmittunt, ut ſub prętextu Chriſtianiſmi melius & lautius inter nos uiuant, quemadmodum præpoſitus iſte (inſigne omnium Iudæorum exemplar) Colonienſis ad ſanctum Andream. iſti omnes nec baptizati ſunt, neq; recipiunt characterem, quanuis extrinſecus à ſuis magiſtratibus ad hoc impelluntur, ut more Chriſtianorum uiuant. Quod ſi illi deinceps fides placeat Chriſtiana, ita ut ex animo iam cupiat, baptizari tūc debet occulte à ſacerdote: quia prior ille baptiſmus nō fuit uerus, quum per infidelitatem ſuam nihil tunc tribueret baptiſmo, licet uolūtatem ſuam exterius reponat in eo, tamen cor longe hinc diſtat, ſiquidē nihilo plus uirtutis tribuit baptiſmo, quàm cuiuis ablutioni aquæ, qua aliàs fuiſſet perfuſus. c. maior de baptiſ. Fictus.

3. Sin autem adultus cum ratione & fide ſuſcipiat baptiſmum, conſtitutus interim in peccato mortali, quod ſibi proponat adhuc faciendum, uel in eo ipſe ſibi placeat, is baptizaretur quidē, characterem quoq; reciperet, ſed non tum gratiam dei, imò neq; peccata ei remitterentur. Sic Auguſtinus dicit, omīs qui iam uoluntatis ſuæ factus eſt arbiter, quum accedit ad ſacramenta fidelium, niſi eum pœniteat uitæ De medi. pœnitētię cap. 2.

ueteris,nouam non poteſt inchoare. Verum ſi talis, deinceps pœnitentia ducatur ſuper peccato in quo eſt antea baptizatus, tunc confiteri illud tantum debet cum reliquis quæ poſt baptiſmum commiſit, & ſic tandem baptiſmus ſuum ſortietur effectũ in anima.

Auguſt. Sacerdos quoq; tãtum ſuper illo peccato in quo baptiſmum ſuſcepit indignus, iniungere pœnitentiam debet, non autem pro ijs quæ ante baptiſmum deſignauit. Et hoc nimirũ uoluit Auguſtinus, quum

Lib. 1 contra Dona. dixit: Tunc ualere incipit ad ſalutẽ baptiſmus, quum illa fictio ueraci confeſſione receſſerit.

2. Simul atq; hactenus de materia & forma baptiſmi diximus, de miniſtro quoq; & ſuſcipiente, iam de efficacia & uirtute hui' ſacramẽti differere aggredimur.

Efficacia baptiſmi. Primum itaq; baptiſmus rite ſuſceptus, uniuerſa delet peccata, originale ſimul & actualia, ita q̃d quilibet baptizatus, ſiue paruulus ſiue adultus, ſi ſtatim poſt ſuſceptum baptiſmum moreretur, immediate euolaret in cælum, ac proinde baptiſmus plenarias elargitur indulgentias. Id adeo ex uerbis Chriſti

Joh. 3. colligitur, quum ait: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpirituſancto, non poteſt intrare in regnum cælorum. Sequitur ergo, quòd quilibet renatus hoc modo, intrare poteſt in regnum cælorum. Recte etiam dicunt doctores, cælum baptiſmo referari. Sanctus Auguſtinus concluſionẽ hãc ad longũ inducit & illuſtrat aliquot locis apoſtoli Pauli, ut quum dicit:

Roman. 6. An ignoratis fratres, quòd quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, ut quomodo Chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambule-

mus. & alibi, Chriſtus mundat eccleſiã lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed ut ſit ſancta & immaculata. Similiter & ad Titum ſcribens, dicit: Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis ſpiritusſancti, quem effudit ſuper nos abunde per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum. Ideoq; & Auguſtinus inquit: A paruulo recens nato uſque ad decrepitum ſenem, ſicut nullus prohibendus eſt à baptiſmo, ita nullus eſt qui nõ moriatur peccato in baptiſmo, ſed paruuli tantum originali, maiores autem etiam iis omnibus moriuntur peccatis, quæcunq; male uiuendo addiderunt ad illud, quod naſcendo contraxerunt. & cap. 44. Omnibus peccatis moriuntur, quæcunque iam propria commiſerunt, uel cogitatione uel loquutione uel opere. Sequitur, paruulum per baptiſmum conſequi rurſus ſtolam innocentiæ, quam nobis Adam in paradiſo amiſerat. Dices autẽ, quandoquidem baptiſmus tollit peccatum, an ſic auferat etiam peccati pœnam. Reſpondetur hic, quod baptiſmus adimit pœnam æternam, quam ſuſtinere debet homo pro huiuſmodi peccato, ſimiliter & pœnam temporalem, redimendo peccato mortali debitam, non autem pœnam quę naturam lapſam & deſtitutam conſequitur, quam poſt ſe relinquit peccatum originale, cuius etiam tria ſunt genera, de quibus uide tomo 5.

Ephe. 5.

Tit. 3.

In enchi. cap. 43.

Adultus baptizandus pœniteat.

Similiter hinc ſequitur, quod Iudæus adultus, uel etiam iam grãdęuus Turca quiſpiam, quum baptizatur, etiamſi maximus ſit peccator, tñ neq; cõfiteri tenetur nec ſatisfacere, dũmodo ſit contritus, ſuaq; ſibi

peccata diſpliceant in fide uera.nam ſi adhuc in pec
catis perſeueret,gratiæ diuinæ capax non erit,iuxta
illud Sapiẽtis,quia ſpiritus diſciplinę effugiet fictum.
Sapien.1. ſuper Eze chiel Actu 2.
Quamobrem & Hieronymus ait, baptiſmata ſunt
gentilium & hæreticorum,ſed non ad ſalutem.In ec
cleſia etiam quicunq; non perfecta fide ſuſcipiũt ba-
ptiſmum,aquam ſuſcipiunt,non ſpiritum,ſicut & Si
mon magus baptizatus eſt in aqua, non in ſpiritu,
eo quod non diſplicerent ſibi ſua peccata. Quiſquis
ergo adultus baptizari cupit,huic primum peccata
diſpliceant oportet: deinde neq; nũc actu aliquid pec
Lib.1.cõ. Donatiſ. cap.12.
cet,ſicut Auguſtinus ad longum proſequitur de eo
qui in odio & inuidia baptizatur. Petr' quoq; inter
rogantibus Iudæis in die pentecoſtes,quid eos face
Actu.2.
re oporteat,reſpondit:Pœnitentiam agite,& bapti-
zetur unuſquiſq; ueſtrũm. Nihil autem pœnitentiæ
huiuſmodi adultis hominibus iniũgitur de ieiunio,
oratione & ſimilibus,quemadmodũ ait Ambroſius
gratia dei in baptiſmo nec fletu indiget, neque gemi
Roma.11.
tu,ſed omnia gratuito dimittit.Sed uideor hic mihi
audire aliquem obijcientem : Si adultus aliquis ſiue
Iudæus ſiue gentilis quum baptizatur,nõ indiget pœ
li.7.regiſ. epiſto 24. Gregorius
nitentia ſibi iniungẽda, quid eſt quod Gregorius ad
Fauſtinum ſcribit , Iudæo qui ſuſcepturus ſit bapti-
ſmum,imponẽdum eſſe tempus quadraginta dierũ,
quibus pœnitentiam agat in omni continentia? Au
diat ille quiſquis eſt:Quoniam ea pœnitentia ipſi in-
iungitur non ad peccatorum remiſſionem,ſed in p̃-
parationem,ut ſic deinceps cum reuerentia & hono
re baptiſmi ſacramentũ deuotius ſuſcipiat,eoq; tem-
pore ille probetur, an uerum & ſtabile habeat pro-
poſitum recipiẽdi fidem Chriſti: neq; nimium cum

Iudæis eſt accelerandũ, ſi quando petũt baptiſmum, neq; plus ſatis cunctãdum, ne forte reſiliãt, ſicq; longa iſta dilatio eorum retro poſſit animos reuocare, ut inquit Gregorius.

Obſeruatione dignum eſt, quod ibidem ſ. Gregorius admonet, pauperes Iudæos iam baptizatos, eſſe ueſtiẽdos, & ad Anthemium ſic ſcribit: His quos de Iudaica perditione redemptor noſter ad ſe dignatur conuertere, rationabili nos oportet moderatiõe ſuccurrere, ne uictus (quod abſit) inopiam patiantur. Ecce ſanctus ille pontifex nõ adeo fuit pauperculus, ut Luther conatur facere papam, quum hinc inde habuerit præfectos ſuos, quibus & demandauit curam exponẽdi pecunias. Sed de ijs uide libros noſtros de primatu Petri, lib. 1. cap. 31. Lib. 1. e. 30

Quæras autem, Quum Iudæus baptizatur, quid faciendũ de pecunia fœnore corraſa? reſpondeo hic tibi, Quoniam ſi Iudæi uel hæreditario uel aliũde iuſto titulo bona acquiſierunt, ea remanent penes eos. curandum enim ſedulo eſt, ne huiuſmodi bona abalienentur, uel ipſi hæreditatibus ſuis priuẽtur, c. Iudæi 2. de Iud. Si autem de bonis uſurarijs ſermo fiat, uideo Iohannem Gerſonem in multis defectibus qui erant per concilium emendandi, etiam hũc poſuiſſe. Quur tandem Iudæis baptizatis nõ miſericorditer de ſuis bonis datur uictus ad neceſſitatem uitæ? niſi quod paupertate compulſi decidunt de fide, conquerentes ſuper Chriſtianorum inhumanitate. Inuenio autem quod papa Iohannes eius nominis 22. in ditionibus & ciuitatibus eccleſiæ ſubiectis præcepit, quatenus Iudæi baptizati, in bonis poſſeſſionib⁹ ſuis, quocunq; nomine ſiue titulo reputatis & acqui

Iudæorum bona.

Nota

Li. de defectuũ eccle. art. 57.

ſitis & poſſeſſis tempore conuerſionis ſuæ, ab omnibus maneãt inoffenſi, ne forte odioſa coacti egeſtate, compellantur ad prius relictam redire infidelitatem. Hoc ſunt qui uelint etiam ad bona per uſuram congeſta referre. Veruntamen non poſſunt priuata uoluntate eiuſmodi bona retinere Iudęi: quia quum iniuſta ſint, reſtituenda erunt. Quãdo autem ex maiori parte incertum eſt, quæ quibus ſint reddẽda, magiſtratus eius loci poteſt ea capere, & uel omnia uel partem Iudæo donare pro conſeruatiõe ſuæ uitæ & ſuorum, loco paupeꝝ & eccleſiæ. (eſt iuſta cauſa trãſferẽdi dominium in feruorem fidei.) Vnũ eſt quod hic ſicco pede tranſire non poſſum, quãdo dixi quomodo baptiſmus tollat pœnam peccati, excipiendæ ſunt aliquot irregularitates. nam ſi quis ante baptiſmum duas habuiſſet uxores uel uiduam, is etiam baptizatus, non poteſt ordinari in presbyterum: ſimiliter ſi Iudæa uirginitatem amiſit, poſt baptiſmũ quoque fieri nõ poteſt monialis, neq; enim eam notam adimit baptiſmus. Illegitime natus aliquis, & ꝑ hoc ad ſacerdotium parum idoneus etiam baptizatus, nihilo plꝰ efficit ad ſacros ordines aptꝰ, c. acutiꝰ diſt. 26

Bapti. confert gratiam.

4. Adimit ergo baptiſmꝰ peccatum, peccati ꝗꝗ pœnam. Et inſuper in baptiſmo cõfertur gratia dei, & reliquæ duæ uirtutes theologicæ, fides & ſpes. Quum autẽ hoc ipſum neget Lutherus in omnibus ſacramẽtis, peruerſus ſeductus errore, ſemel illud ꝓbabimus de baptiſmo, uerum eſſe quod cõmuniter dicimus, Sacramenta conferre gratiam, eo modo ꝙ ab initio dictum eſt. Sic eñ Chriſtus ipſe ait, niſi qs renatus fuerit ex aqua & ſpirituſancto, non poteſt intrare in regnum cælorum: nemo autem ingredi

poteſt regnum cælorum, niſi per gratiam dei, oportet igitur in baptiſmo conferri gratiam, iuxta illud Rom.6.
Pauli, Gratia dei uita æterna. deinde regeneratio ex ſpirituſancto, utiq; ex gratia ipſius. aliàs enim quam differentiam ſtatuiſſet Iohannes inter baptiſmum ſu- Marc.1.
um & Chriſti? ſic autem ait, Ego baptizo in aqua, il- Luc.3
le aũt baptizabit in ſpirituſancto. Ita & Paulus præclare inquit, Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouatiõis ſpirituſſancti, quem effudit in nos abũde, ut iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundũ ſpem uitæ æternæ. ideoq; & beatus Ambro- lib.2.ſuper
ſius baptiſmum uocat lauacrum gratiæ. Imo Augu- Lucam.
nus quoq; contra Donatiſtas multum & uehemen- li.5.c.9.10
ter huic innitit, quod idipſum ſit diſcrimen baptiſmi 11.12.13.15.
Iohannis à baptiſmo Chriſti, quoniam hic gratiam confert. In eodem quoq; libro Auguſtinus baptiſmum uocat ſacramentũ gratiæ, cap.21. Et Ambroſius batiſmum quo nos baptizamur, maioris facit quàm illum quo baptizatus eſt Chriſtus. ait enim, Quod ſalua pa- Serm.41.
ce dixerim, licet utrunq; baptiſma ſit domini, tamen gratius puto hoc eſſe quo nos abluimur, quàm illud quo ſaluator baptizatus eſt. Ibi enim tanquam incredulis fidem uult ſignis corporalibus perſuadere, hic tanquàm fidelibus gratiam ſpirituali uirtute conferre. Quid quòd ipſe titulus huius ſermonis, qui inſcribitur, de gratia baptiſmi, uniuerſum Lutheri errorem refellit & ualide retundit? Ita Paulus ad Galatas eti- Gal.3.
am ait: Quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Chriſtum autem induere, ſine gratia Ephe.5.
dei quomodo cuiquam cõtingere poſſet? Et quum ad Epheſios inquit, quia mundauit eccleſiam lauacro aquę in uerbo uitę, quo pacto purgare queat ille

animam niſi per gratiam? Verum Lutherus errorem hunc exuxit ex antiquis iſtis hæreticis Pelagio & Cæleſtio, qui damnati ſunt in concilio Carthaginienſi, temporibus beati Auguſtini. Volēs hic obmitto inducere epiſtolam eorum ad Innocentium primum Romam miſſam: ſuperſedeo quoq; aliorum doctorum teſtimonijs referendis, quoniam illa ſupradicta cuiq; homini catholico ſufficere poſſunt ad fidem ſuam roborandam, & gratiam ſacramentorum conſtabiliēdam.

Epiſt. 9. in Auguſtin.

5. Porro infundi etiam in baptiſmo fidē & charitatē, iam ſuperiori homilia ex uerbis Auguſtini docuimus. is enim paruulos poſt baptiſmum uocat fideles. (de conſe. diſt. 4. nihil) non autem fideles dici poſſunt ſecūdum fidem acquiſitam, ſiquidem adhuc uſum rationis nō habent, ut addiſcere poſſent. Chriſtiani igitur ſunt & fideles, per fidē infuſam in baptiſmo à ſpirituſancto. Præterea Chriſtus in euāgelio: Qui non credit, inquit, condemnabitur. itaq; quum non damnētur paruuli baptizati, ſed beentur, fidem quoque habeant oportet, q̃a ſine fide impoſſibile eſt placere deo: placent autem paruuli deo, imò & nos ſi ſalutem ſperamus à deo, oportet ut efficiamur ſicut paruuli, aliàs nō intrabimus in regnum cælorum. nam fide adempta paruulis, non haberent uitam ſpiritualem, quum iuſtus ex fide uiuat. Inſuper & rationi contrarium hoc eſſet, ut in paruulo ſit gratia dei, & non fides. quando enim ita comparatum eſt, ut fides ſit ſubſtantia & fundamētum ſpiritualis ędificij, quomodo charitas & gratia eſſe poterūt ſine fundamēto fidei? Iterum quæris, Quur in aīa paruuli conſtituantur iſtæ uirtutes, quū nihil operētur, imò & ſi

Fides. paruuli.

Ad Boni.

Mar. ult.

Heb. 11
Mat. 18.

Roma. 10.

Heb. 11

paruulus talis baptizatus, quantumuis habitibus ſuis infuſis ſit inſtructus, educetur inter infideles, nihil uticꝫ ſcire poterit huius fidei beneficio de religione noſtra & fidei Chriſtianæ profeſſiõe. Audi, necꝫ enĩ uulgare quid quæris, ſed eiuſmodi qddam quod pene intellectũ uulgi tranſcendit, necꝫ ita facile cuiuis manifeſtari poteſt. Queadmodũ in reb' corporeis duplicem uides qualitatẽ, ut ſi de calido loquamur, & ignis calidus eſt & ſol, ferrum quocꝫ calidum eſt & uinum: ignis autem formaliter calidus eſt, calefaciens & adurens quicquid attingit: ſol calidus quocꝫ eſt, ſed non proprie in ſua ſubſtantia, ſed per radiorũ reflexionem tm̃: ſiqdem aerem hunc medium non calefacit, uerũ ubi ex oppoſito montis radij eius reflectuntur, ibi calefacit: uinum quocꝫ uirtute calidũ eſt, quantumuis in uaſe aut uitro ꝓprie frigidũ exiſtat: id autem ubi biberis, ibi nimirum incaleſces, & calidam uini uim ſenties: ſic piper, urtica & alia multa q̃ proprie calida non ſunt, ſed uirtualiter tm̃: & ea ſane qualitas uirtualis non agit, niſi excitata. Ita in anima quocꝫ fides gemina eſt, alia propria & formalis, fides ſcilicet acqſita, ut quum puer pronũciat aliquem articulum fidei, tunc remanet nonnihil adhærens in anima eius: quod ſi eũdem rurſus ingeminet, iterum aliqd amplius relinquitur adhærens animæ: id tam diu facit donec aſſueſcat, ut tandem perfecte calleat. necꝫ id multum eſt diuerſum ab eo, quum candelæ ſubinde in ſeuum intinctæ parãtur, ſemper enim plu ſculum aliquid adhæret filo, donec in iuſtam cãdelæ magnitudinẽ accreſcat. ita in anima quocꝫ res ſe habet. Et ſicut fides hæc acquiſita, ex multo & frequenti exercitio naſcitur, ita ipſa quoque inclinat ad hui-

Qualis fides paruuli.

uſmodi operationes. Alia longe res eſt de fide infuſa à deo, ea enim demum fides nobilis & efficax eſt, inſtar caloris ſolaris. Et hæc fides quum non ſit nata ex operationibus, ita etiam nō inclinat ad illas à ſeipſo, non minus quàm nec uinum aquam calefacere poteſt. aliũde eam excitari oportet: id autem fit per fidem acquiſitam. Sic ergo in baptiſmo infundũtur paruulo gratia, fides & ſpes, quanuis operationem nullam in eo habeant, quandiu rationis uſum nō habet: animam autem eius exornant, perficiunt, & deo beneplacitam reddunt, imò paruulum quoq; ipſum quaſi incorporant Chriſto domino, ut amplius ſit filius lucis & uitæ æternæ. Magnę & eximię nimirum hæ ſunt infuſarum uirtutum operationes, longeq; excellentiores, quàm uel ſit exercitata dilectio, uel fides acquiſita. Cæterum accedente iam rationis uſu in paruulo, quum is iam paulatim fidem addiſcere, & amare deum incipit, tunc ſanè uirtutes illæ infuſę excitantur, ut iam paruulus iſte multo ſit promptior ad diſcendam fidem, ad diligendum deum, quàm ſi uirtutes infuſas non haberet. Quid deniq; multa? In baptiſmo non tantum peccata dimittuntur, quoad pœnam & culpam, ſed etiam gratia, fides & ſpes animæ infunduntur, ut ſic baptizatus, deinceps intellectu ſuo illuſtretur, teſte Dionyſio, in uoluntate purgetur, totusq; Chriſto uniatur, & eius eccleſiæ ſuę ſpirituale mēbrum efficiatur, ut ait Auguſtinus, illi etiam portæ cæli reſerentur. Domine Ieſu Chriſte, gratiam nobis tuam largire benignus, ut per hæc dona tua tanta, uitam conſequamur æternam, Amen.

De eccleſiaſt. hierar. ca. 2. par. 3.

HOMILIA XIII, DE BAPTISMO.

Euntes,docete omnes gẽtes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritusſancti, Matth.ult.

Diximus de effectu ſancti huius ſacramenti baptiſmi, ſignum illud eſſe efficax, purgans animã à culpa ſimul & pœna peccati, infundens quoq; gratiam, fidem & charitatem, quæ operationes ſunt tres. Quarta autem hæc eſt, quia & characterem imprimit, ſignum utiq; à deo animæ impreſſum in ſuſceptione alicuius ſacramenti, quod iterari non poteſt, perpetuo remanẽs in anima. ſignum id notat & ſignificat illum ſuſcepiſſe hoc ſacramẽtum, & quod penes illud etiã in inferno Chriſtiani dignoſcuntur ab infidelibus: fœdus nimirum hoc eſt & pactũ, cuius gratia uelit q̃ſq; ſeruare ac cuſtodire legẽ. Tom.1.de characte.

Quãdoquidem autem neochriſtiani ſignum hoc abnegant, q̃d tamen dæmones ipſi agnoſcent apud inferos, age characterem hunc ſacræ ſcripturæ teſtimonijs confirmabimus. Primumq; adeo ſe princeps & doctor gentium Paulus nobis offert, q ſic ait ad Ephesios: In quo & uos quum audiſſetis uerbum ueritatis euangelium ſalutis noſtræ, in quo & credẽtes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ. ſignaculũ iſtud ſiue pignus iam nos characterẽ uocamus, quo omnes oues quæ ſunt de grege Chriſti, conſignantur. Sic Paulum intellexit beatus Hieronymus, dicens: Signaculum dei eſt, ut quomodo primus homo conditus eſt ad imaginem & ſimilitudinem dei, ſic in ſecunda regeneratione, quicunq; ſpiritumſanctum fuerit cõſequutus, ſignetur ab eo, & figuram conditoris accipiat. Ecce Ephe.1. Super epiſt. ad Epheſ.

Charact. quomodo hic Hieronymus ſignum illud affirmat & confitetur, quod in lauacro regenerationis à deo imprimitur. Præterea ne habeas quo characterem ſignaculum ſpiritusſancti impugnes, audi Paulũ deinceps ſic inquientem: Ephe. 4. Nolite contriſtare ſpiritum ſanctum, in quo ſignati eſtis in die redemptionis ueſtræ, hoc eſt, baptiſmi. Et hic libere fatetur Paulus, Hierony. eos eſſe ſignatos ſpirituſancto. Ubi Hieronymus: Signati, inquit, ſumus ſpiritu dei ſancto, ut & ſpiritus noſter & anima imprimantur ſignaculo dei, & illam recipiamus imaginem & ſimilitudinem, ad quam in exordio conditi ſumus. Et inde: Qui idcirco ſignatur, ut ſeruet ſignaculum, & oſtendat illud in die redemptionis purum & ſyncerum, & nulla ex parte mutilatum: & ob id numerari cum his ualeat, qui redempti ſunt. Notate uerba, neq; enim hoc neochriſtianorum errorem iuuare poteſt, quod ipſe per ſe baptiſmus ſit ſignũ: nam id quoq; uerum eſt: ſed non de eo loquitur hic Paulus, uerum de ſigno quod imprimitur in animam, ablutio autem ad corpus pertinet. Deinde ſignaculum iſtud ablutionis cito tranſit, Athanaſi. hoc aũt permanebit uſq; in diem iudicij. Id ita intellexit in Paulo etiam Athanaſius, qui ſuper 1. cap. ſic dicit: Iudæi ex circuncisiõe ſunt, beluarum more carnis ſignaculo excepto, non is inuſti, ſed uobis ut dei filijs ſupra quàm carnis patiatur conditio, ſpiritus impreſſum eſt ſignum. & ſuper Epheſi. 4. ait: Is nanque ſpiritus nos obſignauit, eſſeq; de regio grege inſuper fecit, atque is nequaquam aſtare nos ſinit cum ſontib⁹ & damnatis, ſed ſignum impreſſit ſecreuitq;, ut redempti & liberi ab iſtiuſmodi ira eſſemus. Bruno. Bruno etiam ſic ſenſit, nam & ipſe ſuper Paulum in hũc

loquitur modum: Vos credentes ſignati eſtis, ut appareatis de militia Chriſti. & ſuper caput 4. Vos cera ſpiritus, ſigillum nobis impreſſum, quo ſignati eſtis in die redemptionis ueſtræ, hoc eſt, baptiſmi.

2. Adhuc immorari oportet & longius inſiſtere circa hæc, propter eos qui nunc tanquam fœdifragi conantur à militia Chriſti ſubterfugere, ſignaculum fœderis abnegantes, quum tamen quilibet Chriſtianus firmiter ſperare debeat, ut Hieronymus ſuprà meminit, ſe penes illud aliquando cognoſci debere in die iudicij. Putrida autem eccleſiæ membra pudet huius ſignaculi, quia ſub eo cunctorum confuſioni patebunt. Quod autem de eo non multa ſcripſerunt doctores, in cauſa eſt, quod tunc non perinde opus erat, quando nemo illud negabat. Iam autem Luthero illud infeſtante hoſtiliter, compellor ſcripturas penitius introſpicere, & tam impudentem errorem, quib' dignus coloribus delineare. Signaculum itaq; illud characteris, iam olim in ſpiritu præuiſum eſt à propheta Eſaia, quum dixit: Ponam in eis ſignum, & mittam ex eis qui ſaluati fuerint ad gentes in mare, in Africam & Lydiam, tenentes ſagittam, in Italiam & Græciam, ad inſulas longe, ad eos q̃ non audierunt de me, & non uiderunt gloriam meam, & adnunciabunt gloriam meam gentibus. Hic certum eſt loqui prophetam de ablegatiõe apoſtolorũ & diſcipulorum Chriſti ad prædicandum euangelium per uniuerſum orbem, non Iudæis tantum, ſed & gentibus, quæ antea de deo nihil audierant. In eos ipſos ergo legatos ſuos apoſtolos deus poſuit ſignũ, idq; non aliud niſi ſignum hoc ſpiritusſancti, de quo Paulus ad Epheſios ſcripſit. Hieronymus ibi uult, ſi-

Eſaię. 66.

Matt. vlt.

Hierony.

gnum iſtud apoſtolorum eſſe deſignatum per illud
Ezech. 9. apud Ezechielem, quod quiſquis non habebat moriebatur. ait & ſignum hoc eſſe figuratum in Aegy-
Exod. 12. pto, quando poſtes ædium & ſubliminare conſigna
bantur ſanguine agni, quo uiſo angelus uaſtator tranſiret, nec quenquam in ea domo occideret. ſic & Chriſtus poſtes, hoc eſt, animæ uires cõſignat merito ſanguinis ſui, quo animæ ſaluantur. Inſuper & characteris huius mentionem facit beatus Dionyſius, ſimiliter & Damaſcenus. (nihil curo quod quidam uerba eorum aliò detorquere conantur. uſi enim antiqua tranſlatione, aliquando forte ſcrupum quærſierunt) nos illorum uerba audiamus. ita inquit Dionyſius: Hunc ita accedentem diuina maieſtas in ſui conſortium intus admittit, eiq; lucẽ ſuã perinde ac ſignum aliquod tradit, ſanctum efficiens, & ſortis ſanctorũ
De eccle. hierar. c. 2. par. 3. ordiniſq; participem. Hic utique Dionyſius nõ agit de ſigno ſacramenti, quod ſacerdos uel epiſcopus largitur baptizato, ſed de eo ſigno, quod deus interius infigit animæ hominis baptizati, quod ibi Dionyſius etiam lucis nomine exprimit. Verum & Damaſcenus idipſum confirmans, ſic inquit: Nunc igitur per baptiſma primitias ſpiritusſancti accipimus, ut initium alterius uitæ ſit in nobis, id eſt, primitiæ regenerationis, & ſignaculum & tutela & illuminatio & ſanctificatio. (unde liquet quàm deprauatè aliq; de-
L. 4. c. 10. ſtruant hic ſententiam Damaſceni.) Quinque opera baptiſmi enumerat hic Damaſcenus. 1. regenerationem per baptiſmum. 2. Signaculum characteris, de quo nunc agimus. 3. Tutelam aduerſus inſidias diaboli. 4. Illuminationem in intellectu per uerã fidem. 5. Et ſanctificationem, ut ſic baptizatus per gratiam

Chriſti efficiatur membrum illius & eccleſiæ. Quod autem ij ambo de hoc ipſo charactere loquuti ſint, facile probari poteſt ex Auguſtino, is enim de hoc ſignaculo loquens, ſic ait lib. 6. contra Donatiſtas, ca. 1. Satis eluxit ouem quę foris errabat, & dominicum characterem à fallacibus deprædatoribus ſuis foris acceperat, quũ uenit ad Chriſtianæ unitatis ſalutem, characterem dominicum in ea agnoſci potiꝰ quàm improbari. de eo loquitur, qui iam antea baptizatꝰ ab hæreticis, uenit ad eccleſiam neq; rebaptizatur. Alibi etiam ad Donatum ſic ſcribit: (23. q. 4. diſplicet) & uos oues Chriſti eſtis, characterem dominicum portatis in ſacramento quod accepiſtis, ſed erratis & peritis. Ad Parmenianum quoque comparat characterem ſigno militari ſub aliquo imperatore. Et ne quis remaneat ambigendi locus, en adduco & alia Auguſtini uerba ſuper canonicam Iohan. quæ ſic habent: Baptizatus ſacramentum magnum habet, ſi non habet charitatem, characterem quidem impoſitum habet, ſed deſertor uagatur. Coronidis loco accedat unicum illud Apoſtoli uerbum, quum ait: Deus unxit nos, & ſignauit nos.

Auguſtin.

Epiſt. 204

Tracta. 5.

2. Cor. 1

3. Omnia hæc propter neochriſtianos maxime inducere libuit. nobis enim om̃ibus qui fortiter adhuc ſtamus, & certamus pro ueteri illa & indubitata fide eccleſiaſtica, ſatis eſt, ſcire hunc concordem & unanimem omnium doctorum eſſe conſenſum, q̃d in baptiſmo imprimatur in animam hominis baptizati character indelebilis: ſufficeret etiam nobis conſtitutio canonica, quã quilibet Chriſtianus de ſacramentis certo credere debet et tenere, ſicut Romana

tenet eccleſia, c. ad abolendã de hæret. Romana aũt eccleſia firmiter & cõſtãter credit in baptiſmo huiuſmodi characterẽ imprimi, qm̃ ita ait papa Innocẽtius 3. Is qui ficte accedit ad baptiſmũ, characterẽ

C. maioris de baptiſ.

Chriſtianitatis ſuſcipit impreſſum, &c. Tunc characterem ſacramentalis imprimit operatio, quum obicem uoluntatis contrariæ non inuenit obſiſtentem. Quilibet ergo Chriſtianus credere debet, characterẽ hunc eſſe inſtar certi coloris, quo miniſtri Chriſti ueſtiuntur. Ex ſuperabundanti ſcripturas quoque biblicas adduximus & patrum ſanctiones, quos deus ipſe per gratiam ſuam illuminauit. Quæris, unde ſignum hoc perpetuum eſt & indelebile? Audi, quoniam eius rei præcipua cauſa ipſa diuina uoluntas eſt, cui hoc ſic complacuit: deinceps tamen oſtendi poteſt, quod characterem hunc tria habent ſacramenta irreiterabilia, baptiſmus, confirmatio, & ſacer ordo: ſed eorum operatio ratione characteris eſt perpetua. baptizatus enim, confirmatus, & ſacerdos ita inperpetuum manebunt, etiamſi condemnentur. Et ſic catabaptiſmus blaſphemus totus eſt, ut monſtrauimus in homilia de aſcenſione domini.

Chara-cter inde-lebilis.

Tomo. 3.

Gregorii.

Audi præclara uerba beati Gregorij: Quod dicitis eum qui ordinatus eſt ſemel, rurſus ordinari debere, ualde ridiculum eſt. ſicut enim qui baptizatus eſt ſemel, denuo baptizandus non eſt: ita ſemel ordinatus, ſæpius etiam ordinari eo ordine non poteſt. Plures adhuc rationes oſtendunt doctores, quur catabaptiſmus ſit iniquus, quoniam baptiſmus præcipue contra peccatum originale inſtitut⁹ eſt: illud autem ſemel extinctum, non poteſt repeti, ergo nec aliquis rebaptizari debet.

2. Ad hæc character ipſe baptiſmi deleri non poteſt.

3. Baptiſmus & culpam aufert & pœnam, ergo ſi liceret aliquem denuo baptizare, quis deinde pœnitentiæ & confeſſioni locus erit reliquus?

4. Baptiſmus Chriſti mortem deſignat, teſtante id Paulo, Chriſtus autem ſemel tantum mortuus eſt: & homo itaq; ſemel tantum baptizandus eſt. Roman. 6.

4. Ex omnibus præmiſſis colligi facile poteſt, an baptiſmus in omnibus baptizatis æqualem habeat operationem, aut non. Nam quoad paruulos poſſet forſan ratione baptiſmi in omnibus æqualis eſſe uirtus, ſed ex cauſis aliunde accidentibus poteſt etiã paruulis inæqualiter gratia contribui, quia baptiſm' operatur ex merito paſſionis Chriſti. Sine dubio autem Chriſtus uoluit meritum ſuæ paſſionis & mortis ualidius & fortius operari in electis q̃ reprobis, qua de re uide in feſto ſancti Nicolai. In adultis uero baptiſmus actualia tollit peccata, atq; eo nõ indigent paruuli. Ex adultis quoq; ſi unus cum maiori tum contritione, tum deuotione, tum uehementi ardore ſe præparat ad baptiſmum q̃ alius, eo ampliorem quoq; gratiam eſt recepturus. Sequitur inde q̃ impie & contra omnem rationem dixerit Lutherus, baptizatum adeo eſſe locupletem & hubertim diuitem, ut etiam uolens nõ poſſit beatitudinẽ amittere quibuſcunq; tãdem peccatis, dummodo credat uerbis & promiſſioni diuinæ in baptiſmo. Nam & Lutherus in eadem cum damnatis omnibus eſt naui erroris, ſentiens omĩa alia peccata in momento abſorberi in fide quæ habetur de uerbo dei, eo q; nullum peccatum damnare hominem poſſit, præter in-

Operatiõ baptiſmi inæqualis.

Tomo. 2.

De capti. Babylo.

Error Lutheri peſſi. fidelitatem. O crudelitatem, ô inſigne truculentiſſimi iſtius animicidæ carnificinam. Aut quur tandem dixerit dñs, ſi uis ingredi ad uitam, ſerua mandata?

Matt. 19. Quid ſibi uoluerit Paulus, dicens: Modicum fermēti totam maſſam corrumpit: Manifeſta ſunt enim

Gal. 5. opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, iræ, rixæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes & ijs ſimilia, quæ prædico uobis ſicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnū dei non conſequentur. Ita & ſapiens ait: Via peccan

Eccle. 21. tium complantata lapidibus, & in finem illorum inferi & tenebræ & pœnæ. Ita Ezechiel quoq;, ſi auer-

Ezec. 18. terit, inquit, ſe iuſtus à iuſtitia ſua, omnes iuſtitię eius quas fecerat, non recordabuntur. Et impius iſte atque adeo Siculis tyrannis omnibus immanior Lutherus, affirmare audet, omnia etiā peccata nihil nocere, modò quis credat. Errori huic omnes utriuſq; teſtamenti ſcripturę per diametrum aduerſantur. Sa

Prou. 6. piens inquit de homine peccatore: Morietur, quia non habuit diſciplinam. non de fide tantum loquitur, quot enim Chriſtianorum milia damnantur, nihil iuuante eos baptiſmo? Diabolicum autem erroris huius inuentum eſt, ipſiq; adeo dæmones uirus iſtius hæreſis per Lutherum euomuerunt, in detrimentum pœnitentiæ, confeſſionis, ſatisfactionis, aliorumq; operum bonorum, quę ipſe erat aboliturus in hoc, ut plurium hominum procuraret damnationem. Verum hæc infra in ſacramento pœnitentiæ. Veri autem Chriſtiani non ita ſcelerate uiuent, aliâs & hic capitali ſupplicio, & illic æternis deputarentur incendijs. Intuentur hi potius exemplar & archetypum ſuum Chriſtum dominum, qui ſtatim à ba-

ptiſmo ductus eſt in deſertũ,& ieiunauit ibi quadra- Mat. 4.
ginta diebus.ſine dubio etiam orauit, tentatusq́ à di
abolo in tribus peccatis, uictor ipſe pſtitit:ita & nos
decet reſiſtere diabolo. quanuis enim per baptiſmũ
facti ſumus filij dei,attamen pater filium male uiuen
tem & inobedientem exhæredare pōteſt: unde &
Paulus ait,filij dei ſumus,quod ſi filij,& hæredes,hę- Rom. 8.
redes quidem dei,cohęredes autem Chriſti,ſi modo
compatimur,ut & glorificemur:quapropter in alio
quoq́ loco dicit, nemo coronabitur, niſi qui legiti- 2. Timo. 2.
me certauerit.Itaq́ & hæc ad ueræ pietatis perfecti-
onem attinent,bene uiuere, abſtinere, & pati, man-
data dei ſeruare.nam ſi quis diligit me, ait Chriſtus,
mandata mea ſeruabit.Apoſtolos quoq́ dum able-
garet in uniuerſum orbem,non tantum iuſſit prædi-
care fidem,quod Lutherus facit, ſed addidit de man
datis,docere eos ſeruare omnia quæ præcepi uobis.
Quod qui fecerit,& hic gratiam & illic gloriam poſ
ſidebit æternam. Amen.

HOMILIA XIIII. DE SOlennitate,quæ ante baptiſmum adhiberi ſolet.

Euntes docete omẽs gentes. Matthæi ulti.

CVm ſatis hactenus,dilectiſſimi in Chriſto fratres, dictum à nobis ſit, quidnam baptiſmus
exiſtat,quæ illius materia,quæ forma,qui miniſter,quis etiam debeat baptizari,& quid operetur
baptiſmus:proximum eſt,ut de baptiſmi uſu diſſeramus, quomodo ille in eccleſia cũ feſtiua ſolennitate
peragatur: in caſu enim neceſſitatis,quum accelera
tur baptiſmus in priuato, ſolennitates illæ non ſer-

uantur, quas nunc non eo quidem recenſibimus, q̃ſi neſciatis id quod in eccleſia dei coram oculis ueſtris quotidie conſpicitis, ſed ut occaſionem habeamus docendi, illam quoq; ſolennitatẽ ab eccleſia inſtitutam, in ſacris literis eſſe fundatam, neq; probabilibus carere rationibus: & ut uos attentius cõſideretis deinceps quidnam hic agatur, atq; cum totius eccleſiæ cõgratulatione celebretur.

Ceremoniæ baptiſ.

Principio quum paruulus aliquis ad fores templi defertur baptizandus, interrogari ſolet, maſculus ne ſit an fœmella, quoniam orationes & benedictiones omnes quæ dehinc adhibentur, iuxta differentiam ſexus debent uariari, idq; ex uera ratione, nam & maledictio illa non ſine diſcrimine lata eſt ſuper Adamũ & Euam. mulieri enim dixit deus: Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos: in dolore paries filios, & ſub uiri poteſtate eris. Adæ uero dixit, Maledicta terra in opere tuo, in ſudore uultus tui ueſceris pane tuo &c. Itaque hęc ſcire debet ſacerdos de ſexu, quanuis in quibuſdam eccleſiis non obſeruetur eo quod ex iis quæ deinceps quæruntur, & hoc colligi poteſt, ut quum de nomine quærit, facile etiam de ſexu certior eſſe poteſt. Et hæc altera quidem de nomine interrogatio, iam inde à temporib⁹ apoſtolorũ in uſu habita eſt. ſiquidẽ Dionyſius Pauli diſcipulus, ſolẽnem baptizandi formulam ab apoſtolis uſurpatam ad longum deſcribit. inter alia ait, ſacerdotes etiam adſcribere ſolitos fuiſſe nomen baptizandi & patrini ſimul. Id inde in continuo uſu remanſiſſe, certum eſt ex concilio Chartaginenſi, ubi ſic habetur: Baptizandi nomẽ ſuum dent, & diu ſub abſtinentia uini & carnium, ac manus impoſitione,

Gen. 3.

De eccleſ. hierar. c. 2. Par. 2.

Concil 4. can. 85.

crebra examinatione baptiſmum percipiant. ratio illius eſt, quod electos deus cognoſcit ex nomine. uide Tom.2. Hoc fiebat olim in ſolẽni ſcrutinio catechumenorum, quod habebatur feria quarta poſt dñicam lętare.

2. Quærit poſtea ſacerdos, an paruulus non antea ſit baptizatus, ne forte rebaptizetur, quod peccatum grande foret, & per hoc ſacerdos officio ſacerdotali per omnem uitam ſuam priuaretur, ſicut in multis concilijs Græcæ & latinę eccleſiæ etiam trãſmarinis eſt concluſum, ut in concilio Carthaginen. Romæ ſub papa Syricio & Innocẽtio, in quinto concilio Conſtantinopolitano, & alijs multis. Quomodo autẽ ſe gerere debeat ſacerdos, ſi paruulus ſit antea baptizatus, ſub finem dicturi ſumus.

3. Duo quædam ſunt præcipua quę ad huius ſacramenti faciunt ſolennitatem, catechiſmus, & exorciſmus, hoc eſt, inſtitutio & adiuratio ſpiritus immũdi. Commiſcentur quidem ambo hæc inter ſe, & ijs adhibetur tertium, quod eſt oratio, & uniuerſus reliquus ornatus qui huic ſolennitati adhibetur, ſicut dicturi ſumus deinceps. Tantum hic de duobus prioribus dicemus. quanuis enim neochriſtiani utuntur aliquot partibus huius ſolennitatis ab eccleſia mutatis, multa tamen intermittunt, pro diuerſitate ſingularum ſectarum, & furore quo quiſque circa ſuæ hæreſis defenſionem eſt correptus. Primum ergo catechiſmus, hoc eſt, inſtitutio fidei ante baptiſmũ, fundatur in uerbis Chriſti, in uſu apoſtolorum & martyrum, atque uniuerſalis eccleſiæ uſque in hodiernũ diem. ita enim Chriſtus: Ite, inquit ad apoſtolos, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpirituſſancti. Ecce prius docere opor

Hugo li.2 de ſacra.

Catechiſ.

Mat.28.

ter quàm baptizetur. Id adeo Petrus ſtatim obſeruauit in die pentecoſtes, quando poſt prædicationem, deniq; baptizauit tria millia hominũ. Vſus hoc more eſt & Philippus diaconus cum eunucho Candacis reginæ, quem prius in fide erudiuit, & tãdiu quidem, donec ipſe baptiſmum appetens, aquam monſtraret, ne quid impediret baptiſmũ. forma hęc multum neceſſaria fuit in primitiua eccleſia, quando fere adultiores & rationis iam capaces baptizabãtur, dummodo baptiſmus uoluntarie ab eis & citra coactionem recipiebatur. Et ob hãc catechizationem in primitiua eccleſia quicunq; baptizandus erat, aliquo indigebat qui eum reciperet, & pro ipſo in baptiſmo reſpõderet, atq; is ſuſceptor ſiue anadochus apud Dionyſium dicebatur, qui nobis eſt patrinus, quia quum patrem habent ſacerdotem, pater baptizandi efficitur. Aliquãto enim tempore ante baptiſmum oportebat eum articulos fidei addiſcere, qua de re Auguſtinus peculiarem inſcripſit libellum, de catechizandis rudibus, ad quendam qui dicebatur, Deogratias. Obijcies, Catechiſmum hunc facile admitto in ijs erudiendis, qui intellectum habent & rationis uſu non carent, accipientes quæ dicuntur. ſed quid hæc ad paruulos & infantes, non intelligentes hanc inſtitutionem, unde & catabaptiſtę catechiſmũ illum paruulorum derident? Audi ad hoc, quia quãuis paruulus hæc non capit, eccleſia tamen eum in uſu retinuit ex multis cauſis. Primum, quoniam ex eo quòd iam plenitudo gẽtium intrauit, & illorum quoque ethnicorum filij abalienandi non ſunt ab eccleſia, decuit ob unitatem fidei, ut eadem baptizandi ratio in paruulis obſeruaretur & adultis, quoni-

Actu. 2.
Actu. 8.
Auguſti.
Paruuli catechizãdi.
Ephe. 4.

am omnino non uiſum eſt conſultum eccleſiæ,cum paruulis differre uſque ad annos perfectæ rationis, ne morte præuenti ante baptiſmum damnarentur, quia dominus unus eſt,unus deus, & bapiſma unũ. Rationes catechiſmi.

2. Conſulte etiam eccleſia medicinam ſalutis eò direxit,ut ſicut paruuli per alienam tranſgreſſionem incurrerunt peccatum, ita per aliorum cõfeſſionem redirent in gratiam per baptiſmum.

3. Ad hæc, quando tam utile ſacramentum eſt baptiſmus,ad illius quoque ſolennitatem non parũ facit ipſe catechiſmus.

4. Inſuper & ad hoc prodeſt,ut patrini queant paruulis baptiſmi ſui exhibere teſtimonium: & ſi huiuſmodi baptizatus in infantia neminem forte haberet, qui eum deinde erudiret in fide, ut patrini ſui admoneantur officij, & ſciant quidnam docere illum debeant. Audi & hic Dionyſium ſic dicentem: Iſtud quum pijſſimis ducibus noſtris in mentem ueniſſet,uiſum eſt admittere infantes hoc modo,ut naturales oblati paruuli parentes, puerum uni ex fidelibus tradant præclaro diuinarum rerum magiſtro, ſub quo iam puer ſit, quaſi ſub patre diuino, ſanctæq; ſalutis alumno. Hunc itaque præſul ſpondentem,puerum iuxta ſanctam educaturum uitam, requirit ut abrenunciationẽ profiteatur,fidemq; conſiteatur,non(ut illi ridentes aiunt)alium pro alio imbuit ſacris:neque hoc ille ait,ego pro puero abrenũciationem facio,aut fidei ſacramenta profiteor, ſed ita puer renũciat & profitetur,id eſt,ſpondeo puerũ inducturum quum ad ſanam intelligẽtiam uenerit, ſedulis adhortationibus meis, ut abrenunciet con- De eccle. hierar.ca. 2.par.3.

trarijs omnino, profiteaturq́; & peragat diuina quæ pollicetur, poſſetq́; hæc quinta ratio eſſe pro defendendo catechiſmo, ut ſic paruulus ubi uenerit ad annos ſuæ rationis, religionem Chriſtianam diligentius ſimul & deuotius cumq́; maiori reuerentia ſuſciperet addiſcendam atq; confitendam: iam tum intelligens ſuo loco id ſpopondiſſe ſuſceptorem ſuum olim, idq́; ad animæ ſuæ ſalutem.

Exorciſmus. 5. Alterum quod in baptiſmo præcipuum ſit, diximus eſſe exorciſmum, ipſam ſcilicet diaboli adiurationem, ne ille poteſtate ſua fretus, baptiſmum paruuli impediat. Et quanuis hoc ex neochriſtianis alij utantur, alij non, attamen ſacrarum literarum teſtimonijs hunc quoq; comprobabimus hic in cõmuni & uniuerſaliter quidem, deinde autem ſpecialiter in qualibet forma: cõſtat enim uel Petro teſte, ꝙ aduerſarius iſte noſter ſicut leo rugiens circuit, quærẽs quem deuoret. (1 Pet. 5.) Is ergo propter peccatum parentum primorum poteſtatem accepit in hominem, atq; ſuper omnia illa quæ in uſum ueniunt hominis. (uide homilias de dedicatione.) Sic itaq; quũ nulla ſit conuentio Chriſti & Belial, (Tom. 3. 2. Cor. 6.) quicquid in obſequiũ & cultum diuinum impendi debet, id antea exorcizetur oportet. Paruuli quoque quum per baptiſmum ueluti dedicentur & conſecrentur deo, ſicq́; filij fiant lucis, operæprecium eſt uel per coniurationẽ ab ijs expelli aduerſarij poteſtatem. Id ita eſſe, non humanitus inuentum, ſed à Chriſto inſtitutum, en utrunque tibi euangeliſtam Matthæum & Lucam, (Mat. 10. Luc. 9.) qui narrãt poteſtatẽ hãc exorcizandi Chriſtum tradidiſſe apoſtolis. idem & in die aſcenſionis dixit: (Mar. 16.) Signa eos qui crediderint, hæc ſequentur: In nomine meo dæmo-

nia eijcient. Dices autem, id loquutum eſſe dominũ de corporali eiectione dæmonum ab hominibus obſeſſis, non autem de coniuratione ſpirituali: Imò ſi per hanc commiſſionem habuerunt illi poteſtatem ſuper maius, utiq; & ſuper id quod minus erat. Minus autem eſt diabolum hoc modo coniurare, quã eum potenter ab homine obſeſſo eijcere. Habe ſup hac re etiam tibi uerba Gregorij. is ſic inquit: Sancta eccleſia quotidie ſpiritualiter facit, quod tunc per apoſtolos corporaliter faciebat, nã ſacerdotes eius quum per exorciſmi gratiam manum credentibus imponunt, & habitare malignos ſpiritus in eorum mente contradicunt, quid aliud faciunt niſi dæmonia eijciũt? Huncq; adeò morem ſemper fuiſſe in eccleſia, quum ſatis confirment hæc uerba Gregorij, tum uero & ante eum teſtatur id Auguſtinus, dicẽs: Ipſa eccleſiæ ſacramenta, quæ tam priſcæ traditionis autoritate cõcelebrat, ut ea iſti quanuis in paruulis exiſtiment ſimulatorie magis quàm ueraciter fieri, non tamen audeant aperta improbatione reſpuere: ipſa inquam eccleſiæ ſacramenta ſatis indicant, paruulos à partu etiam recentiſſimos, per gratiam Chriſti de diaboli ſeruitio liberari. Excepto enim quod in peccatorum remiſſionem, non fallaci, ſed fideli myſterio baptizantur, etiam in eis prius exorcizatur & exufflatur poteſtas contraria, cui etiam uerbis eorum à quibus portantur, ſe renunciare reſpondent. Ecce quomodo & temporibus Auguſtini in uſu habitum fuit, pueros exorcizare non ſecus quàm hodie fit, imò & temporibus apoſtolorum id ita factũ eſt, ſicut ſtatim ex Dionyſio probauimus. Vnum autem hic præterire non licet, quod etſi in primor-

Mar. ulti.

In homi. aſcenſi. domini.

Lib 2. de pec. orig. con. Pelagia. c. 40.

H

dio eccleſię adhuc quoq; ſolitus eſt in adultis catechi
ſmus exorciſmo præponi, ut docet Hugo de ſacra-
Hugo. mentis, diuerſum tamen obſeruatur in paruulis. pri-
mum enim locum tenet, ut mox dicturi ſumus, exor
ciſmus ipſe: uerum Hugo forſitan loquitur de fidei
Li.2.par.6 informatione ſpecialiter in conuerſione alicuius infi
cap.10. delis, & iam eruditi in fide. Nā in pleriſq; iā diœceſi-
bus mixtim hęc peraguntur, quod ſ. ante & poſt ex-
orciſmum, quædam partes catechiſmi abſoluuntur.

4. Nos hic quædam præuia baptiſmi paucis
percurremus, primum enim ſacerdos quærit, Abre-
Cap.2. nuncias ſathanæ & omnibus operibus eius, & om̄i-
par.2. bus pompis eius? ubi patrini ter reſpondent, Abre-
nuncio. (quibuſdam tamen in locis hoc poſt exorci-
ſmum tādem fieri ſolet) profectumq; id eſt à tempo
ribus apoſtolorum, autore Dionyſio, quum ait: Et
Super A- quum poſt trinam abrenunciationis conteſtatio-
mos.6. nem tertio ſe ille abrenūciare profeſſus fuerit. Affir-
mat hoc ipſum & b. Hieronymus quum dicit, de ba
ptiſmo loquēs: Vnde & in miniſterijs primo renun-
ciamus ei qui in occidēte, nobiſq; moritur cum pec-
catis: & ſic uerſi ad orientem, pactum inimus cum
ſole iuſtitiæ, & ei ſeruituros nos eſſe promittimus.
Mos ba Ad antiquum ibi morem reſpexit, quo baptizandus
ptizandi. primum ſe uertebat ad occidentē, & poſtquam abre
nunciaſſet ſathanæ, uertebatur rurſus ad orientem,
ſicut & Dionyſius teſtatur. eius abrenūciationis me
Amb.ca.2. minit & Ambroſius ſuper epiſt. Pauli ad Coloſſ. &
apertius lib. 1. de ſacramē. ca. 2. ubi dicit, fideles olim
interrogatos in baptiſmo an renunciarent ſathanæ
& operibus eius, deinde an etiam mundo & uolu-
ptatib' eius, nos ſecius paulo utimur. Verum interim

hic cõmittere non poſſum,ut non uerba adijciam ſequentia apud Ambroſium,quoniam ea uehementer quemlibet Chriſtianum admonent pactiſui atq; promiſſi. ſic enim ait ille: Memor eſto ſermonis tui, & nũquam tibi excidat tuæ ſeries cautionis:ſi chirographum homini dederis, teneris obnoxius: ut pecuniam eius acceperis, teneris aſtrictus:& reluctãtem te fœnerator aſtringit, atq; illic tua cautione conuinceris:ubi ergo promiſeris conſidera,& quibus promiſeris: Leuitam (quia illi tunc exorcizabant, iam autem omnia facit presbyter) uidiſti, ſed miniſter eſt Chriſtus, ergo chirographum tuum tenetur non in terra, ſed in cælo. Meminit eiuſdem renunciationis & beatus Auguſtinus,dicẽs:Si adiutorium noſtrum in nomine domini eſt,renunciemus diabolo,pompis & angelis eius. Videte dilectiſſimi,quia hanc per ſectionem ueſtram in curiam profertis angelicam: nomina profitentium in libro excipiuntur uitæ. Li.1.de ſymbolo cap.1.

Poſſent iſtiuſmodi complures loci adduci ex Hieronymo, Ambroſio, Auguſtino, Beda & alijs, ſed breuitatis ſtudio ſuperſedebimus illis,tu uide Hugonem,& longe pulcherrimum ſuper hac re locũ apud D.Chryſoſ.tomo 4.homil.21.cui titul' eſt,Catecheſis ad illuminandos,&c.ubi monet uerbum hoc cuilibet Chriſtiano ſemper habendum in ore & præ oculis: Abrenuncio tibi ſathana, & coniungor tibi Chriſte,nec unquam abſq; hac uoce exeas.Oremus dominum deum &c. Chry.

HOMILIA XV. DE RELIquis ſolennitatibus ante baptiſmum.

Quum ſanctificatus fuero in uobis, effundã ſuper uos aquam mundam.
Ezechi. XXXVI.

ETſi baptiſmi ſacramẽtum à CHRISTO domino ad animarum purgatiõem eſt inſtitutum, ille tamẽ per magiſterium ſpiritusſancti ipſosq; apoſtolos, multas p̃clara ſolennitates ante baptiſmum uſurpari ſolitas inſtituit: quibus ipſam baptiſmi dignitatem oſtendere nobis uoluit, quod tã ſolenni apparatu & præparatiõe ſuſcipitur, ita ut ferè homines ante eius ſuſceptionem aliquatenus ſanctificentur, nondum ſuper eos effuſa aqua baptiſmi, iuxta illud propheticũ: Quum ſanctificatus fuero in uobis, effundam ſuper uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamẽtis ueſtris. Superiori autem homilia duo præcipua excuſſimus, quæ ante baptiſmum adhibẽtur, catechiſmum & exorciſmum: ut autem plus afficiantur homines circa hoc uenerabile ſacramentum, animũ induxi, omnes ſolennitates & cæremonias ibi obſeruatas euoluere, hactenus quoq; dictum eſt, quõ baptizandus ſiue ſuſceptor abrenunciet diabolo: nunc porro progrediamur. 1. Ter exufflat ſacerdos in puerum, & ait: Exi immunde ſpiritus ab hac creatura dei, & da locum aduenienti ſpiritui ſancto paraclito. Exufflatio iſta iam inde à temporibus apoſtolorum remanſit in eccleſia uſq; in hodiernum diem, niſi quod in primitiua eccleſia ipſe qui baptizabatur, etiam exufflabat, ſicut teſtatur Dionyſius, quũ ait: Deinde occidentem uerſus baptizandum ſtatuens, intendentem ac manus impingentem ad eandem regionem, con

Ezech. 36 — Exufflatio — Ubi ſupra.

uerſas, inſufflare illum ter ſathanam iubet, ac præterea abrenunciationẽ profiteri. Ita & Auguſtinus inquit: pueri exorcizãtur & exufflantur, Chriſtus quoque exufflauit in apoſtolos, quando contulit eis ſpiritum ſanctum. De ſym. Lib. 1. ca. 1 Ioh 20.

2. Deinde conſignat ſacerdos paruulum in fronte & pectore ſigno crucis, dicens: Signum ſanctæ crucis domini noſtri Ieſu Chriſti in frontem pono, ſignũ ſaluatoris domini noſtri Ieſu Chriſti in pectus tuum pono. Meminit eius rei & B. Auguſtinus in quodam ſermone in hęc uerba: Denique ne dubitares nec erubeſceres, quando primum credidiſti, ſignum Chriſti in fronte tanquam in domo pudoris accepiſti. recole frontem tuam, ne ſigna expaueſcas aliena. ſic nimirum ipſi Iudæorum quoque poſtes ſignabantur in Aegypto, ne angelus percuſſor ingrederetur in ædes, ſicut pulchre inducit Auguſtinus cõtra Fauſtum & ait: Sanguine illinuntur poſtes, ut pernicies depellatur: ſignantur ſigno dominicæ paſſionis in frontibus populi ad tutelam ſalutis. & rurſus ſuper Iohannem: Ad hoc, inquit, ipſe dominus crucem ſuam, ubi eum dementia ſuperbæ impietatis irriſit, in eorum qui in illum crederent front bus fixit, ubi eſt quodammodo ſedes uerecundiæ, ut de nomine eius fides non erubeſcat, & magis dei gratiam quàm hominum diligat. Vide eũdem ſuper Pſalm. 141. & Dionyſium ſimiliter. Poſt hæc ſacerdos manum imponit ſuper caput paruuli & orat, dicens: Omnipotens ſempiterne deus, pater domini noſtri Ieſu Chriſti, reſpicere dignare ſuper hunc famulum tuum, quem ad rudimenta fidei uocare dignatus es: omnem cæcitatem cordis ab eo expelle, dirumpe omnes laque-

[Margin notes: e poſte de conſe. diſt. 4 — Ser. 1. par. 2. — Crux. — Li. 12 c. 30 — Tra 53. in fine. — Oratio.]

os ſathanæ, quibus fuerit alligatus: aperi ei domine ianuam pietatis tuæ, ut ſigno ſapientiæ tuæ imbutus, omniū cupiditatum fœtoribus careat, & ad ſuauem odorem præceptorum tuorum lætus tibi in eccleſia tua deſeruiat, & proficiat de die in diē, ut idoneus efficiatur accedere ad gratiam baptiſmi tui percepta medicina, per Chriſtū dominū noſtrū, Amen.

Sal. 3. Salem quoq; acceptum ſacerdos dehinc imponit in os paruuli, & ait: Accipe ſalem ſapientiæ, ut habeas uitam æternam. pax tibi. Oremus, Deus patrum noſtrorū, deus uniuerſæ conditor creaturæ, te ſupplices exoramus, ut hunc famulum tuum reſpicere digneris propicius, ut hoc primum pabulum ſalis guſtantem, non diutius eſurire permittas, quo minus cibo repleatur cæleſti, quatenus ſit ſpiritu domini feruens, ſpe gaudens, nomini tuo ſemper deſeruiens. perduc eum domine ad nouæ regenerationis lauacrum, ut cum fidelibus tuis promiſſionū tuarum æterna præmia conſequi mereatur, per Chriſtum dominum noſtrum, amen. Hæc iuxta cuiuſlibet diœceſis conſuetudinem obſeruantur, cum diſcrimine collectarum ſuper maſculos & fœmellas. Verum id irrident neochriſtiani. quanuis enim quidam utantur ſigno crucis in fronte & pectore, ſimiliter & abrenunciatione illa triplici, exorciſmo & euangelio, perſuaderi tamen nolunt ut ſalis uſum recipiant. Atqui nos illum etiam ſacris literis eſſe cōſonum monſtrabimus, atq; á temporibus apoſtolorum ad nos profectum: ſiquidem ſal peculiarem quoq; & myſticam habet ſignificationem, ſicut legimus in leuitico: Quicquid obtuleris ſacrificij, ſale condies, nec auferes ſal fœderis dei tui de ſacrificio tuo. in omni oblatione offeres ſal. Ecce q̄d deus hic appellat ſal fœ-

Collecta. (margin)

Sal in baptiſmo. (margin)

Leuit. 2. (margin)

deris, ipſumq́ adeo uoluit habere in omnibus ſacrifi cijs. Vnde ait Beda ſup lib. Regū & habetur de conſ. diſt. 4. ſal. Sal cœleſtis ſapientiæ q̄ initiātur catechumeni, in cunctis operum noſtrorum ſacrificijs iubemur offerre. Rabanus etiam exponit hoc de ſacerdotibus & omnibus eccleſiaſticis, qui ſapientiam habere debent apoſtolicam, quoniā præcipue hoc deus dedit ſacerdotibus ſignum, ſicut legere eſt in Numeris, quia fœdus ſalis ſempiternū eſt coram domino tibi & filijs tuis. Eò reſpexit dominus quoq; quū ait ad diſcipulos ſuos: Vos eſtis ſal terræ, ita enim & Origenes intellexit, ſuper Ezechielē dicēs: Attendite catechumeni, audite, & ex ijs quæ dicuntur, præparate uoſmetipſos dum catechumeni eſtis, dum nec dum baptizati eſtis, & ueniatis ad lauacrum, & lauemini in ſalutem. Simon magus non fuit lotus in ſalutem. De Hieruſalem inquit, neq; ſale ſalita. Et hoc crimen eſt Hieruſalem, quia non fuerat digna ſale dei. Ego ſi credidero domino meo Ieſu Chriſto, ipſe me ſal faciet, dicetq; mihi, uos eſtis ſal terræ. Pie etiam credendum eſt, quòd quando in primitiua eccleſia baptizabant adulti, ſal conſecratum eis in os ponebatur: ut ſic admonerentur, quatenus ſi inter gentes cōuerſarentur, modeſti ſimul & honeſti eſſent in ſermone. Atq; in ci⁹ rei argumentū rex Artaxerxes iuſſit, ut præfecti ſalem impenderent in cultum dei citra menſuram. Typice quoque ideo Dauid percuſſit Idumæos in ualle ſalis. Quicunque enim ſalem habent ſapientiæ dei, illi etiam profligant & percutiunt hoſtem ſuum diabolum. Idcirco & CHRISTVS dixit diſcipulis ſuis: Habete in uobis ſal, & pacem habete inter uos, bonum enim eſt ſal. Atque

Super Nume. 18
Num. 18.
Matt. 5.
Homil. 6.
Actu. 8.
Ezech. 16.
1. Eſd. 7.
2. Reg. 8.
Mar. 9.
Luc. 14.

Coloſ.4. hoc eſt quod Paulus neophytis ſcribit, ſermo ueſter ſemper in gratia ſale ſit cōditus, ut ſciatis quō oporteat uos unicuiq; reſpondere. Omnia hæc pulchre explicat Rabanus quoq; de inſtitutione clericorum, & ait: Tunc datur baptizato ſal benedictū in os, ut per ſal typicum ſale conditus, fœtore careat iniquitatis, ne à uermibus peccatorum ultra putreſiat, ſed magis illæſus ſeruetur ad maiorem gratiam percipiendam. Ratio autem conſecrandi ſalis, eadem eſt cum aqua benedicta, quam ſupra adſignauimus, & habet ſane uerba pietate & deuotione plena. q̄d enim magis afficeret pias hominum mentes, quàm quod dicit ſacerdos, Exorcizo te creatura ſalis in nomine dei patris omnipotentis, & in charitate domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ueritate ſpirit⁹ ſancti. Exorcizo te per deum uiuum, per deum uerum, per deum qui te ad tutelam humani generis procreauit &c. ut habetur in obſequiali.

e. ex hinc de con. diſt. 4.

3. Quum iam ſacerdos ei quem baptizandū ſuſcepit, ſal ſacratum dedit, & collectas perorauit, rurſus exorcizare incipit & ait: Ergo maledicte diabole recognoſce ſententiam tuam, & da honorem deo uiuo & uero, da honorem Ieſu Chriſto filio eius & ſpirituiſancto paraclito, & recede ab hoc famulo dei, quia iſtū ſibi dominus noſter Ieſus Chriſt⁹ ad ſuam gratiam, benedictionem, fontemq́; baptiſmatis uocare dignatus eſt: & hoc ſignum ſanctæ crucis, quod nos damus fronti eius, tu maledicte diabole nunquam audeas uiolare &c. Exorciſmum hunc deinde conficit cum 4. aliis deuotis precationibus.

Homi. 29. die aſcen. Neq; tacuit hoc Gregorius, ſed ait: In die baptiſmatis omnibus nos antiqui hoſtis operibus atq; omni-

bus pompis abrenũciare promiſimus. nam ſacerdotes quum per exorciſmi gratiam manum credentibus imponunt, quid aliud faciunt quàm quod dæmonia eijciunt?

Similiter & Rabanus quum de ſale dixiſſet, ſubdit: Dehinc iterũ exorcizatur, ut diabolus ſuam nequitiam agnoſcens, iuſtum per ſe dei iudiciũ timens, recedat ab homine, nec iam contendat eum arte ſua ſubuertere, ne baptiſmum cõſequatur: ſed magis honorem creatori ſuo exhibens, reddat opus deo factori ſuo. Poſtea legitur euangelium Matthæi de paruulis, & orari ſolet oratio dominica, & ſalutatio angelica cum ſymbolo apoſtolorum, atq; oratione concludit exorciſmum. Id adeo à temporibus quoq; deductum eſt apoſtolorum, ſiquidẽ & Dionyſius meminit, quomodo epiſcopus cum omnibus quotquot adſunt oret, & paruulo manus ſup caput imponat. *C. de hinc de conſe. diſt. 4.* *Mat. 19.* *Dionyſi⁹.*

4. Sequuntur hinc aliæ cæremoniæ perinde piæ, quas ueteres Chriſtiani ante mille & ducẽtos annos apertionis nomine appellabant: atq; hoc ita eſſe manifeſte probat Ambroſius. quum ait: Quid egimus ſabbatho? nempe apertionem, quę myſteria celebrata ſunt apertionis, quando tibi aures tetigit ſacerdos & nares, quod ſignificauit dñs noſter Ieſus Chriſtus in euangelio, quum ei eſſet oblatus mutus & ſurdus, & tetigit aures eius & os eius, & ait: Epheta, quod hebraicum uerbum eſt, & latine dicitur, adaperire. Eodem plane ordine narrat hoc Marcus, quomodo adductum ſibi ſurdum & mutum apprehẽdens dñs de turba ſeorſum, miſit digitos ſuos in auriculas ei⁹: & expuens, tetigit linguam eius: & ſuſpiciens in cælũ, ingemuit, & ait illi: Epheta, q̃d eſt, adaperire, &c. *Apertio.* *li. 1. ſacra. cap. 1.* *Marc. 7.*

Ex hoc nimirum facto Chriſti & ex ſpiritusancto didicit eccleſia ad concludendum exorciſmum, hūc ipſum apertionis morem: nā in quibuſdam locis ſacerdos pollicem ſputo ſuo intingit, ſicut Chriſtus
Mar.7. apud Marcum feciſſe legitur. Alibi uideas pollicē ali-
Iohan. 9. quantiſper luto illiniri, quod etiam à domino ſumptum eſt: qui expuens in terram, facto luto è ſputo, liniuit oculos cæci: dehinc ſacerdos crucis figuram ſignat in auricula dextra paruuli, dicēs: Ephtta, quod eſt, adaperire ad nares, in odorē ſuauitatis . Aliqui tangunt etiam linguam: Tu autem effugare di
Ambro. abole. Ex Ambroſio liquet, hoc ſuo tempore non eſſe uſurpatum: os enim, inquit, non tangit epiſcopus, ſed nares propter gratiam operis & muneris.

Cōſtat ergo ex ſuperioribus uerbis Ambroſii, cæremonias illas eſſe in euangelio fundatas, puta quibus Chriſtus etiam ipſe eſt uſus. Vt autem deuotio hominum qui baptiſmo aſtant, recolat, quid iis ſibi
De inſti. clericor. c. poſtea de cōſ. diſt. 4. uelit eccleſia, age & hoc libet adiicere. ait enim Rabanus: Hoc ſacramentum hic agitur, ut per ſaliuam typicam & ſacerdotis tactum ſapientia & uirtus diuina ſalutem eiuſdem catechumeni operetur, ut aperiantur ei nares ad percipiēdum odorem notitię dei, ut aperiantur ei aures ad audiendum mādata dei, ut aperiantur ei ſenſus intimo corde, ad reſpondēdum ſacerdoti inquirēti de articulis fidei Chriſtianæ. Guilielmus Durandus plures afferr rationes & expoſitiones, ſimiliter & Ambroſius, q dicit: Aperite aures, & bonum odorem uitæ æternæ, inhalatū uobis munere ſacramentorum, capite. Sed hæc ſufficiant, oremus iam dominum deū, ut ipſe quoque per gratiam
De myſte. initi. ca. 4. ſuam aperire dignetur oculos noſtros, aures quoq;

& nares, corda, animos ſimul aſcenſus, quatenus ſic diuinã ipſius cognoſcamus uolũtatẽ, bonitatẽ etiam eius addiſcamus & miſericordiã, gratiã, gloriã & maieſtatẽ, ut ita hic in illius uiuamus obediẽtia, quo tandem poſt hanc uitam illa potiamur æterna. Amen.

HOMILIA DECIMASEXTA DE BAPTIZATIONE IN SE.

Euntes docete omnes gẽtes, baptizantes eos. Matthæi ulti.

IAm olim in ueteri quoq; teſtamento deus nõ eſſentialia tãtum in lege, ſed & cæremonias omnes proprie admodum expreſſit, tum in ſacrificiis, tum in uaſis templi, à maximo uſq; ad minimũ, tum & in miniſtris templi & ueſtitu &c. In nouo autem teſtamento non perinde reuelata ſunt omnia in euangelio, in hoc ut impleretur propheria de ſcribẽda lege illa in cordibus hominum, præter id quod Chriſtus ipſe promiſit eccleſiæ magiſtrum, qui eam dirigeret & induceret in omnem ueritatem. Vnde facile colligere poteſtis, quur quum baptiſmus in euangelio ſit comprehenſus, parum tamen cæremoniarum quæ circa eum exhibentur, ibidem contineatur. ſiquidem principes eccleſiæ apoſtoli & eorum ſucceſſores, inſtituerunt eos ex inſtinctu ſpiritusſancti, ſicuti primi concilij Hieroſolymitani concluſio teſtatur, quæ ſic habet: Viſum eſt ſpirituiſancto & nobis. Reliquas igitur cæremonias nunc quoq; excutiamus. Hier. 31. Johan. 14. Actu. 15.

1. Peracto iam demum exorciſmo, paruulus in templum defertur ad baptiſteriũ, ubi & patrini comparent, q pro illo reſpondeant. Quondam ubi adulti baptizabant, ipſi reſpondebant ſacerdoti, & licet an-

Energumeni. tea dicerentur energumeni, tunc tamen eo nomine amplius nõ appellabantur. Quatuor enim nomina habebant, quia dicebantur energumeni priuſquam exorcizarentur, poſt exorciſmum quum iam ad baptiſterium perueniſſent, appellabantur competẽtes, quia in uigilia paſchæ uel pẽtecoſtes gratiam dei per baptiſmum petierunt. Tertio catechumeni uocabantur, qui iam in fide eruditi, nondum eſſent baptizati: neophyti autem dicti ſunt, qui iam Chriſtiani facti, fidem perceperant. Quũ ergo paruulus uenit ad fontem baptiſmi, primum quærit ſacerdos ex patrinis, uelint ne paruulum illum baptizari. (in aliquibus tamen eccleſiis præcedit abrenũciatio) qbus ſe id uelle reſpondentibus, iniungit eis curã & officium, ut ubi deuenerit paruulus ad uſum rationis, doceant eum primordia fidei, orationem dominicam, angelicam ſalutationem, & ſymbolum apoſtolorum. id quoq; ſe facturos profitentur illi, quos inde ſacerdos iubet leuatis ſurſum digitis, loco pueri abrenunciare ſathanæ, & omnibus operibus ſuis, & omnibus pompis eius. ad hæc ſingula ubi reſponderint ſemper, tunc q̃rit an credat in deum patrem omnipotentem. Quo affirmato, procedit ille ad fidẽ de filio & ſpirituſancto habendã, certoq; concipiendam. Et quamuis ſymbolum om̃ibus proponebat adultis & ratione utentibus in primitiua etiam eccleſia, ſicut concilium Bracarenſe 20. dies exprimit ante uigiliam Paſchæ, concilium Agathenſe tantum octo dies nominat, ea tũc eſſet uigilia dominicæ Palmarum. ſic enĩ habet, Placuit nobis, ut in omnibus eccleſiis ad unum præſcriptum diem, ſ. octauum ante feſtum paſchæ, competentibus ſymbolũ prædicetur. Concilium Laodicen-

Competentes.

Auguſt. de fide & operibus. c. 6.

Catechumeni.

Neophyti

De conſe. diſt 4. C. ante.

C. ſymbo. C. nõ liceat.

ſe tres inſtituit ſeptimanas, quibus catechumeni eru direntur in fide, & tandem feria quinta ultimæ ſeptimanæ ſymbolum fidei confiterentur coram epiſcopo: nunc uero ſacerdos fidei articulos etiam infantibus edicit, quorum loco patrini reſpondent, & per patrinos ipſi paruuli ſe credere profitentur. In ſumma, pro certa temporis conditione comperio quoq; cum catechumenis uel feſtinatum eſſe uel dilatū baptiſmum. in concilio enim Agathēſi octimeſtre ſpatium Iudæis conſtitutum erat quo fidē addiſcerent. Gregorius autem ratus nimis id lōgum fore, in regiſtro ſuo ad Fauſtinum ſcribit, ne forte mora hæc longior animos eorū auocaret à profeſſione fidei, ideoq; 40. tantum dies eis præfixit: Quicquid id ſit, omnibus modis oportet precedere ſymbolum, quod apoſtoli conſtituerunt, Hieronymo, Ambroſio & Auguſtino teſtantibus. de ijs omnibus præclare dicit Auguſtinus: Omnia ſacramenta quæ acta ſunt & aguntur in uobis per miniſteriū ſeruorū dei exorciſmis, orationibus, canticis ſpiritualibus, inſufflationibus, cilicio, inclinatione ceruicum, humilitate pedū, hæc omnia eſcæ ſunt quæ uos reficiunt in utero, ut renatos ex baptiſmo hilares uos mater exhibeat Chriſto. accepiſtis & ſymbolum, protectionem parturientis cōtra uenena ſerpentis. De abrenunciatione ſathanæ ſatis iam ſupra diximus ex Dionyſio, Hieronymo, Ambroſ. & Auguſti. id enim fœdus eſt, quod init quilibet Chriſtianus cum Chriſto domino, ſpondens fore ſe hoſtem hoſtis domini ſui, ſicut docet Hieronymus. Atq; hæc abrenunciatio tam manifeſte ex ſacris eſt deſumpta doctoribus, ut non poſſit à q̄cunq; uero Chriſtiano abnegari.

C. Iudæi.

Dilatio baptiſmi.

Mat. 5.
Lib. 4. de ſymbolo.

Matt. 5.

Unctio pueri. 2. Poſt hanc ſathanæ abrenuciationē & Chriſtianæ fidei confeſſionem,ſacerdos paruulum adſumit in læuam manū, deinde pollicem intingit in oleum catechumenorum, iubetq́ paruuli nomen edici, & hinc duas facit cruces,unā in pectore, alteram inter ſcapulas,dicens: Vngo te oleo ſalutis in Chriſto Ieſu domino noſtro. Hic iam quoq́ elaborandū nobis eſt,ut oſtendamus illum ungēdi morem deriuatum eſſe à temporibus apoſtolorum, martyrum & confeſſorum:deinde dicendum nonnihil eſt de myſtica ſignificatiōe:ſiquidē beatus Dionyſius clare docet,ſicut & ab apoſtolis & apoſtolicis uiris didicerat uſum baptiſmi,quomodo ſacerdos adferat oleū unctionis,& quòd epiſcopus ter ungat eum qui baptizandus eſt,bis ante baptiſmum,& ſemel poſtea. Id ita remāſiſſe in eccleſia,teſtatur Origenes ſuper Ezechielem,& Ambroſius quoq́ dicit, Venimus ad fontem,ingreſſus es,conſidera quos uideris, quid loquutus ſis,conſidera,repete diligenter,occurrit tibi Leuita,occurrit presbyter, unctꝰ es quaſi athleta Chriſti, quaſi luctamen huius ſeculi luctaturus, profeſſus es luctaminis tui certamina.Neq́ uero temere morem hūc p ſpiritusſancti inſtinctum ab ipſis ſuſcepit apoſtolis, quoniam & in ueteri teſtamento ſacerdotes ungebantur, ſimiliter & reges, ut Saul & Dauid ter. Iohānes quoq́ in perſona omnium Chriſtianorum ait:Redemiſti nos deo in ſanguine tuo ex omni tribu & lingua & populo & natione,& feciſti nos deo regnum & ſacerdotes. Petrus etiam de Chriſtianis omnibus loquens,inquit: Vos eſtis genus electū,regale ſacerdotium.Quum igitur omnes Chriſtiani in baptiſmo ſpirituales efficiantur reges & ſacerdotes,

Margin notes: Dionyſ⁹. Homi.7. lib.1.de ſacra.c.1. — Unctio pueri. — Exod.24. 1.Reg.1. & 16. — Apoca.5. — 1.Petri.2.

ad id muneris ſpiritualiter etiã eos inungi conuenit.

3. Eandem rationem Ambroſius quoq; propo- nens,dicit: Ideo in barbam Aaron,ut ſias electum ge nus ſacerdotale,precioſum. omnes enim in regnum dei & in ſacerdotiũ ungimur gratia ſpirituali. Quur autem altera inunctio fiat in pectore,altera inter ſca pulas,quanuis idipſum nequeat biblicis ſcripturis ro borari,niſi quia hic mos ab apoſtolis iam inde per manus ſucceſſorum,ita nobis traditus eſt, ſicut illa- rum trium unctionum meminit etiam Auguſtinus, tamen quia rationabiliter ſpirituſſanctus regit eccle- ſiam,poſſunt hic quoq; rationabiles cauſæ adſigna- ri:In pectore ergo inungitur paruulus, qui locus eſt cordis,ideo nimirum, ut uera fides cor ipſius poſſi- deat,& omnes errores euellantur: Inter ſcapulas au tem ungitur, ut fortis efficiatur, & ualide robuſtus ad operandum. ideoq; oleum à pectore ad ſcapulas defertur,quando fides in animo concepta,ipſo quo- que tum uerbo tum opere adimpletur. Rabanus in hunc modum exponit: Vngitur,inquit,pectus illius oleo ſanctificato cum inuocatione ſanctæ trinitatis, ut nullæ reliquiæ latentis inimici in eo reſideant,ſed in fide ſanctæ trinitatis mens eius confortetur:ungi- tur & inter ſcapulas de eodem oleo,ut undiq; muni- atur,& ad bona opera facięda per dei gratiam robo retur. De reliquis unctionibus plura dicentur infra, &cum primis in ultimo ſacramento res hæc per ſa- crarum literarũ teſtimonia hubertim explicabitur.

Li. de myſte. ini. c. 6.

Unct. paruuli.

C. deis de conſecr. diſtinct 4.

4. Poſt hęc rurſus ter ſacerdos interrogat patri- nos,uelint ne paruulũ baptizari, qbus affirmãtibus id ſe uelle,inqrit nomẽ illius:quo expreſſo, ſacerdos hauſtã altera manu aquã ter fundit ſup paruulum,

uel ipſum ter immergit in fontem, ſic dicēs: Ego baptizo te in noīe patris & filij & ſpiritusſancti, Amen. Atq; hic ſolus & unicus eſt baptiſmus ſubſtantialis, uerum ſ. baptiſmi ſacramentum, reliqua oīa ad celebriorem illius ſolennitatem faciunt tantum & ad ipſam diuini nominis gloriam, quando & in baptiſmo trinitas alma operať, atq; ut ſic paruulus à peccatis & ſordibus tenebrarum liberatus, efficiatur filius lucis, ſicut ſupra in homilia quadam dictum eſt de huius ſacramēti effectibus. Hic autem nemini mirum uideatur, quur repetatur quod antea uſurpatū fuit, quia id quoq; à temporibus apoſtolorū ad nos peruenit, ut ſicut antea interrogati erant patrini; ita & apud fontem interrogentur amplius de nomine

Dionyſi⁹. paruuli: id inuenias in ipſo etiā Dionyſio, quòd nomen paruuli & patrini primum adſcribebatur, ſic eñ ait: Quum baptizandum eiusq; ſuſceptorem quiſpiam ſacerdotum ex deſcriptione celſa uoce prædicauerit, ille qdem à ſacerdotibus ſe tenētib⁹ in aquam, ducitur ad pontificis manum: pontifex autem ſupne aſtans, quum rurſus per aquas ſub pontificis manu ſacerdotes eius q initiatur inclamauerint nomen, ter illum pōtifex mergit. ſic enim & ſymbolum bis hic uſurpať, primū prę foribus tēpli inter exorcizandum, deinde apud fontem, ubi inquirit ſacerdos de tribus articulis fidei ad trinitatem perſonarum ſpe-

De myſte. init. cap. 5. ctantibus, ſicut ait Ambroſius: Deſcendiſti, recordare quid reſponderis: quòd credas in patrem, credas in filium, credas in ſpiritumſanctum. Porro fontem baptiſmi, extra ineuitabilis neceſſitatis caſum, oportet eſſe conſecratum, & non quamlibet aquam communem: quoniam etiam moris fuit, ut quandocunq; ba

ptizandus aliquis aduenirer, tunc primum fons conſecrabatur, teſtante id Dionyſio, qui dicit: Ipſe (presbyter uel pontifex) ad optionis matrem proficiſcitur, eiusq; aquas ſancta prece & inuocatione ſanctificans, terq; in eas ad crucis effigiem ſanctiſſimũ fundens unguentum, illasq; hoc ritu perficiens, terq; ad numerum ſacræ effuſionis carmen (quod prophetæ deo pleni diuinitusq; afflati cecinere,) pronuncians, ſemel ſcilicet p ſingulos ſancti unguinis actus. Idẽq; affirmat Ambroſius, & ait: Aqua ſine prædicatione dominicæ crucis, ad nullos uſus futuræ ſalutis eſt. quum autem ſalutaris fuerit crucis myſterio conſecrata, tunc ad uſum ſpiritualis lauacri & ſalutaris poculi temperatur. & alibi forma baptiſmatis & uſus hoc habet, ut antè fons conſecretur, & tunc deſcendat qui baptizandus eſt. primum enim quum ingreditur ſacerdos, exorciſmum abſoluit, deinde ſup aq̃s inuocat deum, mox orat, ut fons benedicatur, & ut aſſiſtat præſentia æternæ & indiuiduæ trinitatis. Atq; eam ob cauſam ſcriptura commemorat, quia ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas: id enim tũc demum intellectum eſt, quando ſpiritusſanctus uiſibiliter apparuit in baptiſmo Chriſti, qui nunc quotidie apparet inuiſibiliter in baptiſmo paruulorum. Idem ſenſit & Cyprianus, uolens aquas prius mundari & purificari debere atq; ſanctificari per ſacerdotem, ut is deinde ſic poſſit cum baptiſmo abluere baptizati peccata. ſed neq; hoc tibi fieri miræ debet: nam quum omnia tabernaculi uaſa olim conſecrabantur, quur nõ & fons baptiſmi, in q̃ homo peccator ab Adam ꝓgenitus, p gratiã dei regeneratᷓ, & p ſpm̃ſanctũ in Chriſto Ieſu & in morte ei⁹, ut ingt Pau. Rom. 6.

[Margin: Dionyſi⁹. — Cõſecratio baptiſmi. — Cap. 4 de myſter. — Li. 1. de ſacram. ca. 5. — Gene. 1. — Cyprian⁹. — Exo. 40.]

Quid quod nec aliquid concludit iſtud quod prę-texunt neochriſtiani, Chriſtum eſſe baptizatum in aqua non cõſecrata, ut ſic nos quoq; oporteat in eiuſmodi aqua baptizari?Si enim ex baptiſmo Chriſti uolẽt exemplum ſibi ſumere, ſtatim obijciemus eis, Chriſtus baptiſmo Iohannis baptizatus eſt, itaq; & uos cogemini tantum baptizare baptiſmo Iohãnis: deinde Chriſtus iam triginta fuit annorum quum baptizaretur, igitur uos quoq; neminem baptizabitis ante trigeſimum annum. Pulchre ergo ait Ambroſius: Chriſtus ante deſcẽdit, ſequutus eſt ſpiritus. Qua ratione? ut non quaſi ipſe egere dominus Ieſus ſanctificationis myſterio uideretur, ſed ſanctificaret ipſe, ſanctificaret & ſpiritus. Alia autem de nobis ratio eſt: qa enim baptiſmus ſanctificat homines, ideo eccleſia illum antea benedicit, ut ibi aſſiſtat uirtus ſpiritusſancti purificans animas ab omni labe peccatorum, ſicut idipſum ſpiritusſanctus docuit apoſtolos, & per eos uniuerſam eccleſiam à temporib' apoſtolorum uſq; ad nos. Deprecemur dominum.

De ſacra. lib. 1. cap. 5

HOMILIA DECIMASEptima de immerſione paruulorum in baptiſmo, de unctione.

Euntes, docete omnes gentes, Matthæi ultimo.

SVperiori homilia dictũ eſt de baptiſmo, quomodo ſacerdos aquã debeat fundere ſuper paruulũ, uel ipſum etiã aquæ immergere. atq; hæc eo longius declarauimus, ut pateat uniuſcuiuſq; eccleſiæ morem eſſe ſeruandum, ut refert Auguſtinus

Ad inquiſ. Ianuar.

Ambroſium reſpondiſſe matri ſuæ Monicæ. Ita hic non refert, ſemel ne an ter immergas paruulum in fontem baptiſmi, ſed cuiuſq; diœceſis ſeruanda interim eſt cõſuetudo, ſicut ſcribit beatus Gregorius cuidam Leandro epiſcopo, de trina immerſione baptiſmatis nihil reſpõderi poteſt uerius, q̃ quod ipſi ſentiſtis, quia in una fide nihil officit eccleſiæ cõſuetudo diuerſa. Id ita licet colligere ex Ambroſio, is em̃ Mediolani filium baptizandum ter immerſit in aquam, quando conſitebatur tres illos articulos de tribus perſonis in ſymbolo, quæ conſuetudo apud nos planè non eſt. Doctores quoq; in ea ſunt ſententia, ut dicant Petrum, quando in die pentecoſtes baptizauit tria millia hominum, & deinde rurſus quinq; millia, non per immerſionem, ſed tantum aſperſiõem aquæ baptizaſſe. Itaq; hęc omnia ideo fuſius tractauimus, quoniam ſingula piam & uere Chriſtianam poſſunt habere intentionem, ſanctamq; ſignificationem, ſicut beatus Gregori⁹ in ſuperiori epiſtola dicit ad Leandrum: Reprehẽſibile nullatenus eſſe poteſt, infantem baptiſmate uel ter uel ſemel immergere, quãdo & in tribus merſionibus perſonarum trinitas, & in una poteſt diuinitatis ſingularitas deſignari. Vſus tñ obtinuit inter apoſtolos & per uniuerſam eccleſiã, ut paruuli ter immergerent, unde & Gregorius ait: Quod tertio mergim⁹, triduanę ſepulturę ſacramenta ſignamus, q̃a in morte Chriſti baptizamur om̃es.

lib. 1. regiſ. cap. 41 ad Leandrũ.
lib. 2. de ſacra. cap. 7.
Actu. 2. 4.
Gregori⁹. Trina immerſio.
Gregorius Roma 6.

2. Fuiſſe autem hanc apoſtolorũ conſuetudinem ut ter immergerent, teſtis ſatis magnus & certus nobis eſt Dionyſius, dicens: Ter illum pontifex mergit, hac trina illius merſiõe & emerſiõe tres beatitudinis diuinæ pſonas inclamans. In canonibus q̃q; apoſto-

Dionyſi⁹.
Cano. 50.

lorum legitur, quomodo ij prohibuerint, ne quis ſiue epiſcopus ſiue ſacerdos ſemel tantum immergat: idq́ʒ tum inde eſſe obſeruandum in eccleſia, ut plurimum, ipſi teſtantur pōtifices, Pelagius, Zacharias & Gregorius. audiuimus idem approbari per Ambroſium, & inuenimus idem apud Hieronymum, qui ſic ait ſuper epiſto. ad Ephe. 4. Eodem modo & in patrem & in filium & in ſpiritumſanctū baptizamur, & ter immergimur, ut trinitatis unum appareat ſacramentum. Meminit huius trinæ immerſionis etiam Auguſtinus in ſermone, ſicut eum allegat Petrus Longobardus, & Gratianus de conſe. diſt. 4. poſt q̄.

C. multi c. [illegible] de conſe. diſtinct. 4.

c. de eodē de cō. diſ. 4

Quur autem nonnullæ eccleſiæ cœperint contra formam apoſtolicam ſemel tantū immergere, rationem ſubinfert Gregorius, & dicit: Sed quia nūc huc uſqʒ ab hæreticis infans in baptiſmate tertio mergebatur, fiendum apud uos eſſe non cenſeo, ne dū merſiones numerant, diuinitatem diuidant, dumq́ʒ quod faciebant faciunt, ſe morem noſtrum uiciſſe gloriantur. Loquitur hic Arrianis, contendentibus, non eſſe unam diuinā eſſentiam in tribus perſonis, quod etiam euiucere conabantur hac trina immerſione. Hoc quoqʒ ex quarto concilio Toletano ſatis probatur, ubi ſic concluſum eſt, propter uitandum ſchiſmatis ſcandalum uel hæretici dogmatis uſum, ſimplam teneamus baptiſmi merſionem: ne uideātur apud nos, qui tertio mergunt, hæreticorum approbare aſſertionem, dum ſequuntur & morem.

Gregori⁹.

Arriani.

Cano. 5.

Confirmantur hæc omnia: nam & ſanctus martyr Cyprianus ſcribit ad Magnū, ſatis eſſe baptiſmi, quando ægroti iam decumbentes in lecto aſperguntur aqua, & ſic baptizantur: idq́ʒ probat per Ezechie-

Ezech. 36.

lem,dicentem: Aſpergam uos aqua munda. In ueteri quoque teſtamento aqua purificationis dici ſolebat aqua aſperſionis, neque ſatisfacit quod quidam ſubterfugere cupientes dicunt Cyprianum loqui de aqua benedicta. Nam ſi quis totam euoluat epiſtolam, is facile animaduertet eum agere de ſacramento baptiſmi: ita enim inter cætera inquit: In ſacramentis ſalutaribus neceſſitate cogente, & deo indulgentiã ſuam largiente, totum credentibus conferunt diuina compendia. & inde, Apparet aſperſionẽ quoque aquę inſtar ſalutaris lauacri obtineri. In ſequẽtibus etiam affirmat huiuſmodi infirmum, ſi cõualeſcat, rebaptizari non debere. Video quidem & Haymonem, ſup Paulum ſic ſcribentem: In ſuo ſenſu abundabat Cyprianus, quando ſemel mergebat in baptiſmate paruulos: quia quod intelligebat, ſtudioſe adimplebat, bonis operibus abundando, licet in hoc facto neſci' delinqueret: ſed q̃a bonis operibus abundabat, poſtea correctus à domino, abundauit altiori ſenſu, ter illos mergendo. (unde hæc Haymo acceperit, fateor me neſcire: quia apud Cyprianum illa non legi, quæ hic ſibi imponuntur) uolens nunc præterco explicare pluribus, quidnam trina hæc immerſio ſibi uelit: nam ut ſupra dictum eſt, triduum ibi ſignificatur ſepulturæ dominicæ. Adultus quoque homo quum baptizatur, à triplici peccatorum genere liberatur: cordis, oris, & operis. Alij ad hęc tria referunt, ad Chriſti mortem, ſepulturam & reſurrectiõnem. Sunt qui etiam immergunt primum capite uerſus orientem, ſecundo uerſus ſeptentrionem, ſicut exponit Richardus. Bonauẽtura aſſerit in Gallia baptizari per aſpſionem, non immerſionem, de quo mihi nõ ſatis con

Cypri. defenſus.

Roma. 14.

Diſt. 3 arg 2. queſt. 4.

ſtat. 5. Baptizato iã paruulo,& è ſacro fonte leuato,ſacerdos ſignum crucis ei facit in fronte cũ ſacro chriſmate,ſic orans:Deus oĩpotens,pater Ieſu Christi domini noſtri,qui te regenerauit ex aqua & ſpiritusſancto,quiq̃ dedit tibi remiſſionem omnium peccatorum,ipſe te liniat chriſmate ſalutis in Chriſto Ieſu domino noſtro,in uitam ęternam. Atq; hęc tertia unctio eſt,de qua ſupra diximus,& ipſa quoq; ab apoſtolis eſt deducta.ſic enim inqt Dionyſius: Rurſus ad pontificem ducunt.ille diuino ac deifico prorſus unguento uirum ſignans,ſacratiſſimæ communionis participem facit. Vnum hoc immutatum eſt, quod temporibus apoſtolorum ante unctionem dabatur ei ueſtis candida, ſicut in quibuſdam locis tres illæ unctiones omnes tandem fiunt ſimul poſt baptiſmum. Quod tamen primo loco diximus, communis tenet eccleſiæ conſuetudo,teſtante id etiam Ambroſio,quum iam trinã deſcripſiſſet immerſionem, ſubdit: Veniſti ad ſacerdotem? qd tibi dixit? Deus, inquit,pater omnipotens,qui te regenerauit ex aqua & ſpiritusſancto, conceſſitq́; tibi peccata tua, ipſe te ungat in uitam æternã. Vide ubi unctus es in uitam æternam:noli hanc uitam illi uitæ anteferre. Quare autem unctio hæc ſupra caput fieri ſolet? reſpondet Ambroſius,Quia ſenſus ſapientis in capite eius,Salomon ait,friget ſapientia ſine gratia. Subſcribit huic ſententiæ & concilium Laodicen. id enim ſic habet: Oportet baptizatos poſt baptiſmum ſacratiſſimum chriſma percipere,& cæleſtis regni participes fieri. Rabanus quoque dicit,poſtquam aſcendit baptizatus de fonte,ſtatim ſignatur à presbytero in cerebro cum ſacro chriſmate,ſequente ſimiliter oratione, ut

Vngitur puer

Dionyſius

Lib.2.de ſacra.ca.7

Lib.2.de ſacra.ca.1.

De inſtitu. clericorũ.

Chriſti regni particeps fiat,& à Chriſto Chriſtianus poſſit uocari. Plura qui deſiderat, uideat Ambroſiũ de myſt. & Hugonem libro ſecundo de ſacramento parte ſexta. Unctio ya ria.

Quęres autem, q fiat, quód ante baptiſmum paruuli oleo, poſtea autem inungantur chriſmate? Reſpondeo, nam primæ unctiones fiunt, ut paratiores ſimus ad audiendam fidem, atq; in cordibus noſtris confirmetur uirtus fidei, nos'q; inde roboremur ad operandum: unctio autem poſt baptiſmũ fit in fronte, ut quiſq; confiteatur libere ſe eſſe Chriſtianum, & rationem fidei ſuæ poſſit reddere omni petenti: ſic'q; quum chriſma à Chriſto nomẽ (ab efficacia rei, non à formatione nominis) habeat, inique fiat, ſi unctionem Chriſti habeat, qui nondum ſit baptizatus, hinc enim Chriſtiani dicimur, quia uncti.

Ex hoc iam fundamento uerũ habes intellectum chriſmatis. eſt enim ſignaculum ſpiritusſancti. & bis eo inungitur quilibet Chriſtianus, ſemel poſt baptiſmum in unctione uerticis: & quanuis olim ſoli epiſcopi habebant poteſtatem adminiſtrandi has duas unctiones, ſanctus Sylueſter tamen attendens Chriſtianorum multitudinem, & quód non ad omnes commode uenire poſſent epiſcopi, ut etiam qui ante confirmationem morerentur, chriſmatis unctionem reciperent, & ſic perfecti efficerentur Chriſtiani, hoc eſt, chriſmate uncti: inſtituit, ut & reliqui clerici & ſacerdotes poſt baptiſmum paruulos hoc chriſmate inungerent, id'q; in uertice, ut ſic etiam ipſi eſſent uncti Chriſti domini. Accedit ĳs ſolidum quoq; ſcripturæ teſtimonium: ſiquidem & apoſtoli bis ſuſceperunt ſpiritumſanctum. Quid igitur obſtat, Iohan. 20. Actu. 1.

quo minus & quilibet Chriſtianus bis accipiat ſigna culum ſpiritusſancti?

Veſtis cā- dida. 4. Vncto iam paruulo cum chriſmate, ſacerdos illi induit ueſtem candidam, cuiuſmodi habitum in primitiua eccleſia baptizati geſtare ſolebant uſq; in

Tuitien. diem octauum. Atq; hinc eſt quod ſabbatum à feſto paſchæ proximum, adhuc dicitur ſabbatum in albis: quoniā tunc omnes in albis ueſtiti ueniebant in tem plum, ibiq; depoſitis illis, accipiebant alias ueſtes. Et hunc quoq; uſum non hodie aut heri eſſe natum, ſed ea conſuetudine fuiſſe uſos etiam apoſtolos, teſtatur

Dionyſi⁹. Dionyſius quum dicit: Poſt baptiſmum ſacerdotes illum ſuſceptori conſignant, & unà cum ipſo illū ueſtem baptizati munditiæ congruam induunt. Dura-

De myſt. cap. 7. uit hic mos à temporib⁹ apoſtolorum uſq; ad Ambroſium, qui idem etiam profitetur & ait: Accepiſti poſt hæc ueſtimenta cādida, ut eſſet indicium, quod exueris inuolucrū peccatorum, indueris innocētiæ caſta uelamina, ſicut & ueſtimenta Chriſti facta ſunt

Matt 28. candida ſicut nix, & angeli quoq; ipſi apparuerunt in

Joh. 20. albis die ſancto paſchæ. Quod omes affirmant euan

Marc. 16. geliſtæ. Veſtis autem illa externa cādida, deſignat baptizatum rurſus eſſe conſequutum primam ſtolam innocentię, iuxta illud Hieronymi: Imponunt ei ueſtimenta ſua, hoc eſt, per ſacramentum baptiſmi rurſus ei reſtituunt priorem ſuam ſtolam immortalitatis. Ita & filio prodigo reddita fuit ſtola prima, neq;

Luc. 15. iam amplius dubium eſſe poteſt, morem hunc ſemp fuiſſe obſeruatum in eccleſia à temporibus apoſtolorum hucuſq;. Quid uero ſibi equelit, uerba ipſa ſatis exprimunt, quum ait ſacerdos: Accipe ueſtem candidam & immaculatam, quam perferas ante tribunal

Chriſti,ut habeas uitam æternam:Pax tecum.Raba nus,Veſtis,inquit,cãdida ſignificat innocentiam & puritatem Chriſtianam,quam poſt ablutas ueteres maculas,ſtudio ſanctæ conuerſationis immaculatã ſeruare debet,ad repræſentãdam ante tribunal Chriſti.De hac re pulchre ſcribit Auguſtinus contra errorem quendam ſuo ſeculo natum,qui ſolã fidem extollit,tãquam ſufficientem ad iuſtificandum,nec amplius eſſe opus,ut baptizatus ſe exerceat in operibus bonis.Falſum id eſt omino. Quur enĩ datur ei ueſtis candida,niſi ut uitam uiuat honeſtam,angelicam & innocentem? Hinc Paulus nos Chriſtum induiſſe dicit,idemq́ iubet amplius nouum nos induere hominem Chriſtum,ueteremq́ Adamum abijcere.ſic Iohannes cõſulit omnibus, ut pro ſe quiſq; ſit amictus albis,ne nuditatis noſtræ appareat opprobriũ. Pertinacibus alijs & induratis hominibus,qui nolunt accipere ueram fidẽ Chriſti in baptiſmo, dicitur illud, quod Ezechiel exprobrauit Hieruſalem:Aqua non es lota in ſalutem(in baptiſmo) nec ſale ſalita(in catechiſmo)nec inuoluta pannis(ueſte candida poſt baptiſmum.)De alijs uarietatibus prouinciarum uide Durandum in rat. Poſtremo quum baptizatur adultus,candela quoque ei imponitur in manus, ſacerdote ſic dicente:Accipe lampadem ardentem,cuſtodi baptiſmum,ſerua mandata,ut quum dominus uenerit ad nuptias, poſſis ei occurrere. Nam qui recẽs eſt baptizatus,bonis debet ſtudere operibus præ alijs,dicente domino:Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant opera ueſtra bona,& glorificẽt patrem ueſtrum qui eſt in cælis:ſed & hoc formam habet peculiarem, cum qua ſacerdos baptizatis ue-

Rabanus. | De fide & operibus | Roma.13. | Ephesi.4. | Apoca.3. | Ezechi.16. | Candela | Matth.25. | Matth.5.

ſtem candidam rurſus exuit, maxime adultis. ſic em̃ orat: Omnipotens ſempiterne deus, qui regeneraſti hunc famulum tuum (uel famulam) ex aqua & ſpiritu ſancto, quiq́ dediſti ei remiſſionem omnium peccatorum, tribue ei continentiam & longæuam ſa-
Matth. 11. nitatem ad cognoſcendam ueritatis tuæ unitatem, per Chriſtum dominum noſtrum, Amen. Olim baptizatis ſtatim poſt baptiſmum dabatur ſacramentum corporis CHRISTI, quod etiamnum fieri poſſet in adultis. In quibuſdam diœceſibus dari ſolet etiam paruulis quotidie de ablutione calicis per omnes dies puerperij. Quantum ad adultos attinet, curent illi & ſtudeant bonis operibus inſudare poſt baptiſmũ, & deus largiter remunerabit in uita æterna, Amen.

HOMILIA XVIII. DE SVSceptoribus ſiue patrinis, quos compatres aut patrinos dicere ſolent.

Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritusſancti. Matthæi ultimo.

QVandoquidem in ſuperioribus ſubinde mẽtio facta eſt patrinorum & duarum uigiliarũ paſchæ ac pentecoſtes, & quorundam aliorum, quæ latiori uidētur indigere explicatione, maxime apud rudes & ſimplices, quapropter fauente Chriſti gratia, hæc ipſa iam paulo copioſius enucleabimus. Principio etſi ſine dubio multi abſq́ ſuſceptoribꝰ ſunt baptizati, ut eunuchus reginę Cādacis, Cor

nelius, ipſeq́ adeo Paulus, attamen iam olim temporibus apoſtolorum, & abhinc uſque in hodiernum diem inter reliquas baptiſmi cæremonias obſeruatum quoque eſt, ut ſuſceptorem haberet baptizandus, ſiue paruulus ſiue adultus. Teſtatur id beatus Dionyſius, oſtendens in primitiua eccleſia hanc fuiſſe conſuetudinem, ſi quis baptizari uoluit, aliquem ſibi delegit, qui ſui curam ſuſciperet, ipſumq́ in fide erudiret & moribus Chriſtianis, deinde eum duceret ad ſacerdotem, ac pro ipſo baptiſmi expeteret ſacramentum, ἀνάδοχον hunc uocat Dionyſius, quaſi ſuſceptorem & ueluti ſponſorem. Paruulos quoq; iſtiuſmodi habere ſponſorem, ipſe etiam affirmat ad finem libri, anadochum eum appellans ſiue pædagogum. Eſtq́ hoc rationi conſentaneum, quum enim paruuli peccatũ ſuum ex aliena cõſequuti ſint trãſgreſſione primi parentis Adę, ut Paulus teſtatur, decet & hoc diuinam miſericordiam, ut rurſus adiuuetur per alienam uoluntatem ſuſceptoris, qui pro eis ſpondeat & profiteatur. Imò & per uniuerſalem catholicæ eccleſiæ fidem iuuantur nonnihil. Quod & ex euangelio liquet, quando mulier Chananæa dominum rogabat pro filia ſua, ut à dæmone liberaretur, dixit: O mulier, magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut petiſti. unde manifeſte patet, Chriſtum reſpexiſſe fidem parentis, quæ quid operata ſit, quantumq́ profecerit, ſequitur ibidem, quia ſanata eſt filia eius in illa hora. Ecce fides mulieris huius adiuuit filiam, quanto magis ſolida & firmiſſima fides ſanctæ matris eccleſiæ iuuat filios ſuos in ipſa baptizatos? neq; diſſimile eſt quod in Marco legim⁹: ubi enĩ pater filium à dęmone obſeſſum attulit ad dominũ,

C. 2. & ult. eccl. hierar.

Anadochum

Roma 5. Epheſ. 2.

Matt. 15.

Fides eccleſię.

Marci. 9.

hic ſanè nō filium interrogauit num crederet,ſed pa trem,an credere poſſet,qui dixit, credo domine,adiuua incredulitatem meam.&ſtatim dominus eiecit ſpiritum iſtum mutum à filio. Sed & quantū ad adultos,conſultum eſt eos habere ſuſceptores,tāquam ductores itineris,cui⁹ ipſi adhuc ſunt imperiti, ut ſic illi quaſi mediatores exiſtant inter baptiſtam & baptizandum, quem iſti erudiant, cuius uniuerſæ uitæ magiſterium in ſe ſuſcipiant,& ei uiam oſtendant ſa pientiæ,ut ait Propheta. Eſaie.40.

2. Conſtat ergo ex ijs,quodnam ſit ſuſceptoris officiū,ad quod diligenter exequendū pulchre exhortatur Auguſtinus in quadā homilia,dicens: Vos ante omnia tam mulieres quàm uiros,qui filios in baptiſmate ſuſcepiſtis,moneo,ut uos cognoſcatis fideiuſſores apud deū extitiſſe pro illis, quos uiſi eſtis de ſacro fonte ſuſcipere.ideo ſemper eos admonete,ut caſtitatem cuſtodiant,iuſtitiam diligant,charitatem teneant,ante omnia ſymbolum & orationem dominicam & uos & ipſi tenete,& illis quos accepiſtis de ſacro fonte,oſtendite. C. vos ante de cōſe. Diſtinct.4. En duo ſuſceptorum officia, ut eos quos ſuſceperunt,ſubinde exhortentur ad uirtutum ſtudia: deinde,ut eoſdem erudiant in profeſſione ſymboli &oratione dominica.Inde enim etiam nunc hodie iniūgitur hoc illis in baptiſmo,ſicuti iam ſupra oſtendimus.Dices,ſi tantum eſt patrinorꝫ officium,& tam ardua cura, durum eſt ſuſcipere paruulos ex ſacro baptiſmatis fonte:fuit ſanè negocioſa & operoſa illa quondam prouincia,quum adhuc paruuli educarentur inter infideles,neq; raro parentibus deſtituebantur,neminem quoq; habebant qui fidem & mores Chriſtiana profeſſione dignos illos doce-

ret. Tunc nimirum ſuſceptoribus incūbebat munus tuendi & fouendi paruulos, atq; ſalutem animarum promouendi, quemadmodum hoc magnificat Ambroſius, quomodo ſpirituales filij ſint diligendi. Ambroſi.

Albertus tamen Magnus ſic dicit, quia in ſolenni eccleſia cantatur oratio dominica & ſymbolum, & mores prædicantur & oſtenduntur in exemplis bonorum, idcirco non adhibetur tanta ſolicitudo ſicut in primitiua eccleſia, quando paruuli inter infideles nutriebantur, atq; in hoc reliqui etiam doctores conſentiunt: ſi tamen paruulo parentes morerentur, uel aliàs defectum pateretur, ita ut nemo eum doceret, uel ſi dubitaret, tunc ſanè ſuſceptor excuſatus nō eſt: ſed ubi adoleuerit paulum ille paruulus baptizatus, inquirere debet de oratione dominica, de ſymbolo fidei, an ſciat hæc omnia. Quod ſi uiderit eum degenerare uelle & per publicam uiam iniquitatis ambulare, tunc quoq; admonere ipſum debet, obiurgare & docere, quantam pro eo ſuſceperit profeſſionem, quidq; ſpoponderit in baptiſmo. Albertus.

Nunc tamen ijs noſtris temporibus duriſſimum ſane eſt, ſuſceptorem fieri propter tot errores & hæreſes, quibus iam mundus infidelitate plenus undiq; ſcatet. Iuxta ſententiam tamē Maioris, ſi baptizatus fiat hęreticus, nihil in hoc culpę habet ipſe ſuſceptor, quia nemo reus efficitur alienæ culpę, cuius ipſe non ſit particeps, & tamē tenetur adhuc ſuſceptor illum pro uiribus auocare, cui ſi non paret, in peccato ſuo moritur: ſuſceptoris autem manus innocens erit & libera, iuxta prophetæ uaticinium. Maioris. Ezech. 18.

Habere autem in baptiſmo ſuſceptores, à temporibus apoſtolorum profectum eſt, ſicut ex Dionyſio

Iuo.li.1.de baptiſmo. docuimus. Inſuper & Iuo longe ante Gratianũ, proponit decretũ Higinij huiuſmodi: In catechumeno & baptiſmo & confirmatione unus patrinus fieri poteſt, ſi neceſſitas cogat, nõ tamen cõſuetudo Romana, ſed per ſingulos ſinguli ſuſcipiunt. Inducit & Leo. decretum Leonis Magni, in uno ſacramento nõ niſi unum haberi debere patrinum. Meminit eiuſdem Hugo quoq;, dicens id eo factum eſſe, ne ſi paruulus unus plures haberet in baptiſmo ſuſceptores, illa tãdem multitudo contractionem impediret matrimonij. C. nõ plu. de.conſ. diſt.4. Antiſid. Mogunt. Addit inſuper, in quibuſdam eccleſijs hoc non ſeruari. In cõcilio etiam Antiſidorenſi ſtatutum eſt, ne quis abbas uel monachus fieret patrinus, ſimiliter in concilio Moguntino cautum eſt, ne aliquis ſuſceptoris munus ſubeat, niſi qui & ipſe ſit baptizatus antea & confirmatus.

Sciendum quoque, nõ eſſe illum patrinum, in cuius nomine paruulus è ſacro fonte ſuſcipitur, ſicuti fere faciunt optimates, qui ſuo loco miniſtros mittunt ad leuandum paruulum è fonte baptiſmi, aut ſi multi adeſſent, ut ſolent plerunque facere magnates, omnes reſpondentes ad uerba ſacerdotis, credere ſe & abrenunciare, & cætera. Non tamen omnes illi ſunt patrini, ſed ij tantum, qui paruulum è baptiſmo ſuſcipiũt, ſicut & in uulgari Germanico dicim': ille ſuſcepit infantẽ è baptiſmo. neq; latuit hoc Dionyſium, quum dixit: Aſſumẽtes illum ſacerdotes, ſuſceptori ſuiq; acceſſus duci conſignant.

Atq; hic iam quæſtio oritur, quomodo ſuſceptor pro paruulo reſpondeat ſe credere & abrenunciare. Nam ſi id pro ſua loquitur perſona, paruulo nil proderit. Sin aũt pro paruulo, obijciet rurſus quiſpiam,

uanum id eſſe,quia paruulus neq; credit,neque uult, nec abrenunciat.Nihil hic nouũ,ſiquidem iam olim temporibus apoſtolorum infideles deridebãt Chriſtianos,eo quod pro paruulo nullius rationis compote,dicerent ſe credere & uelle &c. quũ tamen circa ſeptimum annum tandem ſe exerat intelligentia puerorum,ſicut eò reſpexit & Auguſtinus cum Dinocrate iam ſeptenni,fratre Perpetuæ (quanuis hiſtoria illa aliquid dubij apud me inuoluat, q̃d non ſit omnino à me intellecta, & in libris noſtris nulla fiat huius hiſtoriæ mentio)ea eñ ætate poſſunt iam paruuli uerum dicere & mentiri,confiteri & negare, Quomodo autem ſuſceptores poſſint loco infantium paruulorum neq; dum credentium,fidem profiteri,forſitan coram hominibus ex uulgo uidebitur habere difficultatem.

De orig. animę ad Renatum ca. 10.

Patrinus ait, credo

4. Spiritusſanctus qui hoc ipſum docuit eccleſiam diuino ſuo inſtinctu, is & inſpirauit, quomodo hæc ſint accipienda.quanuis enim paruuli fidem p̃ſentem non habeant,tamen multifariam pro eis poteſt cõfeſſio fidei fieri,& rationem huiuſmodi oſtendit beatus Dionyſius quum dicit:Præſul non (ut illi ridentes aiunt, ſcilicet infideles) alium pro alio imbuit ſacris, neq; enim ille hoc ait, ego pro puero abrenunciationes facio, aut fidei ſacramenta profiteor,ſed ita puer renunciat & profitetur, id eſt, ſpondeo puerum inductũrum, quum ad ſanam intelligẽtiam uenerit,ſedulis adhortationibus meis, ut abrenunciet contrarijs omnino,profiteaturq; & peragat diuina quæ pollicetur.Sanctus Auguſtinus quoque, ut ab Iuone inducitur, ſic inquit: Nihil aliud eſt credere,q̃ fidem habere, & per hoc quum reſpondetur

In fine de eccle.hier.

Auguſti.

credere paruulus,qui fidei non habet effectum,reſpōdetur fidem habere propter fidei ſacramentum, & quia ipſa reſponſio ad celebrationem ſacramenti pertinet.Inde quoque:Paruulum,dicit,&ſi nondum fides illa quæ in credentium uoluntate conſiſtit,iam tamen ipſius fidei ſacramentum fidelem facit: nam fideles uocantur,non rem ipſam mente annuendo, ſed ipſius rei ſacramentum percipiendo.

Ex ijs uerbis doctores collegerūt, uerba paruuli, ego credo, ſic eſſe intelligenda,quaſi dicat: Paratus ſum ſuſcipere ſacramentum fidei,idque adeo uerum eſt, nam præparatio illa in hoc ſita eſt,ne uoluntatē habeat contrariam erga baptiſmi ſacramentum.

L.4.de baptiſ.c. 24. Ideoq́ Auguſtinus ait cōtra Donatiſt.Paruuli ex ætatis indigentia nec corde credere poſſunt ad iuſtitiam, nec ore cōfiteri ad ſalutem: ideo quum alij pro eis reſpondent, ut impleatur erga eos celebratio ſacramenti, ualet utique ad eorum conſecrationem, quia ipſi reſpondere nō poſſunt. At ſi pro eo qui reſpondere poteſt,alius reſpondeat,non itidem ualet.

Bell ar. li. 5.ca.23. In alio etiā loco præclare inquit idem Auguſtinus: Perſcrutari homines ſolent, ſacramentum baptiſmi Chriſti quid paruulis proſit,quū eo accepto plerunque moriuntur, priuſquam ex eo cognoſcere quicquam potuerūt. Qua in re ſatis pie recteq́ creditur, prodeſſe paruulo eorum fidem à quibus conſecrandus offertur, & hoc eccleſiæ commēdat ſaluberrima autoritas, ut ex eo quiſq́ ſentiat quid ſibi proſit fides ſua, quando in aliorum beneficium,qui propriā nondum habent, poteſt aliena cōmodari. quid enim in filio uiduæ profuit fides ſua, quam utiq́ mortuus non habebat,cui tamē profuit fides matris,ut reſur-

geret? (in ſcholis poſſent hæc acutius diſcuti) Iſidorus quoque ait, ſic agi cũ mutis, ſurdis, & ijs qui præ ægritudine loq non poſſunt, ſicut & in tertio cõcilio Carthaginenſi decretum eſt, ut non iam falſum eſſe poſſit quod dicũt ſuſceptores, Credo, uolo, abrenũcio &c.

5. Adhuc quæri ſolet hoc, An promiſſio patrinorum ſiue ſuſceptorum liget paruulos, ut cogantur deinceps ſeruare quæcunque illi pro eis ſpoponderũt. Profecto id uerum eſt, adeo ut poſſint per eccleſiam cogi ad ea ſeruanda, quum amplius non ſint extra eccleſiam, ſed quia baptiſmus ueluti ianua eſt eccleſiæ, ipſi quoq; iam per baptiſmum ingreſſi ſunt eccleſiam, quanuis & eccleſia infidelem non perinde acriter urget, ſed ibi utitur regula Pauli: Quid mihi de ijs qui deforis ſunt? Quod autem eccleſia ſeruare compellit aliquem, quod etiam paruulus per ſuſceptorem promiſit, ratio eſt, quia illud ei contingit in bonum, unde & obligatur ad illud ſeruandum per animæ ſuæ ſalutem. Etiam ſi in ijs quæ libera ſunt, non poſſunt parentes liberos conſtringere uotis, ut quum parentum aliquis uouet deo, quod filius debeat effici ſacerdos uel monachus, non tenetur paruulus uotũ hoc ſeruare, ſed adhuc liber eſt, quanuis decorum & honeſtum foret, filium obſequi uoto paterno, teſtante idipſum Gregorio, & ſubſcribente etiã concilio Tolerano. Parentes etiam quantum in ſe eſt, inſtituere debent filium, ut uoto reſpõdeat & ſatisfaciat, ſicut Anna & Helchana fecerunt cum Samuele. Paruulus autem non obligatur quaſi ſit compulſus, ſed liber eſt, niſi uolens ſeſe aſtringat, quemadmodum Rechabitæ, qui quia pater eorum

Pueri ſeruent promiſſa patrinorum. Can. 34.

Rom. 5.

20. q. 1. ad-didiſtis cõcil. Tolet. 4. ibidem c monachum & Iſido. in c. q-cunque. Hier. 35.

Ionadab filius Rechab inhibuerat eis uſum uini, abſtinuerunt ab eo, & beneplacitum fuit hoc in oculis domini. Plurimum tamen intereſt inter rem uoluntariam & neceſſariam, ideoq; quum paruulo baptizato baptiſm' neceſſario ſit præceptus, eccleſia eum compellere poteſt ne deſciſcat ab eccleſia catholica, extra quam quiſquis fuerit, non perueniet in Hieruſalem cæleſtem, quò nos omnes perducere dignetur Ieſus Chriſtus dominus noſter, in ſecula benedictus. Amen.

HOMILIA XIX. DE CONſtitutis temporibus baptiſmi.

Euntes docete omnes gentes, &c. Matthæi ultimo.

ETſi ſalutis oſtium nullo non tempore homini patet, dũ ille modo ſe ex toto corde ſuo conuertat ad dominum, qui uult om̃es homines ſaluos fieri, tamẽ ad maiorem huius ſacramenti reuerentiam, quondam duo tantum fuerunt inſtituta tempora, quibus ſolennis peragatur baptiſmus. uigilia ſcilicet paſchæ & pentecoſtes, ſicuti Syricius, Leo & Gelaſius pontifices inſtituerunt, ſancitumq; eſt in concilio Gerundinenſi, & tranſſcripſit inde Gratianus de conſe. diſt. 4. c. de catechumenis, & c. uenerabilis. Quadraginta enim diebus ante baptiſmi diem cogebantur illi dare nomina ſua, interimq; mundabantur & præparabãtur orationibus, exorciſmis & informationibus pijs, habebantur interea temporis etiam ſcrutinia, quibus explorabatur, an ſymbolum & orationem dominicam ſcirẽt, ut ſic uetus fermentum purgaretur, ipſiq; iam fierẽt nouum fermentũ,

[Margin: 1. Tim. 2. ; 1. Cor. 5.]

Leo ut erat homo doctus, idemq́ſ ſanctus, ita pulchram rationē proponit in quadā epiſtola ad ipſos Siculos, qui nouo more cœperant baptizare in natali dominico, die epiphaniæ, & alijs feſtis: unde perſpicuum eſt, hoc nō recens eſſe à Leone inſtitutum, ſed à temporibus apoſtolorum & martyrum ueluti hæreditaria ſucceſſione id eis eſſe cōtraditum. ſic enim ait, Quanuis & illa quæ ad humanitatem & quæ ad gloriam pertinent Chriſti, in unam percurrant eandemq́ſ perſonam, totumq́ſ quicquid in illo & uirtutis diuinæ eſt & infirmitatis humanæ, ad noſtræ reparationis tendat effectum: proprie tamen in morte crucifixi & in reſurrectione mortui, potentia baptiſmatis nouā creaturam condit ex ueteri, ut renaſcentibus & mors Chriſti operetur & uita, dicēte beato Paulo apoſtolo: Conſepulti ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, ut quomodo ſurrexit Chriſtus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus: & cætera quę potius magiſter gentium ad commendandum ſacramentum baptiſmatis deputauit, ut appareret ex huius doctrinę ſpiritu regenerandis filijs hominum & in filijs adoptādis, illum diem eſſe illud temp⁹ electum, in quo per ſimilitudinem myſterij ea quærantur in membris, quæ in ipſo capite ſunt geſta, cōgruere: In baptiſmo enim peccatum emoritur: & trina quidem immerſio in aquam, triduanam ſignificat Chriſti ſepulturā: egreſſus autē baptizati è ſacro fonte, deſignat reſurgentis Chriſti exitum è ſepulchro. Atq; eam ob cauſam dominus non ante paſſionem & mortem ſuam cōmiſit apoſtolis, ut egreſſi in orbem uniuerſum, baptizarēt. Quod autem & in uigilia pentecoſtes cele-

Leo papa

Dies baptiſmi duo

Roma 6.

Mat. ult.

bratur baptiſmus, ratio hæc eſt, quoniam ea ſolennitas paſchali quoq; innititur feſtiuitati tanquã fundamento, & quod inde connumeratur per quinquaginta dies, deinde quia apoſtoli in die pentecoſtes baptizati ſunt ſpiritusſancto, iuxta quod promiſerat illis dominus. Ad hæc, ut iȷ q paſchali feſtiuitate impediebantur in baptiſmo uel per morbum, uel itineris longinquitatem, uel difficultatem nauigationis, uel alias neceſſarias ob cauſas, ſaltem hac uigilia pentecoſtes poſſent baptizari: hinc cõſuetudo nata eſt, quod ſolenniter in eccleſia baptiſmi fons bis tãtum conſecratur diebus ſupra dictis, quod per eas duas ſeptimanas proceſſiones habẽtur ad fontẽ. Quodq; per octauas habentur communicantes, & collecta de renatis per baptiſmum in ſacrificio miſſæ.

Actu. 1.

Dies mortis Chriſti. non baptiſmi attenditur.

2. Dices, non omnino male feciſſe Cumerium in Tarracone temporibus Syriciȷ, & epiſcopos Siciliæ tempore Leonis, dum baptizarũt in die epiphaniæ, quo etiam Chriſtus baptizari uoluit, ſicut Auguſtinus, Maximus, Chryſoſtomus & uniuerſa credit eccleſia. Reſpondit ad hoc Leo, & dicit aliam eſſe gratiam baptiſmatis Chriſti in eccleſia, & baptiſmi Iohannis, quo baptizatus eſt Chriſtus. ibi enim uirtus eſt regenerationis à peccatis, quæ non erat in baptiſmo Iohannis: deinde non opus habebat illo dñs, qa ſicut circunciſus, ita & baptizatus eſt ſine remedio peccati: baptiſmi autem ſui in ſe condidit ſacramentum, & tunc regenerationis potentiam ſanxit, quando de latere ipſius fluxerunt ſanguis redemptionis, & aqua baptiſmatis: ideoq; non iuxta Chriſti baptiſmum, ſed eum diem quo uirtutem contulit baptiſmo, hoc eſt, in paſſione ſua & reſurrectione bapti-

Leo.

Iohan. 19.

zari oportet:atque in ſignum quod hæc duo in baptiſmo repræſententur,medium diem, puta ſabbathi,in hunc uſum delegit eccleſia.Reſponſio hæc Leonis,roborari poteſt in hunc modum: Primo,quia Chriſtus ipſe ſuam mortem baptiſmi nomine expreſſit,quando dixit: Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor uſque dum perficiatur? ita eñ Luce.12.
Ambroſius & Beda intellexerunt. atque ideo circa baptiſmum ueteres rectius aſpexerunt tempus mortis,quàm baptiſmi ſui à Iohanne. Præterea,quanuis in baptiſmo ſuo dominus dedit uim regeneratiuam aquis,non tamen tunc aperuit cælos, donec ſanguis operatus eſt in aqua, quando utrunque ex ſacro ſuo latere emanauit.Et tamen etiam apertum eſt cęlum ſub baptiſmo domini,ſicuti commemorant euangeliſtæ,idq; ad exitum gratiæ nobis cælitus collatę,ſed ad ingreſſum æternæ patriæ & glorię apertũ eſt nobis cælum in paſſione & morte Chriſti,& quantum ad locum glorioſum in die aſcenſionis. Bonauentura refert hæreſim fuiſſe, quæ uſum baptiſmi ad ſolam epiphaniæ feſtiuitatem uoluit adſtringere. Atqui hoc nõ memini me uſpiam legere,etiam ſi idem dicat Richardus,adducens in hoc c. ſi quis de conſ. diſtinctione quarta, qui eſt Leonis, ut ſupra eduximus, quomodo ille redarguit epiſcopos Siciliæ, quod etiam in ſancto die Epiphaniæ baptizarent: non meminit autem, quòd tantummodo in illo die uterentur baptiſmi ſacramento. Si quis proponat diem Chriſti natalem, quaſi in illo debuiſſet eccleſia potius baptizare,quo natus eſt Chriſtus, ſicut & nos in baptiſmo regeneramur, huic reſpondendum eſt,uti Gregorius (aut Zozymus, ſiue Ambroſius,

Bonauen.

Richard.

aut quis alius autor Petrus diaconus Caſſinen.) dicit in benedictione cerei paſchalis: Nihil nobis naſci ꝓfuit, niſi redimi profuiſſet. Quapropter non per natiuitatem, ſed per mortem & reſurrectionem ſuam Chriſtus nos redemit.

Gregor.

3. Omnia hæc ſic accipere debet quilibet Chriſtianus, quod eccleſia utrunq; hoc ſabbatum ſolenni dedicauit baptiſmo, nõ ꝙ ſit hoc abſolute neceſſarium, apoſtoli enim & diſcipuli Chriſti ſtatim baptizauerunt fideles, ut Petrus tria & quinq; millia hominum, Cornelium quoque, & Paulus ipſe, & Philippus eunuchum Candacis reginæ, & alij innumeri, q̃s non legimus expectaſſe hæc duo tempora, ſed quocunque peruenerunt apoſtoli & diſcipuli CHRISTI, atque ibi fideles baptiſmi cupidos inuenerunt, tunc ſtatim eos baptizauerunt. Quum autem auctior factus eſt numerus credentium, ibi eccleſia forma illa ſolennis baptiſmi cœpit uti, ex orationibus ſupradictis, atque ſine dubio ſic obſeruatum eſt deinde per uniuerſum Chriſtianiſmum. Deinde & hoc ſciendum eſt, quanuis utrunq; illud ſabbatum ex certis & urgentibus cauſis eſt ad baptizandũ conſtitutum, neceſſitas tamen neminem cogit tempus hoc expectare, ſed quilibet in caſu neceſſitatis ilico potuit baptizari, dicente Leone: Qui neceſſitate mortis, ægritudinis, obſidionis, perſequutionis & naufragij urgentur, omni tempore debent baptizari. atq; hæc etiam ſententia eſt Gelaſii. Catechumenus tamen animum habens baptiſmum ſuſcipiendi, ſi forte præuentus ſubita morte baptizatus non eſt, tamen pro Chriſtiano eſt habitus: creditumq́; eum eſſe baptizatum baptiſmo flaminis, ſicut exemplum iam ſu-

Actuū 2.4. 10.8.

Leo de cõſ. diſt. 4. ꝗ qui neceſſ. &c. ſeq.

pra induximus Valentiniani imperatoris, quem ſic mortuũ ante baptiſmum, ait beatus Ambroſius non amiſiſſe gratiam quam optauerat. Ambroſi⁹.

4. Quanuis hæc conſuetudo laudabilis extitit, & plane talis quæ ſacramenti reuerentiam decebat, eo maxime tempore, quando Chriſtiani adhuc inter infideles conuerſabantur: nunc tamen perinde decorum eſt, quod non differtur amplius, ſed quocunque tempore, ſiue paruulus, ſiue adult⁹ baptiſmi cupidus, baptizari & poteſt & debet. Atque ex eo quod beatus Gregorius ſcribit de Iudæis, colligi facile poteſt, ſuo iam tum tempore morem hunc exoleuiſſe. & quidem certis de cauſis, quarũ una eſt, propter periculum mortis imminentis, quando paruuli ſimul & adulti ſæpe ſubita morte corripiuntur: idq; adeo nociuũ eſt: paruulis enim negligitur ipſa ſalus, in adultis autem, etiamſi illi ſalutem conſequantur, ſicut de Valentiniano ſcribit Ambroſius, tamẽ maiorem gratiam erant habituri per uirtutem ſacramenti, & gloriam auctiorem in æterna felicitate, ubi unicus gradus omnes ſuperat huius mundi diuitias. Alia etiã cauſa eſt, ut ſic diabolus fortius habeat impedimentum hominem tentandi. ſicut enim ſupra de exorciſmo diximus, diabolus magis permittitur tentare hominem non baptizatũ quàm baptizatũ: deinde quo magis homo baptizatur in primæua q̃que infantia, eo minus ille obicem obtrudit ſpiritui ſancto. Quærere ſolent nõnulli, an etiã apoſtoli ſint baptizati, ubi facilis ſolutio eſt & reſponſio, eos utiq; eſſe baptizatos: nam quũ ipſi alios homines baptizarint ante & poſt Chriſti paſſionem, quis dubitet eos quoque antea fuiſſe baptizatos? colligitur idem

Cur dies ſolennes baptiſmi aboliti.

Apoſtoli baptizati. Iohan. 4. Actu. 2.

Iohan. 13. ex uerbis Chriſti, quum dixit Petro: Qui lotus eſt, non indiget niſi ut pedes lauet. Lotionem hanc Auguſtinus & Chryſoſtomus exponunt de baptiſmo: docet hoc idem non paulo manifeſtius beatus Au-

Epi. 108. guſtinus, in quadam epiſtola ad Seleucianam dicẽs: Apoſtoli adeo largum tempus habuerunt quo baptizarentur, ut alios etiã baptizarent: ſed non omnia quæ facta ſunt, etiam ſcripta inueniuntur, ueruntamen facta eſſe ex cæteris documentis probantur. ſcriptum eſt quando baptizatus eſt Paulus apoſtolus, & ſcriptum non eſt quando baptizati ſunt alij apoſtoli. ueruntamen etiam ipſos baptizatos intellige-

Ioh. 13. re debemus, & inde CHRISTVS reſpondit Petro: Qui lotus eſt, non indiget niſi ut pedes lauet, ſed eſt mundus totus. ubi intelligitur, quod iam Petrus baptizatus fuerat. Idem quoque ſentiendum eſt de uirgine matre, quæ quanuis non indigebat baptiſmo ratione peccati, tamen filij ſui legem penitus obſeruauit, quando antea etiam non adſtricta, legem etiam Moſaicam impleuit. Nos porro profuſis diuinam deprecemur clemẽtiam precibus, ut ſua gratia ſuffulti, à baptiſmi gratia nullatenus excidamus, ſed poſt huius uitæ decurſum, ęternæ capiamus gaudia uitæ.

HOMILIA XX. DE COMmendatione & ſanctitate baptiſmi.

Ieſu baptizato & orante, apertũ eſt cælum, & deſcendit ſpirituſſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum. Lucæ III.

BAptizatum eſſe à Iohanne in Iordane dominum, tres commemorant euangeliſtæ, non quod ille baptiſmo opus habuiſſet, ſed ut uel ſuo exemplo baptiſmi ſanctimoniam oſtenderet, & ſupereminentem illam uirtutem quam in eo trinitas ipſa operatur, ſicut hoc præclare docet Ambroſius, quũ ait: Non ſanat aqua niſi ſpirituſſanctus deſcenderit, & aquam illam cõſecrauerit, quod, quum dominus noſter Ieſus Chriſtus formam baptiſmatis daret, uenit ad Iohannem, & ait illi Iohãnes: Ego à te debeo baptizari, & tu uenis ad me? reſpõdit illi Chriſtus: Sine modo, ſic enim nos decet implere omnem iuſtitiam. Vide quia omnis iuſtitia in baptiſmate eſt conſtituta. Quur autem deſcendit Chriſtus in aquam? ſane ideo, ut mundaretur illa caro, quam de noſtra natura adſumpſerat. ſiquidem Chriſtus nullius ablutionis peccatorum opus habebat, qui peccatum non fecit, ſed nobis neceſſarius relictus eſt ſacramẽti uſus, qui multis peccatorum laqueis conſtringimur. Oĩa hæc ſuum quoddam pondus habent, quod ait Ambroſius, omne illud quod factũ eſt circa baptiſmum Chriſti, uergere in utilitatem noſtram. & cõſentit Beda, dicens Chriſtum tactu ſuæ mũdiſſimę carnis dediſſe uim regeneratiuam aquis. Li. 1. de ſacra. c. 5. Matt. 3. Baptiſm' Chriſti. Beda.

Magnum utiq; hoc fuit humilitatis exemplum, quod Chriſtus uenit ad Iohannem, baptiſmum ſuſcepturus ab eo, ubi quanta ſit inſequuta gloria, etiam teſtantur euangeliſtæ. ſiquidem cælum apertum eſt, ſpirituſſanctus uiſus eſt in corporali ſpecie colũbæ, pater in ſenſibili uoce auditus eſt, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Chryſoſtomus inquit: Factum Chriſti pertinet ad myſterium eorum Chryſoſt.

qui poſtmodum fuerãt baptizandi. Poſtq̃ peccauit Adam, concluſum eſt cęlum. baptizato autem domino, apertum eſt: unde omnes baptizati diſcant, ipſis quoq; per baptiſmum aperiri cælos, & ſpiritumſanctum ſuper eos uenire cum donis gratiæ ſuæ, ut ait

Beda. Lib. 15. de trinita. c. 26.

Beda. Neq; ſane (teſtante id Auguſtino) tunc unctus eſt Chriſtus ſpiritu ſancto, quando ſuper eum baptizatum uelut columba deſcendit. Abſurdiſſimum eſt enim, ut credamus eum quum iam triginta eſſet annorum, accepiſſe ſpiritumſanctum, ſed ueniſſe illum ad baptiſma, ſicut ſine ullo oĩno peccato, ita nõ ſine ſpiritu ſancto: quoniam ſi Iohannes iam inde ex utero matris repletus eſt ſpiritu ſancto, iuxta uerbũ angeli, quanto magis Chriſtus ipſe, qui typice hic figurare uoluit eccleſiam ſuam, in qua baptizati accipiũt ſpiritumſanctum? Quãuis id eo etiam factũ eſſe credi poteſt, ut uiſibiliter quoq; diſcrimen appareat inter baptiſmum Chriſti & Iohannis. Iohannes enim (ut ipſe fatebatur) tantum baptizauit in aqua, Chriſt⁹ autem in ſpiritu ſancto, qui ideo conuenienter eſt in baptiſmo Chriſti in ſpecie columbæ uiſus. Attentius concipiant & conſiderent hæc omnes Chriſtiani, neq; tãtum qui baptizãtur, ſed & qui baptiſmo adſtãt, ſiue ſacerdotes, ſiue patrini, ſiue reliqui in comitatu exiſtentes, quantum, quamq; præclarum & diuinum ſacramentum ſit baptiſmus, in quo ipſa etiã ſanctiſſima trinitas tãta benignitate operatur in anima paruuli uel cuiuſcũq; baptizati remiſſionem peccatorũ, emundationem animæ, & ſuæ ſanctæ gratiæ infuſionem, ut iam non ſolum ad honorem ſpiritusſancti & condignam reuerentiã debeãt apud baptiſmum accendi luminaria, ſed ꝓ admiratione cõcidere in ge-

Lucę. 1. Chryſoſt. Iohan. 1.

nua ad aduentũ ſpũſſancti, ipſumq́ ſic reuerēter ſuſcipere. Nã & nunc interius & ſpũaliter implent hæc in q̃libet baptizato, q̃ exteri⁹ acciderũt in baptiſmate Chriſti, iuxta id q̃ exorſi ſumus hunc ſermonē: Ieſu baptizato & orãte, apertum eſt cęlum, &c. de qua re ut liceat plura diſſerere, ipſeq́ adeo deus ut apiat nobis oſtiũ ſermonis ad ꝓnuncianda myſteria Chriſti, humiliter petamus oẽs, dicẽtes, Pater noſter, &c.

Euangelium Matthæi tertio. Tunc uenit Ieſus à Galilæa.

Immenſam ſacri chriſmatis dignitatem, laudē, ſanctitatem, quantum per gratiam dei licuerit, uobis in Chriſto dilectiſſimi explicabimus. Poteſt autem baptiſmi precioſa dignitas colligi à ſua ſignificatione in myſterio, & à conformitate ad caput noſtrum Chriſtum, idq́ in tribus, in morte, ſepultura & reſurrectione Chriſti: ſimili quoque modo tria operatur in nobis, mortem peccati, ſepulturam ueteris Adæ, & noui hominis reſurrectionem in CHRISTO IESV, tantiſper dum tandem ultimam conſequamur reſurrectionem in uitam æternam. Baptiſmus inquam mortem deſignat Chriſti, & in nobis mortem peccati, id ex euangelio fiet manifeſtum, quum enim baptizatus eſſet dominus, ductus eſt à ſpiritu ſancto in deſertum, ibiq́ poſt longa ieiunia ter à diabolo tentatus, uictor abijt ſemper. Ad hoc Chriſti exemplum nos etiam uiuere debemus, continenter orare, peccato, carni, diabolo & mundo eſſe demortui, iuxta Pauli doctrinam: Quicunq́ in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. ſic nimirum baptizati nouum quoq́ induant hominē, abſtineant à car

Baptiſm⁹ ſignificat.

Matt. 4.

Gal. 3.
Ephe. 4.
1. Petri. 2.

nalibus deſiderijs quæ militant aduerſus animam. Quod autẽ ſub myſterio baptiſmus noſter mortem Chriſti repræſentet, manifeſte Paulus teſtatur, dicẽs:
Rom. 6. An neſcitis fratres, quod omnes qui in Chriſto Ieſu baptizati ſumus, in morte ipſius baptizati ſumus? ſi-
Luc. 12. qdem Chriſto etiam paſſio ſua baptiſmus extitit, baptiſmus qdẽ ſanguinis ꝓ omnibus alijs martyribus.

Chriſtus bis bapti. Sciat hoc quilibet Chriſtianus, Chriſtum bis eſſe baptizatum, ſemel in Iordane flumine à Iohanne, & is baptiſmus non fuit ad noſtroꝝ peccatorũ remiſſionẽ: aliàs nõ opus fuiſſet eum pati, ſi baptiſm⁹ aquę quem ſubijt, peccata noſtra ſuſtuliſſet. Baptiſmus alter fuit in ſanguine ſuo, in morte, cuius ipſe meminit
Lucę. 12. apud Lucam, & is fuit in remiſſionem peccatorum: hunc baptiſmum à nullo homine ſuſcepit, quoniam
Joh. 10. ipſe ſolus poteſtatem habuit ponẽdi animam ſuam, & rurſus accipiẽdi, quapropter ipſe effectus eſt fons remiſſionis peccatorum per paſſionem ſuam.

2. Adhuc ex alio oſtendendum eſt, nos non eſſe
Patriarchę baptizati. baptizatos cum Chriſto in Iordane, ſed in cruce: & non nos tãtum Chriſtianos, ſed etiam patres in limbo eſſe in Chriſti cruce baptizatos. ita enim Chriſt⁹
Johan. 3. ait ad Nicodemum: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpirituſancto, non poteſt intrare in regnum cælorum. quod ſi igitur Dauid, Abraam & reliqui patres ingreſſi ſunt in regnum cælorum, oportet ante fuerint baptizati. baptiſmum autem eorum oſtendere
Johan. 19. non poſſumus niſi in cruce, ubi quum ex latere Chriſti fluxerunt ſanguis & aqua, omnem Adæ culpam reſoluit, totamq́ꝫ eccleſiam quę iam tum cœperat ab
Sumus baptizati a Chriſto origine mundi, regenerauit: proinde ſacramentum hoc in oſtio eccleſiæ cõſtitutum eſt, ut omnis q in-

gređi uolet in eccleſiam, prius baptizetur, non ſecus atq; ipſa eccleſia baptizata eſt in ſanguine Chriſti. Sequitur inde, quòd typicis baptiſmatibus uſi ſunt ueteres non ad perfectionem, ut in nube & mari, qñ etiam biberunt aquam ex petra manantem &c. tunc enim illi fuerunt catechumeni, tandemq́; per baptiſmum Chriſti & ignem ſpirituſſancti ſunt baptizati. Deprehendi hoc poteſt ex uerbis Iohannis quũ dicit: Vidi tãquam mare uitreum mixtum igne, & eos qui uicerunt beſtiam & imaginẽ eius, cantantes canticum Moſi ſerui dei & canticum agni. Per hoc mare baptiſmus intelligitur, & illud quidem uitreũ uocat, propter figuras ueteris teſtamenti, quæ nunc per euangelicam ueritatem illuſtratæ, incipiũt tranſparere, hoc eſt, innoteſcere & intelligi. Mixtum quoq; igne ait, quia elementum aquę in ſe nihil eſſet ſine inuiſibili uirtute ſpirituſſancti. Quomodo autẽ ſit mare hoc uitreum, iam antea oſtẽderat, dicẽs ante thronum eſſe mare uitreum inſtar cryſtalli. Ecce quoniam mare illud eſt ante thronum. quiſquis enim thronum acquirere uolet in cæleſti patria, oportet ante tranſeat hoc mare baptiſmi, quod non ſic utiq; uitreum eſt, quaſi fragile nimis, ſed inſtar cryſtalli, quę dura eſt & fortis. ita qui in illo mari hic baptizãtur, fragiles ſunt in hoc mortali corpore, in gloria autem reſurrectionis confirmabuntur & erunt fortiſſimi.

in cruce, non in Iordane.

1. Cor. 10.

Apoca. 15.

Apoca. 4.

Conſtat igitur Chriſtum ſeſe baptizaſſe ipſum in paſſione ſua & morte, atq; ut ille ſuus baptiſmus etiam nobis cederet in bonum, diffudit eum in cruce ꝑ aquam & ſanguinem: in qua uirtute & efficacia etiam patres baptizati ſunt in limbo. Et de hoc ipſo Chriſti baptiſmo in morte, uidemus Chriſtum eſſe

Marc. 10. loquutum quando dixit ad filios Zebedæi. Poteſtis bibere calicem,quē ego bibo, & baptiſmo, quo ego baptizor,baptizari? certū enim eſt,eum loq̄ de paſſione ſua & morte.

Dices autē,ſi patres baptizati ſunt in cruce Chriſti,quid eſt quod nos Chriſtiani iam habemus amplius,quàm Iudæi habuerunt in ſynagoga?Profectò homines noui teſtamenti habere iam uelut auctarium,inde manifeſtum eſt,quòd Chriſtus poſt paſſionem ſuam,mortem quoq; & reſurrectiōem, apoſtolis dedit ſpiritumſanctum in die ſancto paſchę,&deinde auctius adhuc in die pentecoſtes. Itaq; licet patres antiqui & nos Chriſtiani æqualiter baptizati ſumus in remiſſionem peccatorum in cruce,ita ut æq̄liter plane in ipſis & nobis opata ſit mors Chriſti ad delenda peccata,Chriſtiani tamen plus gratiarum et donorum habent & acquirunt in ſenſibili ſuſceptione baptiſmi,aliorumq; ſacramentorum, quibus patres ueteris teſtamenti caruerunt, ſicut ad longum probauimus in homil.tomo.2. Ioh.20. Act.2.

Spiritus, aqua & ſanguis. 5. Omnes itaque uos admonitos uolo, ne parui faciatis ſanctum hoc baptiſmi ſacramentum, ne intueamini aquam illam externam, ſed diuinam uirtutem in ea mirabiliter operantem. Hinc factum eſt, q̄ eccleſia tot tamq; præclaras cæremonias inſtituit circa baptiſmum,quibus homini in memoriā reducat interna illa diuinæ uirtutis operatio, tres enim ſunt qui teſtimonium dant in terra,ſpiritus,aqua & ſanguis.in is trib⁹ ut minimū eſt aqua,ita ſpiritus ſupremum obtinet locum:quæ uerba Iohannis explicans Beda,inquit:Spiritus teſtimonium dat,qn̄ deſcendit ſup Chriſtum in baptiſmo. Aqua & ſanguis teſtimo

1 Iohan.5. Beda. Mat.3.

nium dederunt, quando ex latere Chriſti ꝓfluxerũt, Iohan.19.
Magnum utiq; & inſigne illud erat teſtimonium, ſiquidem illud fuit contra naturam corporis mortui ſine cadaueris, quo magis conueniebat hoc myſterio fidei. Ambroſius ait: Spiritus innouat mentem, aqua Ambroſ.
utilis eſt ad lauandum, ſanguis precium eſt culpæ, ſpiritus facit nos filios dei per adoptionem, aqua ſacrati fontis lauat nos, ſanguis Chriſti redemit nos. inde iam certũ eſſe poteſt cuilibet Chriſtiano, quomodo à minimo aſcendere debeat ad id, quod ſummũ eſt, contemplandum. neq; temere dixit Zacharias de Iohãne filio ſuo: Tu puer, ꝓpheta altiſſimi uocaberis, Luce.1.
ꝑibis em̃ ante faciem dñi parare uias eius. In q̃ ergo baptizauit Iohãnes? in aqua, q̃d minimũ & infimum eſt, unde & inferiorẽ ſe ipſum eſſe ratus eſt, q̃ ut corrigiam ſolueret calceamentorum eius. Chriſt' uero in eo quod ſummum & optimum eſt, baptizauit, iuxta illud Iohannis: Ipſe baptizabit in ſpirituſancto. uere enim ille baptizauit in remiſſionem peccatorũ, Iohan.1.
ſolusq; adeo Chriſtus baptizat in ſpiritu.

Ad maius robur omniũ iſtorũ facit declaratio Augustini: is enim admonet, nõ aſpiciendã eſſe ꝑſonam Super Io. tract.5.
ſacerdotis uel cuiuſcunq; miniſtri iam in eccleſia baptiſmum adminiſtrantis. perpetuo enim uerum eſt illud, quod Iohãnes dixit: Qui miſit me baptizare in Iohan.1.
aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris ſpiritum deſcendentem & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Itaque etiamnũ hodie quum baptizatur paruulus, noli conſiderare ſacerdotem, qui miniſter eſt tantum, tantum Iohannes eſt, baptizans nimirum in aqua: ſupremus & unice uerus baptiſta Chriſtus ipſe eſt, qui & baptizat ſpirituſancto.

Quis ergo iam eſt,qui non præ deuotione tremula & feruēti animi ſui ardore ueneretur immēſam huius ſacramenti altitudinem & dignitatem:in q̄ Chriſtus ipſe paruulum baptizat, ſpirituſſanct⁹ animam purificat,& gratia ſua exornat: ſicq; ille filius efficitur patris cæleſtis, cui & aperitur oſtium uitæ æternæ. Memineris,quiſquis es ô homo, tantorū donorum ſanctę & præcelſæ trinitatis,deoq; gratias age p omnē uitam pro tanta gratia tibi collata,per quam

Roma. 11. uelut inſitus es eccleſiæ ſanctæ,membrumq; effectus Ieſu Chriſti domini noſtri.

4. Sed ſatis nimirum hactenus eſt declaratum, quod propoſuimus à principio,baptiſmum ſignare

Roma.6. mortem Chriſti & mortem peccatorū in nobis,,pximum eſt oſtendere,quomodo nos in Chriſto conſepeliamus ueterem hominem cum concupiſcentijs ſuis,& poſtremo de reſurrectiōe Chriſti,qui iam ſemel

Conſepeliri Chriſto in bapriſ. reſurrexit à morte,& amplius non moritur, mors illi ultra non dominabitur.nam quod mortuus eſt,ſemel mortuus eſt peccato:quod autē uiuit,uiuit deo. Atq; hoc ualide cōcludi & euinci poſſunt catabapti-

Hierony. ſtæ,quod ſicut Chriſtus ſemel mortuus eſt,ita & nos ſemel peccatis in baptiſmo morimur, ultra quem ſi porro in peccata incidimus,aliud habemus paratum nobis remedium pœnitentiæ:quia baptiſmus primæ clauis eſt regni cælorū:amiſſa deinceps gratia & innocētia baptiſmi,alterā tabulam habemus reliquam poſt naufragium,ſ.pœnitentiæ. Etſi enim peccator amittit innocentiam baptiſmalem , attamen adhuc prærogatiuam habet ex baptiſmo,quam non amittit tandem , quia baptizatus ſimul induitur ueſte uel inſigni habitu Chriſti ueluti ſymbolo, unde digno-

ſcatur. acquirit enim characterem animæ ſuæ à ſpiritu ſancto impreſſum, de quo ſatis multa iam ſupra diximus. Eſt etiam quod gaudeat quilibet Chriſtianus ſuper hoc inſigni domini ſui, ſicuti præclare in miſſa adducit hoc eccleſia circa memoriam defunctorum in canone, quum ait: Memento domine famulorum famularumq́ tuarum, qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis. Baptiſmi laus.

Epilogus. Ex ijs omnibus ipſi iam uobiſcum recogitate excellentem huius ſacramenti ſanctimoniam. in baptiſmo etenim homo ex poteſtate diaboli ereptus, diuinæ committitur tutelę. In baptiſmo purgatur homo à ſordib⁹ peccati originalis, & ex filio Adę peccatoris, dei filius efficitur. In baptiſmo quilibet gratiam ſuſcipit ſpiritusſancti & diuinas uirtutes, quas theologicas dicimus, pręcipue fidem, ſpem & charitatem cum cęteris donis. In baptiſmo paruulus in ſe recipit ſignum Chriſtianæ unitatis & congregationis, quod deleri non poteſt. Per baptiſmum paruulus ingredit̃ eccleſiam fidelium, quum baptiſmus ſit ianua eccleſiæ: per baptiſmum idoneus efficitur homo etiã ad alia ſacramenta ſuſcipienda, quia baptiſmus non eccleſiæ tantum, ſed etiam omnium ſacramentorũ aliorum ianua eſt: per baptiſmum paruulo aperitur cælum, ſicut ſupra Chriſtum baptizatum aperti ſunt cęli: per baptiſmum homo uelut incorporatur eccleſię, totiq́ corpori myſtico Ieſu Chriſti. Omnibus itaq; uiribus enitantur parentes, ut maturent baptiſmum filiorum, ut ſi nequeunt ſolenniter in eccleſia baptizari, ſaltem feſtinanter, & ut in caſu neceſſitatis fieri ſolet, baptizentur: nã ſi propter eorũ incuriam paruuli baptiſmo priuantur, in nouiſſimo iudicio uindi-

ēiam ſuper eos & ultionem inclamabunt.

Omnes nos iam diuinam miſericordiam ſupplici ter deprecemur, quatenus optimus maximus deus clementer dignetur ſuam nobis conferre gratiam & auxilium, ut firmiter permanere poſſimus in corpore ſuo myſtico, & conſtanter ſeruare o͞mia quæ ſpopondimus in baptiſmo, tandemq́ꝫ exactis uitæ huius miſerijs, æternæ felicitatis & ſalutis gaudijs potiamur in cælis, Amen.

Finiunt hic homiliæ de baptiſmo, & ſequuntur aliæ de ſacramento confirmationis.

HOMILIA VIGESIMA-prima, de chriſmate & eius benedictione.

Hoc oleum unctionis, ſanctum erit mihi in generationes ueſtras. Exodi XXX.

DE ſancto confirmationis ſacramento dicturo, cõſultum uidetur & operæprecium fore, antea de ei⁹ materia, ſ. chriſmate, nonnihil præmittere, & probationē ipſius ex ſacris literis & doctorib⁹ deſumptã ꝓponere, ac deinde de ipſo in ſe ſacramẽto diſſerere.

Chriſma. 1. Principio itaqꝫ conſtat, chriſma confici ex oleo oliuarum & balſamo. Atqꝫ multum conueniens eſt hæc materia, ſiquidem oleum fidem ſignificat interiorem, quoniam oleum facit o͞mia ſplendeſcere, ſicut

& fides. Aliј ſic exponunt, quum oleum ſit pingue,
ſuaq; pinguedine paſcat & nutriat ignē, ideoq; dicūt
bene competere, ut pinguedinem gratiæ, ardorem
charitatis, & ſplendorem interioris fidei ſignificet.
neq; huic ſententiæ aduerſatur, ꝙ aliј dicunt oleum
ſignificare ſpm̄ſanctū, à quo ꝗſquis paſcit, facile dice
re poteſt illud cum Dauide: Impinguaſti in oleo ca- Pſalm. 22.
put meum. Balſamum autem ex odoriferis petit ar-
boribus in Aegypto & Iudæa, teſte Hieronymo: ex Hierony.
quo ſi modicum alicui imponat in manū, totā eā pe Balſamus
netrat, ita ut ex altero latere emanet rurſus, maxime
ſi id fiat ad radiū ſolis: lac quoq; facit coagulari, nec Li. 12. c. 26
aliꝗd maculæ à ſe relinꝗt in ueſtitu. uide Pliniū. Quū
itaq; balſamum oīa ſuperet aromata in odore, etiam
in chriſmate adhibet, ad ſignandā dulcedinē ſpūſſan
cti, ꝗ ille oēs quorꝗt iudiciū habent diſcernēdi inter
uirtutes, ad ſe attrahit bono odore, facitq; ut ipſum
concupiſcant, & eum quicunque ſuſcipiunt, poſſunt 2. Cor. 2.
cū Paulo dicere: Chriſti bonus odor ſumus in omni
loco. Omnes enim qui confirmantur in eccleſia, in-
trepide debent fidem confiteri, ſicq; odorem habe-
re boni noīs. Atq; hæc ꝗdem illius ſacramenti mate-
ria eſt, quę etiam à tēporibus apoſtolorū ad nos uſq;
ꝑuenit, ſicuti mox ex Dionyſio confirmabimus, ha-
betq; nomē per ὑπεροχήν, hoc eſt, excellētiā. chriſma
enim ex Græco nobis unctiōem ſonat, & ſic illud ex
balſamo confectum unguentum, omnia alia ſuperat
aromatica, quemadmodum diximus. ab hoc etiam Ezech. 29.
chriſmate Chriſtum dicimus unctum, teſte Auguſti
no, atq; ſic hebraice mesach unctionem, &
Meſſiam ſiue Chriſtum ſonat. balſamum autem he-
braice dicitur panag, autore Hieronymo,

2. Necꝫ tamen mirum eſſe alicui debet, materiam hîc ex oleo & balſamo componi: ſiquidem & olim in ueteri teſtamento ſanctum illud oleum unctionis, diuina etiam iuſſione eſt ex diuerſis aromatibus cõpoſitum: ita enim legimus in Exodo, quando dixit

Exo. 30. domin⁹ ad Moyſen: Sume tibi aromata primæ myrrhæ & electæ quingentos ſiclos, & cinamomi medium, id eſt, ducentos quinquaginta ſiclos, calami ſimi

Sanctum oleum vnctionis. liter ducentos quinquaginta ſiclos, caſſiæ autem quingentos ſiclos in pondere ſanctuarij, oleum de oliuetis menſuram hin: facies'ꝙ unctionis oleum ſanctũ, unguentum compoſitum opere unguentarij, & unges ex eo tabernaculum teſtimonij & arcam teſtamenti, menſam'ꝙ cum uaſis ſuis, candelabrum & utenſilia eius, altaria thymiamatis & holocauſti, & uniuerſam ſupellectilem quæ ad cultum eorum pertinet, ſanctificabis'ꝙ omnia, & erunt ſancta ſanctorum. qui tetigerit ea, ſanctificabitur. Aaron & filios eius unges, ſanctificabis'ꝙ eos, ut ſacerdotio fungant mihi. filijs quoque Iſrael dices: Hoc oleum unctionis ſanctum erit mihi in generationes ueſtras. Quod ſi ſynagoga prædiues adeo fuit, ut propriam eam'ꝙ ſanctificatam habuerit unctionem, quam chriſmatis nomine appellarunt 70. interpretes, quur non & eccleſia, quę multis modis ſuperat ſynagogam in ſanctimonia atque uniuerſa dignitate, & ipſis etiam ſacramentis, unctionem habeat ſanctam, eam'ꝙ commiſtam oleo & balſamo, non ſine inſtinctu ſpiritusſancti, ut ſic per oleum infuſio gratiæ, per balſamum

Uncti pontifices reges, prophetę. autem bonus odor ſanctæ & honeſtæ conuerſationis deſignaretur? Quæri hic ſolet, quum legamus triplices olim perſonas eſſe unctas, pontifices & ſacer-

doctes, qua de re ſic dominus deus dixit ad Moyſen, Exod. 29.
de conſecratione Aaron: Fundes oleum unctionis ſuper caput eius, & ſuper ijs plura dicturi ſumus infra circa ſacramentum ordinis. deinde ungebantur & 1. Reg. 10.
reges, ſic enim Samuel unxit Saulem in regem, & deinde arrepto cornu unxit etiam Dauidē oleo. Quid quod ſolus Dauid ter unctus eſt? primum, quum pater eius & fratres adeſſent, ut iam dictũ eſt: deinde, in Hebron ſuper domum Iuda à uiris quoq; Iuda: poſtremo, in bona & magna requie unctus eſt ſuper totum populum Iudæorum à ſenioribus Iſrael. 2. Reg. 2. & 5.
Quid autem hæc omnia ſibi uelint, ſtatim aperiemus. Sed & tertium genus hominum, quod olim ungebatur, fuit prophetarum, ita enim præcepit dominus Heliæ, ut ungeret Azahel regem Syriæ & Iehu ſuper Iſrael, & Heliſeum filium Saphat ab Abelmeula in prophetam. 3. Reg. 19.
Iam igitur in cõtrouerſia uertitur, an oẽs illi, ſacerdotes, reges & prophetæ, eodem ſint uncti oleo ſancto, aut fuerit ne diuerſum genus unguenti. An eodem oleo.
nam de ſacerdotibus certum eſt, eos unctos eſſe ſancta illa unctiõe, ſicut ante probauimus ex textu Exodi, & patet hoc idem manifeſtius etiam ex Leuitico, ubi legimus, Moyſen abſumpto oleo unctionis unxiſſe altare cum omĩbus ad illud pertinentibus, atq; fudiſſe etiam iſtud ſuper caput Aaronis, ſicq; eum unxiſſe & cõſecraſſe. de regibus autem & prophetis uidetur nonnihil habere ambiguitatis. Leuit. 8.

5. Adeo ſanctum porro fuit oleum iſtud, ut eius uſus non eſſet niſi in cultu diuino. nullus enim Iudæus audebat ſimile ſibi conferre ad uſus prophanos uel proprios, neque pro alienis, quoniam ſic dixit dominus: Caro hominis non ungetur ex eo, & iuxta

Exodi.30. compoſitionem eius nõ facietis aliud, quia ſacrifica tum eſt & ſanctum erit uobis. homo quicunque tale compoſuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo ſuo. Hinc manifeſtum fit, quantum errẽt

Neochriſt neochriſtiani, qui impudenter præſumunt hoc oleum ſacrum, ſanctumq́ chriſma cõtemnere. & turpi ore impetere. Aut quomodo deceat ſanctiorem fuiſſe olim ſynagogam, quàm nunc ſit eccleſia? profecto uaſa eccleſiæ, altaria, calices, baptiſmi fontem & alia, non minus oportet conſecrare nũc, quàm olim receptum id fuit obſeruari in ſynagoga Iudæorum.

Sed quia præcepit dominus, ne caro hominis ungatur ex oleo illo ſacro, dubium uidetur, an etiam reges & prophetæ ſint ex eo uncti. (nam Petrus de Palude aperte errat, negando ſacerdotes & pontifices fuiſſe unctos oleo ſacro, quum expreſſe refragetur

Leuit.30. textus Leuitici ſuprà inductus) Inuenio hic duas ſententias, quæ ambæ non reſiſtunt bonitati fidei noſtræ, itaque utranque recenſere uiſum eſt. Altera eſt, quòd pontifices, ſacerdotes, reges & prophetæ, oẽs uncti ſint ſancto illo chriſmate ueteris teſtamẽti, maxime uſque ad deſtructionem templi Hieroſolymitani. Ita Nicolaus de Lyra ſentit ſuper Exodum, &

3.Reg.1. in libro Regum, unicam eam fuiſſe unctionem, quoniam Sadoch ſacerdos adſumpſerit cornu olei ex tabernaculo, atq; inde unxerit Salomonem in regem. addit fuiſſe illud unguentũ ſanctum Moyſi, & Rabi Salomon affirmat, huiuſmodi unctionem factam eſ

Rabi.Salo. ſe in interſtitio ſuperciliorum in fronte. Quanuis

Unctio regum. nunc Romanus imperator inungi ſolet Romæ iuxta S. Mauritij altare in brachio dextro & ſimiliter humero. Altera ſententia eſt, unguentum peculiare

fuiſſe,quo peruncti ſint quondam reges.nam quum iam reges & imperatores in eccleſia non ungantur chriſmate ſacro,ſed oleo tantum oliuarum exorciza to,credendum non eſt,reges iſtos ſynagogæ unctos eſſe unguento illo ſancto & pontificali. Atque in hac ſententia eſt ſanctus Hieronymus,diſcernit enim inter unguentum ſacerdotale & regale,ac deinde tertiam adhuc conſtituit unctionem illam ſpiritualem, quæ fit in anima hominis per uirtutē ſpiritusſancti. De unctione prophetarum non eſt quod iam plura dicamus. Super Abacuc.c.3.

4. Quando igitur iam manifeſte ſatis conſtat,ſyna gogam habuiſſe unctionem ad pōtifices, ſacerdotes & uaſa deputatam:quanto magis ſpiritusſanctus ordinauit in eccleſia,quæ longe huberior eſt & ditior q̃ ſynagoga,ut ibi quoque ſeruaretur unctio ſacri chriſmatis,à Chriſto ipſo uel certe à ſpiritusſancto inſtituta per apoſtolos,quos ille omnem docuit ueritatem fidei Chriſtianæ? præclare enim de hoc ſacramento loquitur beatus Dionyſius ſancti Pauli diſcipulus,dicēs: Alia eſt ueneranda confectio unguenti, conſecrationem eam uocant præceptores noſtri. Et infra,unde opinor iuxta ſacratiorem ſenſum traditione diuina,ſancti noſtræ ſacerdotalis functionis duces honeſtiſſimum iſtud unguenti conſecrandi munus, teleten ab effectu rei, quæ in eo perficitur, nominãt. Qua tandem impudentia præſumunt iam noſtrates neochriſtiani,quantum in ipſis eſt,pauperiorem uelle facere eccleſiam,quàm fuerit olim ſyna goga? Aliter nos docet communis omniū noſtrum mater eccleſia,& ipſa quoque diuinitus erudita à ſpi ritusſancto, & deinde per apoſtolos. Et luce meri- Johan.16. Dionyſius De Eccle. hierar.c.4 In Luther

Fabian. diana clarius colligere hoc poſſumus ex uerbis ſancti martyris & papę Fabiani, qui ad epiſcopos orientis ſcribens, inter cætera ſic inquit: Literis ueſtris inter cętera inſertum inuenimus, quoſdam regionis ueſtræ epiſcopos non per ſingulos annos in cœna domini chriſma conficere, ſed duos aut tres annos cõfectionem ſancti chriſmatis ſemel actam cõſeruare. Errãt enim qui talia excogitant, ſiquidem in illa die dominus Ieſus poſtquam cœnauit cum diſcipulis ſuis, & lauit eorum pedes (ſicut à ſanctis apoſtolis prędeceſſores noſtri acceperunt, nobisq; reliquerunt) chriſma conficere docuit: ipſa enim lauatio pedum noſtrorum ſignificat baptiſmum, quãdo ſancti chriſmatis unctione perficitur atq; cõfirmatur. Nam ſicut ipſius diei ſolennitas per ſingulos annos eſt celebranda, ita ipſius ſancti chriſmatis confectio per ſingulos annos eſt agenda: quia nouum ſacramentum eſt per ſingulos annos, & iam dicto die innouãdum, & uetus in ſanctis eccleſiis cremandum. Iſta à ſanctis apoſtolis & eorum ſucceſſoribus accepiſtis, uobisq; tenenda mandamus. Hæc ſancta Romana eccleſia & Antiochena à tẽpore apoſtolorum cuſtodit, hæc Hieroſolymorum & Epheſianorum tenet, in quib' apoſtoli præſidentes hæc docuerũt. Tranſcripſit iſta Gratianus c. literis, de conſe. diſtinctione tertia.

Quis adhuc deſiderat amplius, quin ſicut deus inſtituit per Moyſen unctionem ſanctam in ueteri teſtamento, ita & in nouo idem ille per apoſtolos cõfirmauit unctionem chriſmatis, quo confertur ſacratum confirmationis ſacramentum, &c. Atque hæc iam dicta ſufficiant. Oremus dominum deum noſtrum.

HOMILIA XXII. DE CONſecratione chriſmatis.

Oleum unctionis fundes ſuper caput eius. Exodi uigeſimonono.

IAmolim præcepit dominus Moyſi, quod ſupra etiam diximus, ut conficeret unctionem ſacram, atq; ex ea funderet ſuper caput Aaronis, qui ſic conſecraretur in ſacerdotem. & paruit quidem præcepto domini Moyſes, neq; tantum in Aarone imple uit illud, ſed & cum tabernaculo, cum altari, cũ ipſis deniq; filijs Aaron. Iam uero quanto huberius dotata à Chriſto eccleſia eſt in gratijs multis, donis quoque & ſacramentis excellentioribus, quàm ſynagoga? unde euidenter ſatis concluſiſſe uidemur, unctionem chriſmatis à ſpirituſancto rite & competenter per apoſtolos eſſe inſtitutã, ſicq; ſemper remanſiſſe in uſu eccleſiaſtico. Nunc inde ubi ſubſtitimus, ſermo ulterius eſt protrahendus. Atq; ibi principio ꝓpono, chriſma illud eſſe debere conſecratum, cui rei probandæ adcommodari poſſent rationes iam ſupra de baptiſmo oſtenſæ: ſed quia hic cõſecratio ma gis neceſſaria eſt, operæprecium uidebitur illas quoque in medium afferre. ſi enim chriſma cõſecratum non eſſet, confirmatio etiam nulla foret, ſicut Innocentius tertius refert de eo qui tãtum fuerat unctus, ut chriſmate ſuppleretur, q̃d antea fuerat neglectũ. Chriſma ſit conſecratum. C. de ſacra. non reiter.

Ratio quur conſecrari oporteat chriſma, hæc eſt: quanuis enim non perinde neceſſarium eſt, ſed tantum ad cæremonias pertinet & ſolennitatem ſacramenti, quod conſecratur aqua baptiſmi, ſimiliter & panis benedicitur antequam fiat corpus Chriſti, id

ideò fit, quoniam omnis ſanctificatio tanquã è fōn te profluit à Chriſto. Chriſtus autem ipſe uſus eſt ali quot ſacramentis, quæ materiam certam habent, & ex illo uſu recepit materia diſpoſitionem & aptitudi nem ad perfectionem ſacrãmenti: unde præclare ait Chryſoſt. Chryſoſtomus: Nunquam aquæ baptiſmi purgare peccata credentium poſſent, niſi contactu dominici corporis ſanctificatæ fuiſſent. Sic & in ſacramento corporis ſui panem antea benedixit, chriſma autem Matt. 15. non ita cõſecrauit benedictione ſua, quia eo uſus nõ Chriſtus non uſus chriſmate eſt. Quæres autem, quur non etiam chriſmate ſit uſus domin'? ideo ſanè externa uiſibili unctione uti noluit Chriſtus, ne per hoc minueretur interea unctio inuiſibilis gratiæ & ſpirituſſancti, quoniam un Pſal. 44. ctus eſt ille oleo lætitiæ præ conſortibus & cunctis participibus ſuis. idcirco nimirum chriſma, ſicut & oleum infirmorum, antè benedicitur quàm ueniat li. 15. de trinita. dei ca. 26. in uſum ſacramenti. Audi igitur quid Auguſtinus di cat de Chriſto: Manifeſtius de eo ſcriptũ eſt in Actibus apoſtolorum, quoniam unxit eum deus ſpiritu ſancto, non utiq; oleo uiſibili, ſed dono gratiæ, quod uiſibili ſignificatur unguento, quo baptizatos ungit eccleſia. Myſtica autem & inuiſibili tantum unctione intelligendus eſt unctus, quoniam uerbum dei ca ro factum eſt, id eſt, quando natura humana ſine ul lis præcedentibus bonorum operũ meritis, dei uerbo eſt in utero uirginis copulata. Hæc etiã cauſa eſt, quur apoſtoli non leguntur in Actibus ſuis chriſma tis uſum habuiſſe in confirmando.

Ca. 3. 16. q. 6. ſtiu bet epiſco. conficit chriſ. 2. Ad hæc penes ſolum epiſcopum eſt cõſecran di chriſmatis autoritas, ita poſt antiquos patres decreuit etiam ſecundum cõcilium Carthaginenſe:

Chriſmatis confectio & puellarum conſecratio à presbyteris nō fiat. tamē hoc tēperatur deinde in con. 3. cano. 36. ut presbyter inconſulto epiſcopo uirgines non conſecret, chriſma uero nunquam conficiat. conſecratio autem iſthæc fieri debet in die cœnæ domini, idque in ſacrificio miſſæ, adeo ut extra illud non præſumat epiſcopus chriſma cōficere. ita enim habent uerba Honorij papæ ad epiſcopum Sipontinum: Mandamus, quatenus die cœnæ domini in eccleſia Sipontina duntaxat, in qua teneris chriſma conficere, miſſarum ſtudeas ſolennia celebrare. atque hoc ibidem habet Gloſſa. neque tamen putes illud ab Honorio demum eſſe inſtitutum, ſed ab apoſtolorum temporibus iam inde profectum, quia ſic quoque Dionyſius ſcribit: Vbi præceſſit pontificis circum omnem phani ambitum redolens thure profectio, pſalmorumque modulatio, & lectio diuinarum ſcripturarum: ſumptum deinde unguentum pontifex ſacris imponit altaribus, duodecim ſacris alis tectum, reſonātibus omnibus uoce ſanctiſſima melos ſacrum, quod diuinitus afflati prophetæ cecinerunt, (iſtud eſt canticum angelicum apud Eſaiam, ſanct9, ſanctus, ſanctus dominus deus ſabaoth,) completaque ſuper eo oratione ſolēni in ſanctiſſimis (eorum quæ ſacrantur) conſummationibus, eo utitur ad omnem ferme ſacerdotalis officij functionem. Ecce quomodo Dionyſius uult poſt illud angelicum canticum, confecto iam in miſſa corporis CHRISTI ſacramento, tunc quoque oratione ſolenni conſecrandū eſſe chriſma. Remanſit ea conſuetudo in eccleſia uſque in hunc diem ab apoſtolis. nam & adhuc epiſcopus in canone, ante hæc uerba, Per quem hæc oīa

C. te referēte de celeb. miſſ.

C. 4. de eccle. hierar.

Eſaie. 6.

domine ſemper bona creas: conſecrat oleum infirmorum, deinde procedit in miſſa, uſq; poſt communionẽ ſacramenti corporis & ſanguinis Chriſti, tunc tandem incipit conſecrare chriſma, & primum quidem balſamum, deinde hoc oleo mixtum, ſicq; conſecrato chriſmate, demum benedicit oleum neophytorum. omnia autem hæc ſanctis & deuotis orationib⁹ ab eccleſia ad hoc deputatis: ubi & chorus canticis utitur ſonoris & plauſibilibus, quibus hic recenſendis ob breuitatẽ ſuperſedeo. poſt chriſmatis conſecrationem epiſcopus ter coram inclinatus, ſublimi uoce decantat: Aue ſanctum chriſma. idem faciunt poſt eum presbyteri duodecim, qui epiſcopo in hac conſecratione cõficienda aſſiſtunt: neq; id etiam ſine cauſa, nam hic numer⁹ duodenarius plurimum in ſacris literis commendatur. uide homilias de apoſtolis, tomo tertio. Poſt hæc cantari ſolet canticum illud ſolenne, ut nouetur ſexus omnis unctione chriſmatis, ut ſanetur ſauciata dignitatis gloria, ô redemptor lota mente ſacro fonte aufugantur crimina, uncta fronte ſacroſancta influunt chriſmata, ô redemptor, &c.

In miſſ. cõficitur oleum triplex

5. Quur autem tria hæc, puta utrunq; oleum & chriſma ſub eodem unius miſſæ officio conſecrentur, præcipua cauſa ipſa eſt uoluntas ſpiritusſancti, q regit eccleſiam & ei omnem inſpirat ueritatem. Rationes tamen congruentiæ adſignant doctores & dicunt, ſicut partim diximus ſuprà homilia decimaſexta & decimaſeptima, quòd Chriſtiani in triplicibus membris corporis perungi ſolent: in capite, frõte & toto deniq; corpore: atq; hoc in tribus fit ſacramentis, in baptiſmo, confirmatione & ſacra unctione,

quæ etiam adminiſtrantur triplici hoc oleo, quod in die cœnæ domini conſecratur. Et eius rei figura exhibita olim eſt in ueteri teſtamẽto, quoniam Dauid quoq; ter unctus legitur, primum à Samuele, quum uiueret Saul, reiectus tamen iam tum à deo, in qua unctione neminem habebat Dauid ſibi reſiſtentem, quia Saul ignorabat, ſed neq; quicquã regiminis habebat, ſed omne imperium erat in manibus Saul: & ea unctio ſignificat illam noſtram quæ fit in baptiſmo. Altera unctio Dauidis ſuper Iuda facta eſt, in q̃ grauiter ei aduerſatus eſt Isboſeth filius Saul, & tamen tunc habebat imperium in Iuda & erat potens: ubi deſignata eſt unctio noſtra in confirmatione, in qua robur accipit homo ad reſiſtendum omnibus tum aduerſitatibus tum perſequutoribus, ſicut infra clarius aperietur. Tertia Dauidis unctio facta eſt in Hebron, ſuper totum populum Iſrael, in qua figurata eſt unctio ſacra Chriſtianorũ, quæ in toto corpore exhibetur imminente articulo mortis, quando & Dauid tunc in quiete & tranquillitate iam grandæuus regnabat. Neq; hic me fugit, quod nonnulli iſtas tres unctiones referunt ad tres olei qualitates: ſiquidem oliua ſymbolum eſt pacis, unde & columba ramum ex ea attulit in arcam Noę. Oleum ex oliua collectum, refouet ignem: membra etiam fatigata, oleo uncta confirmantur. Prima olei conditio ſeruit confirmationi & chriſmati, ſecunda baptiſmo, in quo quiſq; lumen fidei percipit, tertia extremæ unctioni in membris infernis. de omnibus illis plura dicentur circa ſacramentum unctionis.

Trina unctio Daui. *1. Reg. 16.* *2. Reg. 2.* *2. Reg. 5.*

4. Eſt ergo ſacramenti huius materia chriſma conſecratum, oleo & balſamo commiſtũ, ad ſignan *Materia confirmationis.*

dam conſcientiæ puritatem, & bonum odorem ſan
cti nominis in confeſſione fidei & crucis Chriſti co-
ram mundo,ſicuti Paulus dicit,nos eſſe bonum odo
2.Cor.2. rem Chriſti. Dices Chriſtum hac materia non eſſe
uſum, quando apoſtolis cōtulit ſpiritumſanctum in
die pentecoſtes,ſed nec apoſtolos uſos eſſe,neq; ali-
ud adhibuiſſe niſi manuum impoſitionem ſuper ca-
Actu.2. pita baptizatorum. Ad primum reſpondetur, quod
Actu.8.19. quanuis non legimus Chriſtum hac materia chri-
ſmatis eſſe uſum,tamen non ſequitur, factum id nō
Iohan.21. eſſe, quum multa fecerit Chriſtus quæ non ſunt in
euangelio deſcripta:deinde etſi Chriſtus ipſe hac ma
teria uſus non eſſet, poſſet cauſa ſubeſſe talis, quod
in eo fuit plenitudo & poteſtatis & ſpiritus,ita ut fa-
cile potuerit conferre ſpiritumſanctum ſine externa
& ſenſibili materia. Ad hæc certum quidem eſt,apo
ſtolos in die pentecoſtes accepiſſe à domino ſpiri-
tumſanctum: an autem ibi ſuſceperint confirmati-
onis ſacramentum,deinde oſtendemus. Inſuper, ut
maxime dominus confirmauit apoſtolos in die pen
tecoſtes,urgens apparebit adhuc cauſa, quur non eſ
ſet uſus chriſmate. ſicut enim ſacramentum bapti-
Iohan.16. ſmi cœpit in baptiſmo Chriſti,ita ſacramētum con-
Actu.2. firmationis in aduentu ſpiritusſancti ſuper apoſto-
Apoſtoli los in die pentecoſtes.Quum'q; rerū principia opor-
ꝟſi chriſ. teat eſſe manifeſta,ideo utrobique apparuit ſpiritus
ſanctus in admirando quodam & uiſibili ſigno. Id-
circo neceſſarium non erat ibi eſſe materiam,in qua
ſpiritusſanctus ſecretius operatur ſalutem ſeu ſani-
Auguſtin. tatem,inquit Auguſtinus. Multo autem diuerſum
eſt,ubi ſacramentum hoc communi lege & uſu con
ferendum eſt. Quid quod neque iſtud conſtanter

eulnci poteſt, apoſtolos non eſſe uſos hac materia? multa enim autore Damaſceno, ſine ſcripto nobis tradita ſunt ab apoſtolis. Ad hæc ſcriptura biblica actorum apoſtolorum non eſt amplius ſeu longius continuata, niſi per triginta annos poſt Chriſti paſſionem, & ex apoſtolis quidam ſuperſtites fuerunt poſt excidium Hieroſolymitanũ, maxime uero Ioannes: quapropter etiam ſi cõfirmaſſent homines ſine chriſmate, nõ tamen inde ſequeretur id ſemper eſſe factum, quum fateantur Dionyſius & Fabianus ſe hanc cõfirmationis materiam ab apoſtolis ueluti per manus ſuſcepiſſe. Conſtans igitur doctorũ ſententia eſt, apoſtolos uſos non eſſe chriſmate in confirmando, quandocunque ſpirituſſanctus in uiſibili ſigno apparuit, quod tunc ſuppleuit locum chriſmatis, ſicuti ſupra de Chriſto dictum eſt: quur nõ & ipſe chriſmatis materia ſit inunctus, quũ tamẽ inde Chriſti ſiue Meſſiæ nomen habeat, noſq; adeo etiam nũc in baptiſmo ungamur chriſmate, ut inde à Chriſto Chriſtiani uere dicamur? 4.c.14.

Ex his omnibus quæ commemorauimus, facile eſt uidere, quur ſimplicem & immixtã inſtituerit dominus materiã in ſacramẽto baptiſmi, ſcilicet aquã, in confirmatione autem oleum balſamo commiſcetur: baptiſmus uero confertur, q̃ ſimpliciter uita ſpiritus acquiratur, quapropter & unũ ſufficit elementum: ſed confirmatio datur ad adipiſcendam plenitudinem ſpirituſſancti, cuius multa & uaria ſunt opera, quia diuiſiones gratiarum ſunt, unus autem ſpiritus. Nec quenquam hic perturbet dictum ſapientis, 1 Cor.12. Sicut balſamus immixtus odor meus: quoniam ille Eccl.24. ibi loquitur de tota pulchra ſapientia, quæ nõ mixta

eſſe debet maculis errorum, ſicut gloſſa interlinearis oſtendit: hic autem permixtio uariam deſignat operationem ſpiritusſancti, & bonæ uitæ odorem, unde quis pro uero Christiano cēſeatur, qui bona conſcientia ſit exornatus, & ut ſit ſciens atque intelligens. Meminerit autem horum & ſubinde ſecum recogitet q̄libet Christianus cõfirmatus, ut ſtudeat, omniq; ſtudio curet, quatenus hoc ſacramentum in eo ſignificationem ſuā operetur, ipſeq; interim ſit bonę conſcientię, & erga proximos ſuos bonum habeat odorem, etiam confitendo ueram fidem ore & opere, ut ſic tandem particeps efficiatur æternę gloriæ. Amē.

HOMILIA XXIII. DE FORma confirmationis & effectu eiuſdem.

Vnguentarius faciet pigmenta ſuauitatis, & unctiones conficiet ſanitatis. Eccleſiaſtici trigeſimooctauo.

ETſi primo literæ aſpectu uerba hæc intelligantur de pharmacopola & medico, qui artis ſuę ope curare & ſanare debent hoīes, nos tñ ex eo docendi modo, q̄ & Christus uti ſolitus eſt, qñ regnū cęlorꝫ terrenis reb⁹ ſimile dicitur, ut ex ijs q̄ animus nouit, ſurgat ad incognita q̄ nō nouit, quaten⁹ Gregori⁹. exemplo uiſibilium ſe ad inuiſibilia rapiat: uerba illa q̄q; intelligenda proponemus de ſpirituali unctione & ſaluatione animarum, quam eccleſiæ tradidit dominus in ſacramento confirmationis, cuius materiā diximus eſſe chriſma oleo & balſamo permixtum, tantumq; ab epiſcopo conſecratum, ſicut & in ueteri

teſtamento erat unctio ſacra: & quanuis autore Iſidoro, erat tunc in regibus tantũ & ſacerdotibus unctio myſtica, qua Chriſtus figurabat, unde & ipſum nomen à chriſmate dicitur, ſed poſtquam dominus noſter uerus rex & ſacerdos ęternus à deo, cæleſti & myſtico eſt delibutus unguento, non ſolum pontifices & reges, ſed omnis eccleſia unctione chriſmatis conſecratur, pro eo quod membrũ eſt æterni regis & ſacerdotis. Exod. 30 Iſidorus

Quum igitur Chriſtus Meſſias ſit uerus & unct⁹, imò unctio ipſa, cuius gratia omnes inungimur, unde & apoſtolus ait, unctionem accepiſtis ab eo, maneat in uobis, itaq; & in eccleſia unctionem inſtituit externam, ſicut in ueteri teſtamẽto, ubi unctio ex q̃druplici materia erat cõpoſita, quam Origenes exponit referẽdo ad corpus & incarnationem Meſſię, cuius caro ex quatuor elemẽtis ſit compacta, ea oĩa declarat ad longum, nos ultro ſuperſedebimus. 1. Joh. 2

Quanuis ergo q̃tuor illa in unctione ſacra erant, non plus tamen, imò multo minus ſignificarunt, q̃ hæc pauca in chriſmate: quoniã ex ſententia doctorum, ſolum balſamus uniuerſam deſignat humanitatem Chriſti, oleum autem diuinitatem eius, in qua unum quid eſt in eſſentia diuina cum ſpiritu ſancto, q etiã eſt unctio eſſentialiter, nosq; adeo docet & erudit de omnibus. Merito ſic huius ſacramenti materia eſt chriſma ex oleo & balſamo compoſitum. nos iam porro formam expediamus, qua epiſcopus ſacramentum hoc confirmationis adminiſtrat. 1. Joh. 2

2. Forma huius ſacramenti eſt, quod epiſcopus præmiſſo nomine eius quẽ confirmat, dicit N. Conſigno te ſigno crucis, confirmo te chriſmate ſalutis, Forma cõfirmatiõis

M

in nomine patris & filij & ſpiritusſancti. Hæc generalis eſt huius ſacramenti formula, quæ in quibuſdã tamen diœceſibus uariatur, quãdo dicitur, conſigno te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſanctificationis. ſed non multum refert, quia unica & uniformis operatio ſiue effectus per utranq; formam ſignificatur. Quur aũt in hoc ſacramento magis expreſſa fiat mentio crucis, quàm in reliquis ſacramentis, in cauſa eſt, quod peculiariter hoc ſacramentum ordinatum eſt ad confitendum intrepide & palam paſſionem & mortem Chriſti. Quapropter crucis mentio maior hic fit, quàm in baptiſmo uel alijs ſacramẽtis. Porro ſi de collatione huius ſacramenti agamus, quomodo debeat cum certis cæremonijs cõferri & adminiſtrari, ſic res ſe habet, ꝙ epiſcopus ueſte pontificali & pluuiali ſtola indutus progreditur, inſula quoq; decoratus, primumq́; exhortatione facta, articulos aliquot prælegi ſinit confirmationem cõcernentes, ferè in hunc modum:

1. Nullus confirmatus debet reconfirmari, c. dictum eſt de conſ. diſt. 5.

2. Nullus qui non ſit confirmatus, poteſt eſſe patrinus in confirmatione. c. in baptiſmate de conſe. diſt. 4.

Modus cõfirmandi. 3. Nullus excommunicatus uel grauioribus facinoribus alligatus, ingerat ſe ad percipiendum hoc ſacramẽtum, uel ad præſentandum confirmandum.

4. Adulti quoq; debent prius cõfiteri, & poſtea confirmari, c. ut ieiuni de conſecra. diſt 5.

5. Hoc ſacramento cõtrahitur cõpaternitas & affinitas ſpiritualis, prout in baptiſmo, impediẽs matrimonium contrahendum & dirimens contractũ,

c. quanuis de cogna. ſpir. para. ultimo lib. 6.
6. Nullus præſentet niſi unum aut duos, nõ plures, c. non plures eadem diſt.
7. Confirmandi, de honeſtate non de neceſſitate debent eſſe ieiuni, ſimiliter & confirmans, dicto c. ut ieiuni.
8. Confirmato debet ligari frons, & ſic manere, quouſq; deficcetur chriſma, & nõ oportet q ligatura ſeptem diebus portetur, ſed decet ut ſeptem diebus abſtineat à lotione capitis. C. ſi quis voluerit cõſe. diſt. 4.
9. Linea uitta munda, quum ſoluitur, igne comburatur.
10. Ligando uel ſoluendo ligaturam capitis ſiue abſtergendo frontẽ, non contrahitur aliqua compaternitas.
11. Nullus confirmatus diſcedat, niſi benedictione accepta ab epiſcopo.
12. Infantes per patrinos antę pontificem chriſmare uolentem, teneantur in brachijs dextris. Adulti uero ſeu maiores ponant pedem ſuum ſuper dextrum pedem patrini ſui.
13. Iuxta morem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, qui fuit compater in catechiſmo uel baptiſmo, non poteſt tenere eundem in hoc ſacramento. ca. In catechiſmo. de cõſe. diſt. 5
5. His omnibus perfectis, epiſcopus manus abluit, easq; ante pectus ſuum coniungit, aperto deinde capite orat ſuper cõfirmandos, qui & flexis in terram genibus procumbunt, & ait: Spiritusſanctus ſuperueniat in uos, & uirtus altiſſimi cuſtodiat uos à peccatis. Amen. Mox ſeipſum conſignat ſigno crucis à fronte uſq; ad pectus, dicens: Adiutorium noſtrum in nomine domini, Qui fecit cœlum & terram.

Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te ueniat Dominus uobiſcum: & cum ſpiritu tuo. Oremus: (hic faciem ſuam conuertit ad confirmandos.) Omnipotens ſempiterne deus, qui regenerare dignatus es hos famulos tuos ex aqua & ſpiritu ſancto, quibus dediſti eis remiſſionem omnium peccatorum, emitte in eos ſeptiformem tuum ſpiritum ſanctum paraclitum de cælis, Amen. Spiritum ſapientię & intellectus, Amen. Spiritum conſi ij & fortitudinis, Amen. Spiritum ſcientiæ & pietatis, Amen. Adimple eos ſpiritu timoris tui, & conſigna eos ſigno cru cis Chriſti in uitam propiciatus æternã, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Mox ſedente epiſcopo, oblatis ei cõfirmandis per patrinos, pollicem modice intingit epiſcopus in chriſma, factaq; ſic cruce in fronte, dicit ut ſupra, Conſigno te ſigno crucis, & confirmo &c. deinde leniter percuſſa maxilla dicit, pax tecum. Omnibus hoc modo confirmatis, epiſcop⁹ pollicem detergit cum pane, & manus abluit, cantante interim choro: Confirma hoc deus q̃d operatus es in nobis, à templo ſancto tuo quod eſt in Hieruſalem. Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto. ſicut erat in principio & nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen.

Tunc aperto capite ſurgit epiſcopus, & ad altare uerſus, dicit: Oſtende nobis domine miſericordiam tuã. Et ſalutare tuũ da nobis. Domine exaudi orationem meam, Et clamor meus ad te ueniat. Dominus uobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Hinc confirmati omnes deuote flectunt genua, & epiſcopus incipit orare: Deus qui apoſtolis tuis ſanctum dediſti ſpiritum, & per eos eorumq; ſucceſſores cęteris fidelibus

tradendum eſſe uoluiſti, reſpice propicius ad humilitatis noſtræ famulatum, & præſta, ut eorum corda quorum frontes ſacro chriſmate deliniuimus, & ſigno ſanctę crucis ſignauimus, idem ſpirituſſanctus in eis ſuperueniens, templum gloriæ ſuæ dignanter inhabitando perficiat, Qui cum patre & eodem ſpirituſancto uiuis & regnas in ſecula ſeculorũ. Amen.

Inde ſubiungit epiſcopus: Ecce ſic benedicetur omnis homo qui timet dominum. & uerſus ad confirmatos, facto ſuper eos ſigno crucis, dicit, benedicat uos dominus ex Sion, ut uideatis bona Hieruſalem oĩbus diebus uitæ ueſtræ, & habeatis uitam æternam, Amen.

Ad extremum exhortatur epiſcopus patrinos, ut erudiant filios in uera fide & religione Chriſtiana, ut quæ bona ſunt amplectantur, & mala fugiant, ut doceant eos orationem dominicam, angelicam ſalutationem, & ſymbolum apoſtolorum.

4. Cæterum conſtat iam de materia & forma huius ſacramenti, reliquum eſt dicere & de fine quur tandem ſuſcipiatur. Homo ergo iam inde ex peccato originali fomitem in ſe habet, cõcupiſcentiam ad malum & incentiuum peccatorum, ardorem carnis irritantem & prouocantem ad malum. Ea fragilitas humani defectus in baptiſmo diminuitur quidem, ſed non tollitur: proinde in nobis remanet infirmitas naturæ, ut iam non ſufficiamus reſiſtere tentationi & ſuggeſtioni hoſtili, imò ut & puſillanimes ſimus & uereamur confiteri crucifixum: perniciosum iſtum pudorem adimit confirmatio, in qua ſignamur ſignaculo crucis in frontibus noſtris, ubi pudoris ueluti ſedes & domicilium eſt, dum ſuſcipimus

Finis confirmationis

hic ſymbolum militare ſummi ducis & principis noſtri Chriſti, quem deinceps libere & citra uerecundiam confiteri debemus, iuxta illud Pauli: Mihi abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti.

Gal. 6.

Hic ergo finis, hic ille effectus eſt huius ſacramenti, quod hic accipim⁹ ſpiritumſanctum in robur aduerſus omnes tentationes, quodq; in animis noſtris confirmamur uirtutibus, & maxime uirtute conſtātiæ in confeſſione fidei: ſicut Chriſtus iuſſit apoſtolos ſedere Hieroſolymis, expectantes dum induerētur uirtute ex alto: quemadmodum & in acceptione ſpiritusſancti factum eſſe legitur, quando teſtimonium dabant apoſtoli magna cum uirtute reſurrectioni Ieſu CHRISTI.

Luc. 24.

Actu. 1.

Atq; hæc etiam cauſa eſt, quur hoc ſacramentum in unctione conferatur, ut ſic corde credatur ad iuſtitiam, & ore fiat cōfeſſio ad ſalutem, ut ait Paulus. & quanuis mulieribus permiſſum nō eſt docere aut ꝑdicare, attamen & ipſæ conſtanter perſeuerare debent in fidei confeſſione, quapropter etiam confirmantur ut uiri. ſic Cæcilia, Barbara, Catharina, Lucia, Agnes, fortiſſime confeſſæ ſunt nomen Chriſti. Virtus ergo hæc eſt & efficacia huius ſacramenti. in uniuerſum autem hic quoq; gratia dei confertur, ut in alijs ſacramentis. præterea etiam imprimitur hic paruulo character, ſignum ſpirituale militiæ Chriſtianæ, ſicuti iam ſupra in baptiſmo ad longum probauimus.

Roma. 10.

1. Tim. 4.

Paruulus cōfirmat⁹ beatior.

Sequitur hinc primo, quod paruulus baptizatus, idemq; confirmatus, maiorem gratiam habet quàm baptizatus tantum, quia gratiam acquirit duorum ſacramentorum. Deinde paruulus baptizatus &

confirmatus, ſi moriatur, beatior erit quàm ille qui baptizatus tantum eſt. Ad hæc accelerandum ſemper eſt, ut ſtatim paruuli poſt baptiſmum etiam cõfirmentur. ſiquidem, ut ait Gerſon, non opus eſt expectare dum intellectum & uſum habeant rationis. Adhuc ſequitur, inique facere epiſcopos, qui nec ipſi neque per ſuos ſuffraganeos diœceſes uiſitãt ad cõfirmandos paruulos, quoniam eos priuant gradu beatitudinis, qui etiam minimus, tamen precioſior eſt omnibus totius mundi theſauris. Poſſem ſuper hoc inducere teſtimonia Clementis, Melchiadis & quorundam conciliorum, ſed uolens pertranſeo. Oremus dominum &c.

HOMILIA XXIIII. CONFIRMATIONEM eſſe ſacramentum.

Confirma hoc deus quod operatus es in nobis. Pſalmo LXVII.

PRæuidens in ſpiritu Dauid naſcentis eccleſiæ principia adhuc rudia & duriora, atq; quo pacto operaturus eſſet ibi dominus Ieſus in cordibus fidelium, qui tunc primi eſſent ad fidem peruenturi, & ſemen bonum ſeminaturus, quæ tamen oia non erant ſuffectura, niſi quæ operaturus fuerat deus, eadem etiam ipſe confirmaret. Apoſtoli enim, quanuis baptizati à Chriſto edocti & ſacerdotes ordinati, attamen in paſſione Chriſti præ metu fugiebant adhuc imperfecti. In eorũ itaq; perſona Dauid exclamat ad dominum, rogans ut quæ operatus eſſet, etiam confirmaret: ea cõfirmatio facta eſt in die

Gloſ. ord.

Actu. 1. 2.

pentecoſtes,quando acceperunt uirtutē ſpiritusſancti,qui ſuperuenit in eos,ipſosq́ confortauit. Vnde etiā nunc eccleſia in ferijs pentecoſtes ſubinde uſurpat hunc uerſiculum pro offertorio & in matutinis. Apoſtoli aūt & reliqui fideles quanuis primum pręimbecillitate humana non audebant palam confiteri nomen & fidem Chriſti,tandem tamē in ea confeſſione mortui ſunt,ut Petr⁹,Thomas,Philippus & alij:ſedquum ea debilitas in omnibus Chriſti membris inualuerit,ſuamq́ cœperit exercere tyrānidem, etiam poſt baptiſmum, perfectiſſimus ille & omniū abſolutiſſimus medicus Chriſtus mederi uolēs huic malo,remedium propoſuit & inſtituit confirmationis,ualidam utiq; & efficacem ſanctificationem,contra metum & puſillanimitatem. Vt autem dominus in baptizatis & Chriſto uelut inſitis,gratiam ſuā operari dignetur,& cōfirmationē aduerſus inſultus mūdi per hoc confirmationis ſacramētum,eccleſia conſtanter orat, noſq; adeo omnes perſeueranter petere debemus & exclamare,Confirma hoc deus quod operatus es.

Aue Maria.

Audiuimus in ſuperioribus confirmationis materiam,formam,finem & effectum. Nunc porro de inſtitutione diſſerendum erit,quod ut facilius intelligatur,primum expediemus hoc,quod pro fundamento huius rei eſſe poterit. Quum etiam hoc ſacramentum allatrent neochriſtiani & contēnant, probandum nobis eſt principio, confirmationem ſemper in eccleſia catholica obſeruatam eſſe pro ſacramento à fidelibus omnibus. Primum itaque omni-

Luce.10. Melchiades. ūm decuit Samaritanum & medicum noſtrum,no-

biſ poſt baptiſmum inſtituere ſacramentum confirmationis. ſicut enim in baptiſmo renaſcimur ad uitam animę, ita in ſacramento confirmationis confirmamur ad pugnam. ſicut enim, dicente Hugone, in baptiſmo accipitur remiſſio peccatorum, ſic per manuum impoſitionem datur ſpirituſſanctus: illic gratia cõfertur ad remiſſionem peccatorum, hic gratia datur ad confirmationem. Quid enim prodeſſet ſi à lapſu erigeris, & ad ſtandum non confirmaris? Ad hæc quum dominus Ieſus ipſe ſit Meſſias unctus, & nos ab eo Chriſtiani dicamur, teſte Hieronymo, decuit ſanè ut ille nobis unctionem ſacram inſtitueret chriſmatis, ut & nos inuncti, perfecti ſic demum efficeremur Chriſtiani. Et hoc eſt quod ſupra commemorauimus ex Dionyſio, apoſtolos ſacramentum illud appellaſſe teleten, hoc eſt, perfectionem & ſanctificationem. Hugo. Abacuc. 3. Dionyſ.

2. Idq; adeo ita eſſe, teſtimonium habemus ex biblica ſcriptura. ſic enim ait Lucas: Quum audiſſent apoſtoli qui erant Hieroſolymis, quòd recepiſſet Samaria uerbum dei, miſerunt ad eos Petrum & Iohãnem. qui quum ueniſſent, orauerunt pro ipſis, ut acciperent ſpiritumſanctum. nondũ enim in quenquam illorum uenerat, ſed baptizati tantum erant in nomine domini Ieſu. Tunc imponebãt manus ſuper illos, & accipiebant ſpiritumſanctum. Actuũ. 8. Confirmatio ſacra.

Prętereа legimus ibidem, quòd quum Paulus prędicaret Epheſ. non ſufficere baptiſmum Iohãnis, audientes illi, fecerunt ſe baptizari in nomine domini Ieſu, & quum Paulus imponeret manus ſuper eos, uenit ſpirituſſanctus in illos, & cœperũt loqui uarijs linguis, & prophetabant. Ex utroq; hoc teſtimonio Actu. 19.

liquet,confirmationem etiam temporibus apoſtolorum fuiſſe ſacramentum,ipſosq́ apoſtolos tunc adminiſtraſſe illud credentibus. Vbi conſiderādum occurrit hoc primū, quòd Philippus unus ex diaconis ſeptem iam ante per prædicationem ſuam conuerterat ad fidem Samaritanos, eosq́ baptizauerat, quo comperto,apoſtoli Petrum & Iohānem ad eos miſerunt,ut confirmarent illos,& ſpiritumſanctum illis conferrent. Hinc colligunt doctores, diaconis & presbyteris non licere,ſed epiſcopis tātum,ut hoc ſacramentum adminiſtrent.atque in hoc ſacramentum illud ſuperat reliqua in dignitate miniſtri, ſicut teſtatur Gregorius in regiſtro,ſcribēs ad epiſcopum Ianuarium. (de eo autē quod idem Gregorius ſcripſit in alia epiſtola,& renarrat Gratianus in c.peruenit 95.diſt. remittatur ad ſcholas, exiſtimo eñ Innocentium 3.in hoc magis ſobrie loquutum,contra nouellum quendam in c.quanto de cōſuetudine 7.) Deinde contextus ille proprie probat hoc ſacramentum confirmationis, quia exprimit ſignum externum,quando impoſitis manibus conferebatur gratia ſpiritusſancti. quapropter certū eſt, fuiſſe hoc ſacramētum. Quur autem non meminerit Lucas chriſmatis,iam ſupra rationem explicauimus.

c.presby. de conſe. diſt.4. Caietan.

Præterea inquit Lucas oraſſe apoſtolos,ut illi acciperent ſpiritumſanctum. Quem modum orandi adhuc conſtanter obſeruat eccleſia in confirmatiōe, ſicut ſupra docuimus. neque uero ſuſpicandum eſt, unquàm fuiſſe in eccleſia ſacramentum quod nunc non ſit.

Impoſitio manuum.

5. Hoc tamen præmonendi adhuc eſtis,uariam fuiſſe manuum impoſitionem: imponebantur enim

manus in confirmando, quemadmodũ ex actis apoſtolorum monſtrauimus. imponebantur & in conferendis ordinibus, in conſecrandis presbyteris & epiſcopis, quomodo dicit Paul⁹: Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum presbyteri. Inſuper imponebant etiam manus in ſacramento unctiõis, ſicut ait Chriſtus, Manus imponent ſuper infirmos, & bene habebunt. Ad hæc remiſſio quoq; peccatorum & reconciliatio cum eccleſia, per manuum impoſitionem eſt deſignata, & de ea loquitur Auguſtinus quum dicit: Manus impoſitio non, ſicut baptiſmus, repeti non poteſt. Quid enim eſt aliud, niſi oratio ſuper hominem? loquitur ibi de ijs qui redeunt ad unitatem eccleſiæ, & ab erroribus & peccatis ſuis conuertuntur. Ne autem uerba hæc poſſint neochriſtiani detorquere ad peruerſum intellectum contra ſacramentum confirmationis, interpretabimur ea per ipſum Aug. li. 5. c. 24. ibidem ſic dicentem: Manus impoſitio ſi non adhiberetur ab hæreſi uenienti, tanquam extra omnem culpam eſſe iudicaretur: ꝑpter charitatis autem copulatiõem, quod eſt maximum donum ſpirituſſancti, ſine quo non ualẽt ad ſalutem quæcunq; alia ſancta in homine fuerint, manus hæreticis correctis imponitur.

Actu. 8.
2. Timo. 4.
Marc. 16.
lib. 3. de bap. cõtra Donatiſ. cap. 16.
Auguſt.

Quando ergo confirmarunt apoſtoli baptizatos in manuum impoſitione, & ſpirituſſanctus in uiſibili ſigno datus eſt. Quæres forſitan quid hoc fuerit, & quomodo ſpirituſſanctus datus ſit uiſibiliter in primitiua eccleſia, & in qua ſpecie? Profecto ſunt qui dicant uiſibilem radium ſiue fulgorem apparuiſſe ſuper confirmatis. Alij putant ſpiritumſanctum

Uiſibilis datio ſpirituſſancti.
Tomo. 5.

datum eſſe in linguis igneis,ſicut & apoſtolis.ita e℞
Actu.11. de Cornelio & cognatis ſuis ait Petrus: Quum cœpiſſem loqui, cecidit ſpirituſſanctus ſuper eos, ſicut & in nos in initio. Conſtat autem teſtimonio Lucæ, quia in apoſtolos cecidit ſpirituſſanctus in linguis igneis.Sunt adhuc qui adfirment ſignum illud uiſibi
Actu.2. le aliud non fuiſſe,niſi quod uarijs linguis loqueban
Actu.8. tur:atque ſic habet gloſſa quum textus dicit, Imponebant ſuper eos manus,& accipiebant ſpiritumſanctum,ait gloſſa,quia incipiebāt loqui uarijs linguis.
Actu.19. Eô faciunt & uerba Lucæ, quoniam quum Paulus imponeret manus ſuper Epheſios, uenit ſuper eos ſpirituſſanctus,& prophetabant.Etſi itaque ignoremus in qua ſpecie ſpirituſſanctus apparuerit, niſi ſub quadruplici illa,ut in die pentecoſtes declarauimus, credere tamen debemus hoc etiā eſſe factum,quandoquidem in biblicis literis illud aperte continetur.

Confirmatio ſemper in eccleſia. 4. Probato iam iſto,confirmationem eſſe ſacramentum, proximum eſt ex teſtimonio ſanctorum patrum oſtendere,ſemper illud habitum fuiſſe pro
Dionyſi⁹. ſacramento.teſtatur hoc in primis b.Dionyſius Pauli diſcipulus, quem iam ſæpius induximus teſtem: is totum ex ordine morem explicat, quo quondam hoc ſacramentum adminiſtrabatur in eccleſia c. 4. de eccle.hierar. atque omnia tandem explicat myſtice,quid per ſingula iſta ſit accipiendum.

Cano. 48. 2. Subſcribit & concilium Laodicen. quod ſic habet: Oportet baptizatos poſt baptiſmum ſanctiſſimum chriſma percipere,& cæleſtis regni participes fieri.

3. Accedit ijs etiam papa Vrbanus martyr, di-
Anno.222. cens:Omnes fideles per manus impoſitiōem epiſco-

ſorum, ſpiritumſanctum poſt baptiſmum accipere debent, ut pleni Chriſtiani inueniantur: quia quũ ſpiritusſanctus infunditur, cor fidele ad conſtantiam & prudentiam dilatatur. ca. omnes de conſ. diſtinct. 4.

4. Inſuper legimus inſtitutum eſſe in concilio Aurelianẽ. ſicut Iuo in Panormia & Gratianus allegant, ut ieiuni ad confirmationem ueniant perfectę ætatis, ut moneantur confeſſionem facere prius, ut mundi donum ſpiritusſancti ualeãt accipere: & quia nunquam erit Chriſtianus, niſi fuerit epiſcopali confirmatione chriſmatus. Verba Fabiani iam antea induximus, ſed Melchiades præclarum dat huic ſacramento teſtimonium. dicit enim inter cætera, quanuis hæc uerba Iuo tribuit Vrbano: In baptiſmo abluimur, poſt baptiſmum roboramur, & quanuis continuo tranſituris ſufficiant regenerationis beneficia, uicturis tamen neceſſaria ſunt confirmationis auxilia. Regeneratio per ſe ſaluat, mox in pace baptiſmi uel ſeculi recipiendos, confirmatio armat & inſtruit ad agones huius mundi & prælia reſeruandos. Cõcil. Aurelianẽ. ibi ca. ut ieiu. Anno. 312 Ibi. ca. ſpũ ſanct.

6. Affirmat idipſum Auguſtinus quoque, dicẽs Paulum, quum ait, charitatem diffuſam eſſe in cordibus noſtris per ſpiritumſanctum, loqui de confirmatione. ſic enim inquit in lib. contra Donatiſt. de baptiſ. ſpiritusſanctus quia in ſola eccleſia catholica per manus impoſitionem dari dicitur, nimirum hoc intelligi maiores noſtri uoluerũt, quod Apoſtolus ait, quoniam charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritumſanctum qui datus eſt nobis. & paulo poſt dicit, neque enim tẽporalibus & ſenſibilibus miraculis atteſtantibus per manusimpoſitionem modo datur ſpiritusſanctus, ſicut antea dabatur ad com Roma. 5. lib. 3. c. 16.

mendationem rudis fidei & eccleſiæ primordia dilatanda. Quis enim nunc hoc expectat, ut ij quibus manus ad accipiēdum ſpiritumſanctum imponitur, repente incipiant linguis loqui? ſed inuiſibiliter & latenter intelligitur in eorum cordibus charitas aſpirari. Apertius adhuc in alio loco dicit Auguſtinus lib. 2 contra Petilianum cap. 104. Nam & ipſe Chriſtus à chriſmate appellatur, id eſt, ab unctione: hunc Hebræi dicunt Meſſiam, quod uerbum Punicæ linguę conſonum eſt, ſicut alia Hebręa permulta & penè omnia. Infra quoque, In hoc ait, unguento ſacramentum chriſmatis uult interpretari, quod quidem in genere uiſibilium ſignaculorum ſacroſanctum

Auguſtin. eſt, ſicut ipſe baptiſmus. Ecce Auguſtinus hic uocat ſacramentum, & comparat baptiſmo. atque ut ipſe in præcedentibus declarat, nunc quoq; non minus eſt quàm fuit temporibus apoſtolorum, niſi quod tunc in uiſibili ſigno dabat ſpiritusſanctus. ſæpe aliàs contra Petilianum meminit huius ſacramenti, maximè quum ait: Diſcerne ergo uiſibile ſanctum ſacramentum, quod eſſe & in bonis & in malis poteſt, ab inuiſibili unctione charitatis, quę propria bonorum eſt.

7. Huic ſacramento teſtimonium dat etiam beatus

Pagina. 5. Hieronymus contra Luciferianos, dicēs: Epiſcopus ſi imponit manū, ijs imponit, q in recta fide baptizati ſunt. Et inde, Quod ſi hoc loco quæris, quare in eccleſia baptizatus, niſi per manus epiſcopi nō accipiat ſpiritumſanctum, quem nos aſſerimus in uero baptiſmate tribui? Diſce hanc obſeruationem ex ea autoritate deſcendere, quod poſt aſcenſum domini ſpiritusſanctus ad apoſtolos deſcendit. Plures ſupperent loci, ſed uolens ſuperſedeo.

8. Poſtremo Euſebius refert, Cornelium pontificem & martyrem ſcribere ad Fabianum epiſcopum Antiochenum, de hæretico Nouato, qui ex ambitione, eo quod non poſſet ordinari in epiſcopum, prolapſus ſit in hæreſim: addit quod in iuuentute ſpiritu immundo uexatus ſit, & quum tempus aliquantum conſumpſiſſet apud exorciſtas. ægritudinem incurrerit grauem, ita ut deſperaretur, & quod iacens in lecto, pro neceſſitate perfuſus ſit, nec reliqua in eo quę baptiſmum ſubſequi ſolent, ſolẽniter adimpleta ſint, nec ſignaculo chriſmatis conſummatus ſit: unde nec ſpiritum ſanctum unquam potuerit promereri. Non diuerſum eſt, quod Lutherus, quum non permitteretur indulgentias prædicare, tam horrendam inuexit hæreſim in perniciem aliquot millium animarum. deinde nõ abſimile eſt, quod de Luthero quoq; proditur, ipſeq; adeo de ſe ſcribit familiariter cum dęmone conuerſato, cum quo modium ſalis comederit. Sanctus autem ille pontifex hic honorifice meminit confirmationis, cuius non potuerit eſſe particeps Nouatus, qui tamen intrudere ſe uoluit in papatum contra Cornelium: ipſe enim primi ſchiſmatis autor fuit in papatu, ſicut ꝓdit & teſtat̃ beatus Cyprianus. Euſebius lib.6 ca.43

9. Accedit iis teſtibus etiam Clemens, qui ſic inquit: Baptizatur unuſquiſq; in aquis perennibus nomine trinæ beatitudinis inuocato ſup ſe, perunctus primum oleo per orationem ſanctificato, ut ita demum per hæc cõſecratus poſſit recipere locum cum ſanctis. Ad extremum ſentit idem & Beda, dicẽs: Notandum quod Philippus qui Samariæ euangelizabat, unus de ſeptem fuerit. ſi enim apoſtolus eſſet, ipſe utiq; manum imponere potuiſſet, ut acciperent Lib.1.epiſt. Clemens. Super Actu.8.

ſpiritumſanctum:hoc enim ſolis pontificibus debetur, nam presbyteris chriſmate baptizatos ungere licet, ſed quod ab epiſcopo fuerit conſecratum, non tamen frontem ex eodem oleo ſignare, quod ſolis debetur epiſcopis, quum tradunt ſpiritum paraclitum baptizatis. Vno penè uerbo idem complexus eſt Hieronymus, quum ait: Catechumeni, hoc eſt, inſtructi, incipiũt per ſacerdotẽ, & chriſmant per epiſcopum.

Epilogus ſiue concluſio huius homiliæ.

EN itaque ex ſacris literis comprobauimus, ex concilijs quoque ſanctis & doctoribus eccleſiæ, quorum perinde ſacroſancta ſemper eſſe debet autoritas, confirmationem eſſe ſacramentum, & habere quidem ſignum externum ſenſibile, denotans unctionem internam ſpiritusſancti per dilectionem & gratiam ſuam ſanctam. Atque hoc unum cuique Chriſtiano ſufficere debet, & ut maxime ſcripturarum non ſuppeterent teſtimonia, pio tamẽ & uere Chriſtiano homini ſatis hoc eſſe debet, quod tãto hactenus tempore tam cõſtanter catholica illud obſeruauit eccleſia, quam utiq; audire debemus oẽs, eam autem quiſquis non audierit, ſit nobis ut ethnicus & publicanus, quoniam ipſa columna eſt & firmamentum ueritatis, ipſa ſponſa eſt Chriſti, quam tantopere ille dilexit, ut ſeipſum traderet pro ea, ut ipſam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed ut ſit ſancta & immaculata. Quid ꝙ & corpus Chriſti eſt eccleſia, iuxta illud Pauli: Omnia

Eccleſia audiatur. Mat. 18. 1. Tim. 3. Ephe. 5. Ephe. 5.

ſubiecit ſub pedibus eius,& ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius & plenitudo eius? Quilibet ergo Chriſtianus penes eccleſiam inquirere debet omnem ſine dubio ueritatem, neq; moueri uel in minimo à nouellis iſtis, heri tãdem aut pridie natis, peruerſis & hęreticis doctoribus: ſed q̃a dominus Ieſus miſſurum ſe promiſit ſpiritumſanctum, qui illam in om̃em induceret ueritatem, quoniam & ipſe ueritatis eſt magiſter & doctor, firmiter credant omnes Chriſtiani, & confirmationem eſſe ſacramentum, & ei ſicut alijs quoque ſacramentis congruum eſſe deferẽdum honorem, ut ſic gratiam in pręſenti, & in futuro gloriam conſequantur æternam, Amen. Ioh. 16

HOMILIA XXV. DE INſtitutione confirmationis, & ſimilibus hoc ſacramentum concernentibus.

Spiritu principali confirma me. Pſalmo L.

SPirituſſanctus, in Chriſto dilectiſſimi, uas ſuum prophetam regium Dauidem ſic illuminauit, ut operationem ſpirituſſancti agnoſceret, agnitam tribus uerſiculis profiteretur: qui quanuis uarijs modis à ſanctis patribus exponantur, nos tamen illam expoſitionem nunc tantum proſequemur, quæ de tribus proponitur ſacramentis. Verum enim id quidem eſt, quod ſpiritus rectus adcommodate refertur ad iuſtitiam huius uitę: ſpiritus autem ſanctus ad homines pios iam morientes, ſed principalis ad

iutam æternam, ubi electi confirmantur in felicitate, ut amplius peccare non poſſint.

Tamen quantum ad materiam ſacramentorum attinet, primus uerſus ad baptiſmum referēdus eſt, quū dicit: Cor mundum crea in me deus, & ſpiritum rectum innoua in uiſcerib' meis: quoniam in baptiſmo reijcimus ueterem Adam cum peccato originali, & renouamur in Chriſto, ut amplius in nouitate ſpiritus, & non in uetuſtate ambulemus, quomodo non raro nos Paulus admonet & iubet deponere ueterem hominē, ſicq; Paul' baptizatos uocat nouam

Roma.7. Ephe 4. Coloſſ 3. Gal.6. creaturam. & alibi dicit: Renouamini ſpiritu mētis ueſtræ, & induimini nouum hominem, qui ſecūdum deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctimonia ueritatis. Secundus uerſiculus refertur ad ſacramentum ordi-

1. Reg.15. Leui.19. nis, quum orat Dauid, ne proijciatur à facie dei tanꝗ miniſter parū idoneus, ſicuti Heli & Saul exciderunt ſuo quiſq; regimine, ſed ut ne auferat deus ab eo ſpiritum ſuum ſanctum, quoniam qui eccleſię ſeruiunt, eos ſanctos eſſe conuenit, ſicut & deus ſanctus eſt. Tertius porro uerſus cōfirmationem reſpicit, quum dicit propheta: Redde mihi lętitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali cōfirma me: quo uerbo & nos petimus, ut ſalutaris noſtri, quod in baptiſmo ſuſcepimus, amplius nunc lætitiam quoq; concipiamus, & intrepide nomen Ieſu atq; uniuerſam Chriſti fidem profiteamur: id autem fit, quando in ſacramēto cōfirmationis cōfirmamur ſpiritu principali. principalem uero ſpiritum uocat Dauid, ſpiritum confirmationis, eo quod ſpirituſſanctus in plenitudine uberiori confertur in hoc ſacramento quàm in alijs. In huius regni ſignū ſpirituſſanctus in primitiua eccle-

ſta apparuit in ſigno uiſibili,& apoſtoli in die pentecoſtes repleti ſunt ſpirituſancto. Sic quanuis in ijs tribus ſacramentis confertur ſpirituſſanctus, in quibus tantum character imprimitur in animam hominis, attamē Dauid profitetur ſpiritum principalem, hoc eſt, operationem ſpirituſſancti præcipuam in ſacramento confirmationis, iuxta illud, unde cœpimus ꝓfari: Spiritu principali confirma me, &c.

Aue Maria.

Quum in ſuperioribus homilijs multa dicta ſint de materia huius ſacramenti, de ſacro chriſmate, unde & nos Chriſtiani tanquam uncti dicimur à capite noſtro Chriſto, conſtat neochriſtianos iniuriā facere Chriſto, eccleſię & ſpirituiſancto, dū nō ſine cōtemptu chriſma neſcio quàm contumelioſe uocant aruini quippiam. Audiuimus inſup formā finemq́ꝫ illius & operationem. ſuper hæc demōſtrauimus confirmationem eſſe ſacramentum. Vbi obijciet forſan aliquis, Omnia ſacramenta à Chriſto ſunt inſtituta, quando ergo confirmatio à domino inſtituta eſt? at ꝙ hoc ipſum eſt quod in hac homilia explicabimus.

1. Principio ergo multis hic uijs ingrediūt doctores, quæ ꝗa oēs ad inſtitutum hoc noſtrum facere uidentur, oēs etiam ꝑſcrutabimur, ijs tantum prætermiſſis, ꝗ affirmant hoc ſacramentū eſſe à cōcilijs inſtitutū, ſicut ſentit Alexāder de Hales cōciliū Meldēſe, & Iohānes Bacho Carmelita cōciliū Aurelianēſe, diuerſa tñ ſentētia inſtituiſſe. Miſſa facimus hæc oīa certis de cauſis, qm̄ ſacramenta ad uerum pertinent fundamētum eccleſiæ, ſicq́ꝫ ſolus legiſlator poteſtatem habet ea inſtituere & immutare: nā etiā ſi totus nūc mūdus cōueniret, ſacramentū tñ inſtituere non

poſſet, quapropter neque concilium: ſacramentalia tamen & accidẽtarias cæremonias ordinare poteſt

1. Cor. 3. ecclefia, non autem ſacramenta, quæ tantum ſummus ille eccleſiæ architectus Chriſtus ipſe inſtituere poteſt, quoniam petra eſt cui ſuperſtructam conſtat

Inſtitutio. eſſe eccleſiam.

Confirmationis. De conſe. diſt. 5. Manus. Prima ſuper hoc ſacramento ſentẽtia eſt, quod cõfirmatio ſit inſtituta ab apoſtolis, non quidem propria autoritate, ſed Chriſto iubente, & ſpirituſancto inſpirante, in hoc adducunt dictũ Euſebij papæ: Manus impoſitionis ſacramentum magna ueneratione tenendum eſt, quod ab alijs perfici non poteſt, niſi à ſummis ſacerdotibus, nec tempore apoſtolorum ab alijs, quàm ab ipſis apoſtolis legitur aut ſcitur peractum eſſe. Sententiæ huic permitto autoritatem ſuam: ſiquidem apoſtoli fuerunt columnæ eccleſiæ, & poteſtatem habuerunt ſcribendi & condendi ſcripturas biblicas. magis tamen credendum eſt, quum ſacramenta pertineant ad fundamentum euangelicæ legis, ipſum legiſlatorem ea inſtituiſſe, ita ut ab eodem ſint inſtituta, à quo & efficaciã ſuam omnem obtinent.

Iam uero uniuerſa ſacramentorum uirtus à deo tantum eſt, quoniam nemo extra deum poteſt nobiliſſimam illam creaturam, gratiam ſcilicet dei, conferre aut efficere, eo quòd illa ſit per Ieſum Chriſtum.

Roma. 7. Hoc quidem conſtat, quod dominus apoſtolos ſuos hoc honore dignatus eſt, ut ipſos ſacramentorum, quæ ipſe inſtituerat, promulgatores faceret. ſicq; Ia-

Iacob. 5. cobus ſacramentum pronunciauit ſiue promulgauit

1. Cor. 11. unctionis, ſic Paulus ait ad Corinthios: Ego accepi à dño, q̃d & tradidi uobis. Magis igitur ueriſimile eſt,

apoſtolos promulgaſſe ſacramẽta quàm inſtituiſſe. Ermac. li 9. de queſt Armeniorum.
2. Alia quorundam ſententia eſt, Chriſtum inſtituiſſe ſacramentũ in die pentecoſtes poſt ſuam aſcẽſionem, quando apoſtolis contribuit ſpiritumſanctum in linguis igneis: tunc enim & cõfirmati ſunt, & potentes effecti confiteri fidem. quanuis enĩ apoſtoli antea eſſent baptizati, ſicq́ gratiam haberẽt ſpiritusſancti, attamen adhuc trepidi erant & aīo multum deiecto, uſque adeo, ut Petrus ad uocem ancillulæ negaret Chriſtum, ut inquit Auguſtinus: imò & omnes diſcipuli, euangeliſta teſtante, concluſi erant in domo, propter metum Iudæorum: ipſeq́ adeo dominus, eorum nõ ignorabat puſillanimitatem, quapropter & ante aſcenſionem ſuam ait ad eos: Sedete in ciuitate quoaduſque induamini uirtute ex alto: baptizabimini enim ſpiritusſancto nõ poſt multos hos dies. Ad hunc ferè ſenſum inducit Bonauentura uerba euangeliſtæ, quod ſpiritusſanctus datus nondum erat, quia Ieſus necdum eſſet glorificatus. Bonau. in 4. Auguſtin. Matt. 26. Luce. 24. Johan. 7.

Sententia hæc fundamentum habet, quod in fide noſtra pro confeſſo habetur, ſpiritumſanctum tale robur addidiſſe apoſtolis in die pentecoſtes: ſed an illud etiam confirmationis nomine ueniat appellandum, nonnulli adhuc in deliberatione ponunt hac de cauſa, quod deus uirtutem ſuam non alligauit ſacramentis. potuit ergo confirmare apoſtolos abſq́ materia & forma, ſed illud non fuit ſacramẽtum confirmationis, uerum uirtus & opus ſacramẽti, hoc eſt, robur & confirmatio ſpiritusſancti. Atq́ ſecundum hanc opinionem apoſtoli non eſſent ſacramẽto cõfirmationis firmati, ſed eorum confirmatio hanc ſacramentalem multis modis ſuperaſſet: ſicut & habe-

riorem & perfectiorem gratiam ſuſceperunt. In huius rei teſtimonium induci poteſt exemplum Cornelij, qui unà cum amicis ſuis accepit ſpiritumſanctum, quum primum Petrus loqui cœperat, priuſquam eſſent baptizati. Nemo autem ſacramentaliter eſt confirmatus, niſi qui & ſit baptizatus, eo q̃d baptiſmus reliquorum omnium ſacramentorum ianua exiſtat, ita ut ſi quis ordinat⁹ in presbyterum, comperiatur non eſſe antea baptizatus, ordo etiã ille totus fruſtra ſit futurus. Sic conſtat de ſancto Paulo, cui Ananias manus impoſuit, ut uideret ipſeq; impleretur ſpirituſanctc. (illa tamen manus impoſitio plus pertinet ad catechumenos, uide gloſſam) ſæpe igitur deũ elargiri uirtutem ſiue gratiam ſacramenti ſine ſacramẽto, præclare nos docet beatus Auguſtinus lib. 2. contra Parmenianũ, capite decimoquinto. Poſſe hominem, non interpoſito homine, diuinitus aliq̃d accipere, exemplo ſuo ipſe Iohannes teſtatur, & tot ſancti, antequam dei filius homo fieret: & poſteaquam reſurrexit & aſcendit in cælum, centum & uiginti homines, qui ſimul congregati erãt, quos, nullo homine in terra manũ imponente, de cælo ueniens ſpirituſſanctus impleuit. & cõſtituto iam ordine eccleſiæ, centurionem Cornelium ante ipſum baptiſmum, ante impoſitionem manus, cum eis qui ſecum erant eodem ſpirituſancto repletum Petrus ipſe mirat⁹ eſt. Quid q̃d in multis hiſtorijs legere eſt de pleriſq; ſanctis, quos ſpirituſſancti gratia præuenit, ſicut beatus Ambroſi⁹ refert de ſancta Emerentiana, quæ nondum baptizata, tantum habuit gratiæ ac ſi fuiſſet baptizata. qcunque alij Chriſtiani fugerent à ſepulchro beatę Agnetis, propter gentilium perſequutionem, ipſa conſtan

Act. 10. & 11.

Err. de presbyt. non bapti.

Actu. 9.

Auguſtin.

Act. 10.

ter remanſit,& ab incredulis obruta lapidibus,dormiuit in domino.Quis hic dubitet eam in ſanguine ſuo eſſe baptizatam,quę ob iuſtitiæ defenſionem firmiter Chriſtum confeſſa,mortem quoq; & conſtanter & patienter ſuſtinuit? Eſt itaque illa præcipua ſententia,apoſtolos confirmatos eſſe in die pentecoſtes,non quidem ſacramento cõfirmationis,ſed alio quodam modo lõge ſanctiori,quàm ſit huius ſacramenti,ſicuti nec Chriſtus unctus eſt hoc ſacramẽto, ſed aliam ille habuit unctionem lõge ſublimiorem, olei lætitiæ prę cunctis conſortibus ſuis. Pſalm. 44

3. Tertia porro opinio hęc eſt,quod Chriſtus inſtituerit hoc ſacramẽtum in die ſancto paſchæ,quoniam inſufflans in diſcipulos,dixit ad eos: Accipite ſpiritumſanctum. ſed hoc communiter nõ tenetur, ſiquidem quum inſufflaret hic in apoſtolos,ſacramẽtum inſtituit pœnitentiæ,ſicut eo loco latius diſſeremus.. Quarta igitur ſententia eſt eorum,qui dicunt Chriſtum neque poſt aſcenſionem ſuam inſtituiſſe hoc ſacramentum,ut illi putant:neque poſt reſurrectionem,ſicut alij ſentiunt: uerum hic in terris ante paſſionem ſuam & mortem , quando adhuc legem euangelicam conderet,ſuamq; eccleſiam ædificaret, in eam rem geminos adhibens ſacrę ſcripturę locos, ſic enim Marcus ait:Offerebant illi paruulos, ut tangeret illos.diſcipuli autem comminabantur offerentibus,quos quum uideret Ieſus,indigne tulit & ait illis:Sinite paruulos uenire ad me,& ne prohibueritis eos,talium eſt enim regnum dei. Et complexãs eos, imponens manus ſuper illos,benedicebat eos. Iohan. 20. Confirmationis inſtitutio. Mar. 10.

Idem ferme refert Matthæus, quia offerebant ei paruulos, ut imponeret illis manus & oraret. Et

impoſuit manus ſuper eos,ubi gloſſa teſtatur,quod benedixit eos manu & ore. Vtique hæc manuum impoſitio effectu non caruit,ſed deus hic gratiam ſu am eis contulit:& quis neget apoſtolos pleraq; didiciſſe ex ijs, quæ fecit Chriſtus,ut hic merito didicerint uſum et efficaciam huius ſacramenti, quoniam ſic ait illis: Sinite paruulos uenire ad me,& non prohibueritis eos,talium eſt enim regnum cęlorum. Ne-
Marc. 10. que nos hic moueat, quod non fiat ibi mentio chriſmatis.nā ut maxime Chriſtus eo fuerit uſus,& euan
Dionyſ. geliſtæ non meminerint,ſicuti factum eſſe Dionyſius teſtatur:ſiquidem illa arcana ſacramentorum myſteria patres celabant gentes, ne cum cōtemptu eluderentur.

Ad hæc etiamſi Chriſtus hac ipſa chriſmatis materia uſus non fuerit, quid mirum? Dominus enim ille erat omnium creaturarum, poterat gratiam & uirtutem huius ſacramenti conferre ſine quacunque materia,ſicuti ſupra cōmemorauimus. Pie itaq; credendum eſt,Chriſtum redemptorem ipſum hoc ſacramentum inſtituiſſe,uel ijs locis quos oſtendimus, uel alibi,etiāſi ab apoſtolis nulla eius rei facta ſit mē tio.Multa ſiquidem alia ſigna fecit Ieſus, quæ non
Joh. 21. ſunt ſcripta in libro hoc,inquit Iohannes.

4. Cæterum quæ ſit huius ſacramenti cum baptiſmo collatio,dicunt doctores,quod quanuis homo quiſpiam ante baptiſmum ex ſpeciali gratia dei poſſit conſequi uirtutē & effectum confirmationis, ſicuti iā ſupra de Cornelio docuimus ex Luca,attñ baptiſmus quaſi ingreſſus eſt & ianua omnium ſacramentorum. quapropter nemo confirmationis capax eſt,niſi q ſit baptizat⁹. Vt recte interim dixerit

Melchiades: Ita coniuncta ſunt hęc duo ſacramenta, ut ab inuicē niſi morte præueniente, nullatenus poſ ſint ſegregari, & unum ſine altero rite perfici nō poteſt. Certuḿq; id adeo eſt ſecundum primitiuæ eccleſiæ uſum, quando adulti tum Iudæi tum gentiles fidem recipiebant, & conſtitutis in hoc diebus cumulatim baptizabantur, quod tūc etiam confirmabantur ilico, ſicuti & nunc accelerandum eſt cum paruulis iam baptizatis ut ſtatim cōfirment, ſicq; plus gratiæ conſequantur & beatiores efficiantur, quemadmodum ſupra diſſeruimus. Melchi.

Hinc enim ſequitur, ut ait Iohannes Maioris, epiſcopos non carituros pœna, qui nec ipſi pontificalia exercent officia, nec conſecrant presbyteros, nec confirmant interdum longo tempore exigui lucelli gratia, ſed nec ſuffraganeos habent: quoniam paruuli interim ſine confirmatione morientes, per eos magna priuantur parte felicitatis, cuius gradus unicus ſuperat omnia huius mundi gaudia, ut ſupra dictum eſt. Maioris. In epiſcopos.

Quęrat aliquis, quum ex uerbis Chriſti euincatur baptiſmi neceſſitas, an perinde neceſſaria ſit & confirmatio. is audiat & ſciat, non ſic abſolute neceſſariam eſſe confirmationem ut eſt baptiſmus: ſiquidē ſine baptiſmo paruuli communi lege ſaluari nō poſ ſunt, baptizati autem iamiam receperunt gratiā ſpiritusſancti, eſt́q; illis cælum apertū: mortui ergo, ſaluantur etiā abſq; confirmatione, ut Melchiades affirmat: minus tamen gloriæ habent, q̄ ſi ſint etiam cōfirmati. Studeant ergo parētes ſedulo curare, ut paruuli q̄ ocyſſime confirmentur. Bernard. Joh. De conſe. diſt. 5. ſpir. ſanct.

Sed quantū ſpectat ad adultos, qui iam uſum ha-

Adrianus benè rationis, paulo diſtinctius loquuntur doctores. (uide Adrianum papam de confirmatione.) Nam q iam adultus eſt, poſſet utiq; confirmationis ſacramẽ

Confirmatio quomõ neceſſaria. tum non ſuſcipere ex contemptu, quod nihil aut parũ ei tribueret: illa ſane blaſphemia foret ſpiritusſancti & Chriſti, qui eccleſiæ ſuæ largitus eſt hæc ſacramenta. Sed ſi quis ſacramentum non contemnat, at ita aliàs ſit negligẽs, ut per incuriam non ueniret ad ſacramentum confirmationis, quum maxime haberet occaſionem temporis & loci, ea negligentia ſane ſpecies eſſet acediæ & pigritiæ in cultu diuino, in ſalute animæ ſuæ. quapropter merito pro peccato reputatur: eſt enim contemptus interpretatiuus.

C. iohn. Eſt autem & hæc ſententia conueniens concilio Meldenſi, in quo conſtitutum eſt, non eſſe cum perfectum & integrum Chriſtianũ, quiſquis confirmationem non recipiat ab epiſcopo. Conſimile Vrbani papæ dictum ſupra induximus, quare hic merito ſuperſedebimus. Cæterum ſi quis confirmationem neq; ex contemptu intermittat, neq; per ſupinam negligentiã, ſed ita ut homines ſimplices in deſertis locis commorantes, quos non contingit unquam peruenire in locum aliquem, ubi confirmet epiſcopus: ucſũ in diem tantũ uiuũt, eos nolim profecto iudicare quaſi in hoc peccarent: q̃m ſi multũ longe quis abſit ab epiſcopo, non tenetur utiq; propter confirmationem ipſum adire: ſi tamen id faciat, bene utiq; & ſancte facit, ſuæq; animę ſaluti non male conſulit.

Vnum caſum excipiunt nonnulli doctores, quando perſequutio fidei imminet, ita ut ſint qui conentur homines abducere à fide, an tunc Chriſtianus cui liceret conſequi confirmationem, poſſet eam inter-

mittere? Nam & Chriſtus ante aſcenſionem ſuã noluit apoſtolos ſe committere periculo & diſcrimini perſequutionis, niſi antea acciperẽt ſpiritumſanctũ: iuſſit enim eos expectare dum inducerẽtur uirtute ex alto. Quum itaq; apoſtoli non auſi ſint ante confirmationem committere ſe perſequutioni, quanto minus audebunt hoc alij homines? quanuis & hoc conſtat, q̃d multis ſola gratia baptiſmi ſuffecit tolerandæ perſequutioni, ut Romano Ioſiæ & pleriſq; alijs, imò & gratia fidei, ſicut antea de ſancta Emerentiana memorauimus. Luce. 24.

3. Adhuc conferri ſolet confirmatio baptiſmo in perfectione. quanuis enim neceſſarius eſt baptiſmus, dum cæli ianuas pandit, atq; adeo uelut aditus quidam eſt ad omnia ſacramenta, confirmatio tamen baptiſmum in hoc ſuperat, quod ab eminentiori miniſtro confertur. neq; enim uel homo quiſpiam prophanus, uel ſimplex ſacerdos poteſt conferre confirmationem, ſicut de baptiſmo diximus, ſed ſolus epiſcopus poteſt confirmare: unde & Samaritani non à Philippo diacono, ſed à Petro & Iohanne ſunt confirmati, ſicut & Innocentius papa inquit: Quũ cæteras unctiones ſimplex ſacerdos ualeat cõferre, hanc non niſi ſummus ſacerdos, hoc eſt, epiſcopus, debet conferre. Confirmatio ſuperat baptiſmũ. De ſacram. uncno. Actu. 8.

Deinde & in hoc confirmatio excellit baptiſmũ, quod in ea deus maiorem homini gratiam confert, ipſumq; impenſius cõfortat in agone ſpirituali aduerſus tentationes diaboli & mundi: quia militia eſt uita hominis ſuper terram, recteq; Paulus Epheſios ſuos admonet, ut induant armaturam dei, & ſic poſſint ſtare aduerſus inſidias diaboli. Iohan 7. Epheſi 6.

Mulieres confirmantur. Sequitur inde, quur etiam mulieres debeant confirmari. quanuis enim non ingrediantur militiã corporalem, bellum tamen ſpiritale gerũt, nec raro nec infeliciter, ſicuti Barbara, Catharina, Dorothea & aliæ innumeræ, quapropter Paulus ait, Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harũ. Patet hinc, quare paruuli confirmentur ea ætate, nihil minus ualentes q̃ pugnare in hoc ſpiritali conflictu, armantur tantũ aliquando pugnaturi, atq; maxime, ut ſic huberiorem gratiam conſequantur hic, & maiorem gloriam in futuro.

Adhortatio ad parentes ad confirmatos. 5. Ex ijs omnibus poteſt qlibet Chriſtianus confirmatus perpendere, & ſecũ ipſe reputare, quomodo miles ſit Ieſu Chriſti, feratq; geſtamen & inſigne domini ſui ſignaculum crucis in fronte. Quiſq; igitur conſideret ſubinde, hoc Chriſtum ſibi inclamare, quod audiuit ex eo Conſtantinus imperator, cui monſtratum eſt ſignum crucis, & cum hoc dictum, In hoc ſigno uinces. Sic ſecum cogitet quilibet Chriſtianus, ſe crucis ſignaculo confirmatum. meminerit inde, ſe in hoc ſigno uictorem abiturum, in quo gratiam receperit & pugnandi & uiuendi. Quiſquis ergo in peccatis eſt conſtitutus, is nimirum proditor eſt Chriſti, qui ab eius inſigni deſciſcit ad hoſtes, ad diabolos, ad peccata. Crux itaque Chriſti clamat aduerſus peccatorem in cęlum, uſq; adeo, ut non poſſit aliquis clamor huic conferri, quod tu homo peccator militare hoc principis tui ſignaculum gęſtas, ſed opera interim tua te hoſtem proclamant, & aduerſarium teſtantur, unde fictitius Chriſtianus, imò & proditor agnoſcęris: quoniam in militia nemini

uexillum concreditur, niſi animoſo & forti, in ſacramento autem confirmationis tibi dominus Ieſus uexillum ſuum commiſit & tradidit, ut cum eo pugnares fortiter, neq; ulli cederes: at tu ad leuē hoſtis inſultum cedis, imò decidis, & à principe tuo deſciſcis, & te hoſtium tuorum poteſtati & parti coniungis.

Sed quod adeo inermes efficimur ſub hoc uexillo, rationem nobis reddit Guilielmus quidam epiſcopus Parthiſienſis, dicens: Attende quod fides & reuerentia huius ſacramenti iam pro parte apud Chriſtianos perijſſe uidetur: nihil enim amplius honoris & reuerentiæ ei relictum uidetur, niſi hoc ſolum, quod non ab alijs q̃ à ſummis ſacerdotibus, id eſt, epiſcopis miniſtrari permittitur. Quàm uero nunc paſſim non erudiantur homines de huius ſacramenti myſterio, q̃ citra oēm deuotionem noſtro ſeculo ſuſcipiatur, q̃ impudenter quiſq; ſe primum ingerere conetur ſine omni reuerentia, cum magno omniū tumultu, teſtes nobis ſunt hi oculi noſtri, ut nemo iam miretur, ſacramentum hoc modicum aut nullum penitus habere in huiuſmodi hominibus effectum, ſicut & Paulus ait, nō impune euaſiſſe iſtos, qui ſacramentum altaris irreuerenter tractarunt & ſuſceperunt. Prælati ergo & prædicatores erudire debēt populum de ſanctimonia huius ſacramēti, & quur ſuſcipiatur. ideo enim ſignum crucis in frōte eorum qui confirmandi ueniunt imprimitur, ut & omnē ſpem uictoriæ ſuæ aduerſus diabolum habeant in Chriſto crucifixo: & ut in omnibus tentationibus ſuis meminerint illius, qui tantam ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionem, ut quādo ipſe in carne paſſus eſt, nos quoq; in tali cogitatione cō-

Guilielm' Parthiſi.

Confirmatio illudit.

1. Cor. 11.

Heb. 12.

1. Petri. 4. fortemur. Paſſus enim eſt Chriſtus, nobis relinquẽs exemplum, ut & nos ſequamur eius ueſtigia. Omnes itaque uos in Chriſto admonitos uolo, ut & pro uobis & liberis ueſtris ſubinde memineritis huius præclaræ confirmationis, gratiæ ſpiritusſancti in hoc ſacramẽto, ſemperq́ deum deprecemini, ut uos in hac gratia conſeruet, & ſic uos hic hoſtes ueſtros ſuperare poſſitis & peccatis reſiſtere, atque poſt hãc uitam conſequi illam æternam.

AMEN.

Finiunt homiliæ de confirmatione, & ſequũtur aliæ de glorioſo uenerabili ſacramento altaris ſacratiſſimi corporis Chriſti.

De huius ſacramenti inſtitutione, & quæ in eo fiant miracula, quomodo ſe quiſque ad dignam illius ſuſceptionem præparare debeat: quãtum fructuum inde proueniat ĳs, qui hoc condigne ſuſcipiunt, quid uiciſſim mali indigne ſumentibus: omnia hæc ad lõgum inuenies lector homilia quarta primæ partis in die cœnæ dominicæ.

Quomodo etiam uerum Chriſti corpus eſſentialiter hic ſit, & uere quidem in ſacramento, contra Capharnaitas & Zuinglianos, itidem diſſeruimus prolixe duabus homilĳs de feſto corporis Chriſti. Quare ſi quis hæc legere cupiat, loca iſta requirat. ſed quia ultra iſta adhuc alia nonnulla in hunc locum reſeruauimus, ea nũc ſuo quoque ordine pertractabimus.

HOMILIA VIGESIMA ſexta de ueteris teſtamẽti figuris typicis, quæ ſacramẽtum altaris ſignificarũt.

Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator dominus, eſcam dedit timentibus ſe. Pſalm. CX.

Audiuiſtis dilectiſſimi in dño Ieſu, principio de ſacramento baptiſmi, in q̃ ſpiritualiter regenerantur homines ex aq̃ & ſpũſancto in Chriſto, Adam ſ. illo cœleſti, ſicuti quiſq; antea natus fuerat ſecũdum carnẽ ex Adã terreſtri & peccatore, ut ſic in baptiſmo uitam ſuſcipiant gratiæ. Deinceps audiuit charitas ueſtra, quomodo Chriſtiani in ſacramẽto confirmationis gratiam recipiant ſpiritusſancti, q̃ nimirum armãtur ad publice & intrepide confitendam fidem Chriſti, & ne quis erubeſcat ſe crucis profiteri ſigniferum & crucifixi militem. Proximum nunc eſt tertiũ q̃q; explicare ſacramentũ corporis Chriſti, q̃d ipſe q̃q; dñs inſtituit nobis in cõſolationem, ad augmentũ deuotiõis & gratiæ diuinæ, ad precioſiſſimũ eccleſiæ theſaurum, in memoriã q̃q; paſſiõis ſuę & mortis, in pign' futuræ ſalutis. ſicut em̃ naturaliter loquẽdo, homo ad hoc, ut ſuſtẽtet̃ in uita corporis, ſuo q̃dã indiget uictu & cibo, ita ſecundũ ſpm̃ aĩa q̃q; uel maxime opus habet ad ſuſtẽtationẽ uitę ſpũalis q̃dã ſuo cibo, qui & eſt hic ipſe ſacratiſſimi corporis Chriſti,

Johan. 3.

Johan. 6.
Luc. 22.

quo ſpiritualiter paſcitur atq; fouetur anima, iuxta
Johan. 6 uerbum domini:Caro mea uere eſt cibus,& ſanguis
meus uere eſt potus. qui mãducat carnem meam &
bibit ſanguinem meum,in me manet, & ego in illo.
Euchariſtia. Rectèq; adeo ſacramentum hoc euchariſtię nomine
appellatur,quod eo frui debemus ad gratiarum acti-
onem deo reddendam:deinde euchariſtia dicitur &
bona gratia,quoniam in participatione ſeu commu
nione huius ſacramenti,modo quodã huberiori cõ-
fertur gratia q̃ in alijs,in quibus dominus Ieſus ope-
ratur tantum per uirtutem ſuam,hic autẽ ipſe eſſen-
tialiter eſt fons omnis gratiæ.Crebra igitur huius ſa
cramenti perceptio non tantum uenialia tollit pec-
cata,&pœnam mortalium,quorum iam pœnitenti-
am egeris,uerumetiam excellenter auget gratiã dei,
ita ut anima uelut abſorpta uideat in Chriſto, ipſiq;
Monica. incorporata,ſicut &beata Monica Auguſtini mater
cum iubilo exultabat ſemper poſt huius ſacramenti
perceptionem.Quum enim deus iam inde ab origi-
ne mundi magna ſit operatus miracula,ut in mundi
Gene.1. & humani generis creatione,in prævalida & omni-
potenti prouidentia gubernandi omnia quæ condi
ta ſunt, in magnis illis & prodigijs quæ fecit in Ae-
gypto,in deſerto,in Iudæa,ob quæ nimirum domi-
nus deus Iudæis ſigna quædã inſtituit memorabilia,
hæc tamen mirabilia omnia multis modis excellit
& ſuperat, myſterium inquam redemptionis gene-
ris humani per paſſionem & mortẽ Chriſti,in cuius
memoriam hoc ipſum inſtituit ſacramentũ, dicens:
Luc.22. Hoc facite in meam commemorationem.idq; pręui
dens propheta in ſpiritu,exclamauit: Memoriam fe
cit mirabilium ſuorum, miſericors & miſerator do

minus, eſcam dedit timentibus ſe, &c.

Aue Maria.

Euangelium Iohannis ſexto, uel Lucæ uigeſimoſecundo, uel ex epiſtola prima ad Corinthios undecimo.

Ex multis quæ ſacramenti huius concernūt ſublimitatem, non minimum illud eſt æſtimandum, q̄d plures figuras typicas habuit, quàm ullum aliorum ſacramentorum tum in lege naturæ, tum ſcripta illa Moſaica. neque profecto idipſum temere: primum enim factum eſt, ad dignitatem huius ſacramenti præ cæteris deſignandam ampliorem: nam quum figuræ ſunt plures, quarum quælibet ſuas q̄ſdam habet conditiones & proprietates, quis dubitet ſacramentum perfectius poſſe multis eiuſmodi typis, q̄ unico, demonſtrari? Altera porro cauſa eſt, quod in ſacramento plura occurrunt creditu difficiliora, q̄ in alio quoquam, ſicuti alibi probauim⁹. Vt ergo corda hominū præparentur magis ad eiuſmodi præclara myſteria huius ſacramenti fortius credenda, deus ſolita clementia tot figuras propoſuit præuias, ut nos erudiremur, & addiſceremus magis tanta hæc & præclara in illo ſacramēto comprehenſa. Tertia ratio hæc eſſe poteſt, quod non latuit deū, quantum inſultuum ſuſtinere oporteret hoc ſacramentum, tum ab induratis Iudæis, tum ab impijs hęreticis, quomodo futurum eſſet, ut illud partim impugnarent. Vt igitur pij homines ab eis minus ſeducerentur, ſed potius per huiuſmodi figuras docerētur reſiſtere illis, ipſorum falſas doctrinas refellere, ideo tot tam'q; uarias iam olim figuras ꝓpoſuit hui⁹

Plures figurę hui⁹ ſacramēti.

1. Cor. 11.

Tomo. 1.

ſacramenti,quæ & ſolarentur nos in fide,& ueritatē edocerent. Quanuis autem plurimæ ſint illæ, nos ta men potiores tantum proſequemur, quoniam rem hanc plerique doctores tractarunt prolixius, atque pro

1. Cor. 10. fundamento unico omnes habent illud Pauli, Omēs eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt, omnia enim in figura cōtingebant illis.

2. Prima igitur figura in lege naturæ fuit oblatio ſiue ſacrificium Melchiſedech. hūc refert Moyſes fu-

Gene. 14. Oblatio Melchiſedech. iſſe regē Salem, & occurriſſe patriarchæ Abrae poſtquam percuſſiſſet quatuor illos reges. ibi Melchiſedech panem & uinum obtulit (ſicuti deinde in homilia de ſacrificio miſſæ explicabitur) ad gloriam & gratiarum actionem dei, quod ſanè fidem addit ſuo ſacerdotio. neque enim offerre cuiuis licet, ſed ſacerdo

Hebr. 5. tibus tantum, iuxta illud: Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus cōſtituitur, ut offerat dona & ſacrificia pro peccatis.

Hoc autem ſacrificium Melchiſedech, figurā geſſit huius uenerabilis ſacramēti corporis Chriſti, qui etiamnum hodie ſub ſpeciebus panis & uini in ſacrificio miſſæ offertur: ſic nimirum & deus pater ad fi-

Pſal. 109. lium ait: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordi nem Melchiſedech. Itaque ſacrificium Melchiſedech in pane & uino noſtrum figurauit ſacramentum, atque hæc figura ueritati non multum abſimilis eſt, eo quod utrunque ſacrificium fiat in pane & uino. Idē ſibi uult & nomen, quia Melchi regem ſonat, & Zedec iuſtitiam. quis autem rex iuſtitiæ magnus eſt, rex pacis, niſi Chriſtus? recte igitur Melchiſedech Chriſtum ſignificat, & quemlibet ſacerdotem qui offert Abrae, hoc eſt, cuiuis fideli panem & uinum, cor-

pus & ſanguinem Chriſti ſub ſpeciebus panis & uini: atque in hoc facile eſt uidere, quanto nobilius & præſtantius ſit ſacrificium eccleſiæ quàm Melchiſedech. Fuerunt autem & ex patribus nonnulli, qui huiuſmodi panem prædixerũt, ita enim Sapiens ait: Vade, & cum gaudio ueſcere pane tuo. de quo & Salomon dicit, loquens de muliere ſancta: Facta eſt q̃ſi nauis inſtitoris, de longe portans panem ſuum. Fecit hoc ipſum cæli regina Maria, quæ nobis panem uiuum Chriſtum dominum in hunc mundum protulit, quoniam ſuper hoc conqueruntur omnes patres ueteris legis, dicentes: Vę nobis quia panem deſiderabilem nõ comedimus. & rurſus: In domo mea non eſt panis, donec panẽ illum nobis protulit Maria in Bethlehem, quod domũ panis ſonat. tunc tandẽ uerus Melchiſedech Chriſtus dicere potuit, panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi uita. Eccl. 4. Prou. 31. Dani. 10. Eſa. 3. Johan. 6.

3. Altera huius ſacramẽti figura, fuit agnus paſchalis, quem deus præcepit Iudæis per Moyſen immolandum & manducandum, fuitq; adeo ille typus Chriſti, qui uerus eſt agnus dei, tollens etiam peccata mundi. Id ita eſſe quòd agnus ille ſignificarit Chriſtum, quomodo in cruce oblatus eſt, & adhuc quotidie offertur in ſacrificio miſſæ, præclare teſtatur Paulus, dicens: Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Quia ergo dominus uenit perficere legem, poſtquã in ultima cœna comederet agnum paſchalem ex p̃ſcripto legis, ſtatim inde hoc ipſum inſtituit ſacramentũ, quaſi uolens p hoc innuere, deſiiſſe iam agnũ typicũ. ſiquidem figura deſinat oportet, ſuperuenietẽ te ueritate quam ſignificarat. Vnde recte Paulus do- Agnus paſchalis. Exod. 12. Johan. 6. 1. Cor. 5. Matt. 5. 1. Cor. 5.

cet, uerum huius agni eſum fieri oportere, non in fermento ueteri neq; in fermento malitiæ & nequitiæ, hoc eſt, in obſtinatia Iudaica, uel hæretica perfidia, ſed in azymis ſynceritatis & ueritatis, in fide ſ. uera & catholica. Quod Lutherus, Bucerus, Blarerus, & neſcio quæ hæreticorum portenta hoc ſacramento utuntur, tantum in fermento fit, non ſynceritate aut ueritate. Pulchre de hac figura inquit Leo papa: Vt

Sermo. 7. paſche. umbræ cederent corpori, & ceſſarent imagines ſub præſentia ueritatis, antiqua obſeruantia nouo tollitur ſacramēto, hoſtia in hoſtiam tranſit, ſanguinem ſanguis excludit: & legalis feſtiuitas dum mutatur,

Manna. impletur. Tertius typus ſacramenti huius iam olim extitit manna, quo deus Iudæos in deſerto pauit an-

Exodi. 16. Ioſ. 5. nis penè 40. ita enim habet textus, quod quũ comediſſent de fructibus terræ, ceſſauit māna, nec amplius fuit eſca populo Iſrael. Multa paſſim extant in ſacris literis teſtimonia de manna, ſed non operæprecium eſt narrare ſingula, quo genere menſuræ collectum ſit, quem habuerit ſaporem, quomodo computruerit &c. Vnicum ex multis teſtem audiamus Dauidē,

Pſal. 77. ſic reſonātem: Mandauit nubibus deſuper, & ianuas cæli aperuit, Pluit illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis, panem angelorum manducauit homo, cibaria miſit eis in abundantia. Fuiſſe autē hanc figuram Chriſtus ipſe explicat, quādo hoc promiſit ſacramentum, nam & tunc huius meminit figuræ & ueritatis, dicens: Amen amen dico uobis, non

Johan. 6. Moyſes dedit uobis panem de cælo, ſed pater meus

Johan. 6. dat uobis panem de cælo uerum. hic enim eſt panis uerus qui de cælo deſcendit, & dat uitam mundo. Ecce iā hic habemus figurā mānæ Moyſi & ueritatē, pa

nem ſ. uerum qui de cælo deſcēdit, Ieſum Chriſtum. Ecce diſcrimen inter utrunq;. Omnes enim qui manducauerunt manna in deſerto, mortui ſunt, plerıq; in corpore & anima, in peccatis ſuis, eo quod nō crediderint deo in mirabilibus ſuis. (uide ibidem Cyrillum, & extende) ſed reſtiterunt deo inobedientes & murmurauerunt, ſicut Dauid cecinit: Adhuc eſcę erāt in ore ipſorū, & ira dei aſcendit ſuper eos, & occidit pingues eorum, & electos Iſrael impediuit. Quiſquis autē panem hunc cæleſtē ſumit digne, uiuet in æternum. facile eſt qualitates mannæ comparare cū hoc uenerabili ſacramento, uel eo maxime, quod nullus plus habebat quàm gomor, certam ſuam menſuram inſtar modij, etiā ſi multo plus collegerat: ita in hoc ſacramēto nihil refert maiuſculam ne an paruam hoſtiam accipias, in utraq; enim idem eſt Chriſtus, nec plus nec minus eo toto, ſicut pulchre monſtrat hiſtoria quæ contigit in Sefeld iuxta Enipontū, de nobili illo in Schloſberg, qui maiorem hoſtiam ſibi dari petebat quàm plebi, qualem ſacerdos conficit in officio miſſæ. 4. Volēs reliquas figuras obmitto, poſſem enim inducere panem ſubcineritium, quem angelus domini attulit Heliæ, is quum māducaſſet eū, ambulauit in fortitudine cibi illius uſq; ad montem dei Oreb: ſic quiſquis pane ueſcitur huius ſacramenti, is etiam dies quadraginta, hoc eſt, tempus pœnitētiæ, Auguſtino teſte, perambulabit uſq; ad montem Oreb, hoc eſt, felicitatis æternæ, quæ electis omnibus iā olim præparata eſt ante mundi cōſtitutionē. Sunt qui ex nouo etiam teſtamento oſtendāt huius ſacramenti typicam quandam figuram, ut ſic ex triplici lege habeat teſtimonium figurale: proferunt au

Pſalm. 77. 1. Corin. 10 Exodi. 16. 3. Regū. 19 Auguſtin. Ephe. 1.

tem in medium ſanguinem, qui fluxit è latere Chriſti, quum aperuiſſet illud centurio: & quãuis illa ſanguinis effuſio reputari magis poſſet ꝓ cauſa & merito uirtutis & efficaciæ huius ſacramenti (ſicut ab initio diximus) quoniam omnia ſacramenta uirtutem ſuam habent ex ipſa Chriſti paſſione: ſi autem circũſtantias ponderemus, q̃d ſanguis & aqua fluxerint è latere Chriſti iam demortui, inueniemus utiq; fuiſſe hic duorum ſacramentorum figuras, baptiſmi quidem & huius ipſius corporis Chriſti, qui in hoc uenerat, ut nos redimeret à diabolo & peccatis, per ſanguinem redemptionis, & aquam regenerationis: ſicuti filios quoq; Iſrael per ſanguinem agni paſchalis eripuit à uaſtatore, & per aquam rubri maris liberauit à perſequutoribus Aegyptijs. Poſſent in hanc rẽ plures aliæ citari figuræ, quibus ultro ſuperſedeo. ſed ut ex adductis conſtat figuris, quod & ipſæ plurimum fuerint miraculoſæ, & hoc ſacramentũ adumbrantis figuræ ueritas ſit: quis non uideat, multo magis eſſe admirandũ, quod in ſpiritu præuidit Dauid, dominum deum feciſſe in hoc memoriam ſuorũ mirabilium? Atqui ea alia non eſt, niſi hoc ipſum uenerabile ſacramentum, longe precioſiſſimus ille theſaurus, quem nobis dominus reliquit in terra. Omnib⁹ itaque uiribus enitamur chariſſimi, ut gratiæ ſuæ & meriti participes efficiamur: ſicq; tandẽ poſt huius uitæ decurſum, æternę cõſequamur gaudia uitę. Amẽ.

Sanguis & aqua.

Exod. 12.

Pſal. 110.

HOMILIA XXVII. QVOMOdo ſacramentum hoc in miſſæ ſacrificio offeratur.

In omni loco ſacrificatur & offertur nomi-

ni meo oblatio munda, quia magnum no-men meum in gentibus, Mala. I.

OMnia creauit deus dilectiſſimi, bonitatis ſuæ gratia, ita ut ipſe ſit principium, ut ait Augu-ſtinus, ſicq; omnes creaturas bonitatis ſuę fecit participes, pro ſua quamlibet capacitate. Atque hoc ſane fundamẽtum eſt, quur omnes creaturæ deum laudent ac benedicant, quoniam ipſe creator illorum eſt, ipſasq; omnes in ſuam ordinauit bonitatem tanquam ſummum bonum. Quum autem homo creat⁹ ſit tam inſigni nobilitate, ut creatura eſſet rationalis, decebat ut deũ ſublimiori ueneraretur genere cultus, puta latriæ, qui cultus eſt ſummo tãtum bono ſupremoq; mundi gubernatori tribuẽdus. Atque hic ille ritus fuit ſacrificiorum in erigendis altaribus, in adorando & omnibus ijs quæ inde tanquã ex fonte promanarunt, ſicut pulchre docet Auguſtinus. Videns hoc inimicus & hoſtis pietatis diabolus, ſicut antea propoſuerat thronum ſuum collocare in cælo ad aquilonem, ut eſſet ſimilis altiſſimo, ita & in terris ſedem ſibi conſtituere cœpit in templis & ſup altaria, ut ſe deo aſſimilaret, imò & pro deo adorari permitteret. atque ſic mundus uniuerſus idololatria replet⁹ eſt, ſicut aliàs expoſuimus. Vt autem ſibi dominus deus ſemen ſeruaret bonorum, ex omnibus totius mundi hominibus unicam ſibi delegit gentẽ Iudæorum, iuxta illud quod ad Moyſen dixit: Si audieritis uocem meam, & cuſtodieritis pactum meũ, eritis mihi in peculium de cunctis populis. Sed & ad Iſraelem ait Moyſes: Te elegit dominus deus tuus, ut ſis ei populus peculiaris de cunctis populis

De doctrina Chriſt.

Pſal. 147.

Auguſtin.

Idololatra.

Eſaię. 14.

Tomo. 1.

Exod. 19.

Deut. 7.

Deute 33. qui ſunt ſuper terram: & iamiam moriturus dixit, Beat⁹ es tu Iſrael, quis ſimilis tui popule, qui ſaluaris in domino? Atqui ut hunc etiam populum Iudæorum conſtantius in cultu retineret diuino, tot & tam uaria eis præcepit ſacrificia, holocauſta, hoſtias pacificas, oblationem pro peccatis, ſimilam quoque & agnũ paſchalem, ſicut illa ad longum deſcribũtur in

Le. 3. 4. 5. Exodo & Leuitico. Omnia autem illa ſacrificia legis oportebat ceſſare, ſicut & impia iſta gentilium ſacrificia, ſicut de oblationibus Iudæorũ in multis locis teſtantur Eſaias, Amos, Iohel & Dauid in pſalmis. Succeſſit nunc illis tot tamq́ diuerſis ſacrificijs in noua lege unicum hoc, & quidem glorioſiſſimũ ſacramẽtum corporis & ſanguinis Chriſti. Quod in ſpiritu præuidens Malachias, dixit: In omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum nomen meum in gentibus &c.

Aue Maria.

Huius equidem ſacramenti uſum putarim longe præclariſſimũ eſſe in officio miſſæ, ibi enim cõſecratur, ibi offertur, ibi à ſacerdote etiam ſumitur. Atq; in ea re non eſt aliquid controuerſum annis iam inde mille quadringẽtis, unde aliqd erroris fuiſſet exortum, donec nunc tandem his periculoſiſſimis temporibus à Chriſto & apoſtolis prædictis, neſcio qui

1. Tim. 4. 2. Tim. 3 1. Pet. 3. heri aut nudiuſtertius nati neochriſtiani, ſanctum illud atq; adeo unicum eccleſiæ ſacrificium impugnare tentarint, aduerſus uniuerſalẽ catholicæ eccleſiæ uſum, aduerſus manifeſtiſſima utriuſq; teſtamẽti ſcripta, aduerſus conſtantiſſima ſanctorum patrum ab eccleſia receptorũ teſtimonia, aduerſus ſancta & à ſancto ſpiritu adminiſtrata cõcilia. Vt ergo uos quoq;

in hac fidei parte confirmemini, nec aliquam etiam leuiſſimam erroris ſuſpicionem hic apud uos habeatis, ecce nunc diuina fauente clementia, ipſis ſacrarũ literarum teſtimonijs docebimus, in officio miſſę ſacroſanctum illud corporis CHRISTI ſacramẽtum pro uiuis & defunctis offerri.

1. Prius tamen quàm ad locos pro defendendo miſſæ ſacrificio perueniamus, inducenda quædã uidentur ad hanc rem nõ parum profutura. Principio itaque ſi diligentius cõtemplemur cœnam dominicam, & quid ante ac poſt eam factum ſit, uidebimus Christum ſeſe tripliciter obtuliſſe: primum typice in agno paſchali ex ritu legis, erat enim ille typus ſuæ oblationis tam in cœna quàm in cruce conſummatæ, atque ſic typice Chriſtus oblatus eſt in omnibus ueteris teſt amenti ſacrificijs. Manducauit autem & Chriſtus utique agnum paſchalem cum diſcipulis ſuis, atque ex more Iudaico antea obtulit, ſicut per Moyſen fuerat præceptum, & hoc modo finem impoſuit ſacrificio ſimul & ſacerdotio, ut quemadmodum agnus ille paſchalis primum fuerat in lege Moſaica ſacrificium, ita eſſet & poſtremum. Matt 26. Luc. 22. Chriſtus ter oblat⁹. Exod. 12.

Deinde obtulit ſe dominus per modũ ſacramenti, quando hoc uenerabile inſtituit ſacramentum, q̃d ille utique in ſua benedictione obtulit, ut ſicut uetus ſacrificium pariter & ſacerdotium in hac ultima cœna finem acceperunt, ita eodem ille rurſus tempore ſacrificium nouum, nouumq́ inſtitueret ſacerdotiũ, dicens: Hoc facite in meam commemorationem. Eodem reſpexit & Paul⁹ quum ait, Aufert primum, ut ſequens ſtatuat. Quod ſi ſacerdotium inſtituit nouum, nouum quoq; oporter ſacrificium ordinarir, Luce. 22. Heb. 10

quoniam tria hæc paribus paſſibus ingrediuntur ue luti ſe mutuo comitantia,lex,ſacrificium & ſacerdo-
Heb.7 tium: ſicut de lege dicit Apoſtolus, Tranſlato ſacerdotio,oportuit & tranſlationem legis fieri.

Tertio,ut uictima ſe obtulit dominus Ieſus in ara crucis ad redemptionem uniuerſi mundi,iuxta pro-
Iſa.53. phetiam Iſaiæ:Oblatus eſt,quoniã ipſe uoluit.& inter multa quæ ad Hebræos ſcripta reliquit apoſtol9
Heb.5. Paulus,ſic dicit:Qui in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationesq́ ad eum,qui poſſit illum ſaluum facere à morte, cum clamore ualido & lachrymis offerẽs, exauditus eſt pro ſua reuerẽtia.& inde, hoc fecit ſe-
Heb.7. Heb.8. mel ſeipſum offerendo.Rurſus quoque,quanto magis ſanguis Chriſti qui per ſpiritumſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum deo?

Omnia hæc eo magis ſunt ponderanda,quod qſquis illa penitus capit, facile uidet quàm uera ſit eccleſiæ ſententia,quàm ſanctus uſus circa miſſæ ſacrificium. Vt autem ueritas hæc omnibus magis ac magis innoteſcat,adhuc diligentius ſcripturarum teſti-
Lucę 22. monia euoluem9.ita enim Lucas ait:Appropinquabat dies feſtus azymorum qui dicitur paſcha. & infra,Venit autem dies azymorum in qua neceſſe erat occidi paſcha. hæc ne Iudaicum tantum ſapere ſenſum uideantur,ſed quod & ad Chriſtum pertineant, facile colligimus ex Matthæo & Iohanne. apud il-
Matt.26. lum enim ſic ait Ieſus diſcipulis ſuis: Scitis quia poſt biduum paſcha fiet, & filius hominis tradetur ut cru-
Iohan. 13. cifigatur.hic autem in hæc uerba prorumpit, Ante diem feſtum paſchæ ſciens Ieſus quia uenit hora eius, ut tranſiret ex hoc mundo ad patrem.Paulus quoq; teſtatur paſcha noſtrum immolatũ eſſe Chriſtum.

Norunt autem qui in ſcholis uerſantur homines eru diti, peſah ſiue paſcha proprie in natiuo idiomate dici tranſitum, inde ſumpta origine, quãdo angelus domini primogenita occideret Aegypti, conſpicatus poſtes ædium eſſe ſanguine cõſperſos, trãſibat inde. Et nos ſi penitus introſpiciamus uerba euãgeliſtæ, uidebimus aperte Chriſtum uerum illum eſſe & euangelicum agnum paſchalem, qui diebus azymorum debebat occidi. filius enim, inquit, hominis crucifigetur. Volens nimirum ſic finem imponere figuris, & myſterium illud ſanctum tanquã uerus Meſſias inſtituere, unde Paulus ait, legem umbram tantum habuiſſe futurorum bonorum. Vt iam non deceat ambigere quenquam, nos nunc uerum habere agnum paſchalem in hoc ſacramento Chriſtum dominum: illudq; nõ minus nũc oportet offerre, quàm olim offerebatur in ueteri teſtamento, aliàs eccleſia pauperior eſſet quàm ſynagoga: ſiquidem & agnus paſchalis primum offerebatur, deinde manducabatur, ſicut & in alijs fiebat ſacrificijs, quod ex Leuitico & alijs libris ſatis cõſtat. Eò facit quod ſacerdos hoc ipſum intendens, proponit in miſſa per uerba Iohannis, quum dicit ante communionem, Agnus dei qui tollis peccata mũdi, miſerere nobis. His latius confirmandis multa poſſent adhiberi, ſed ſufficiãt illa. oblatum enim fuiſſe etiam olim agnum paſchalem, manifeſte teſtatur ſcriptura, dicens: Victima trãſitus domini eſt. & alio loco ſic habet, Immolabis phaſe domino deo tuo.

1. Cor. 5.
Exo. 12.
Chriſtus in cœna.
Leuit 6.
1. Reg. 2.
Iohan. 1.
Exo. 12.
Deut. 16.

5. Quum igitur euangelium de huius ſacramenti inſtitutione ꝓprie in ſuo ſaluberrimo ſenſu expenditur, apparebit omnino dominũ, quũ dixit ad apo-

ſtolos,hoc facite in meam commemorationem,uoluiſſe,ut in eccleſia ſua ſancta permaneret iugis & perpetua ſui ſacrificij memoria uſq; ad conſummationem ſeculi:& quia ſcripturæ ſacræ intellectus ex præcedentibus debet & ſequentibus uerbis erui,hic quoq; ex omnibus circunſtantijs colligimus idipſum uoluiſſe Chriſtum ijs uerbis,quaſi dixiſſet:Multa hactenus habuiſtis in ueteri teſtamento ſacrificia,ex ijs etiam præcipuum & ſolēne illud agni paſchalis:at ego q inſtitutor ſum & dator nouæ legis,ecce quia nunc uetera trāſierunt omnia, cunctaq; iam innouata,hic nouum quoq; ſacrificium uobis inſtituo,quod uetera omnia adimplet.hoc ergo iam facite in meā commemorationem, ad rememorationem meæ paſſionis,& cōſummandæ per paſſionem oblationis, quæ jamiam inſtat.Nouum itaq; illud ſacrificiū facite & uos noui ſacerdotes in mortis meæ memoriā. Hinc iam liquet,quàm non careat errore,quid turpiter ſomniāt neochriſtiani & temerario affirmāt, miſſam non tantum eſſe memoriam Chriſti ſuæq; paſſionis & mortis,ſed & ultimæ cœnæ,unde & miſſam cœnam nominant,quum tamen hoc & rationi aduerſetur,& uniuerſę ſcripturæ.Quod enim hoc magnum eſſet myſterium, cogitare Chriſtum cum diſcipulis ſuis cœnaſſe,atq; ibi agni carnes māducaſſe,uinumq; bibiſſe? Quæ foret iſthæc mentis in deum eleuatio? Aliter nos docuit Paulus,inquiens: Quotieſcunque manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem domini adnunciabitis donec ueniat.

Auguſtin. de doct. chriſ. — *Miſſa non cœna.* — *Ridendi Lutherani.* — *1.Cor.11.*

Myſteriū porro hoc diuinitus didicit Paulus, unde nemo inficias ire poterit aut uel minimum reſiſte, re tam manifeſto ſcripturæ teſtimonio:ſiquidē miſ-

ſa, repetita illa commemoratio eſt,non utiq; cœnæ dominicæ,ſed paſſionis Chriſti & mortis, in qua ille ſe pro peccatis obtulit totius mundi. Vt iam irrefragabile ſit,miſſam, paſſionis Chriſti ſubinde ingeminatã eſſe memoriã,ſicut idipſum uniuerſus ueſtium habitus,imò & geſtus omnes in miſſa deſignant,(uide in paſſione ex Gabriele.) Tom.ii

4. Atqui hic mihi uideor audire neſcio quẽ ex neochriſtianis prorũpentem & inclamãtem: Quod ſi miſſa commemoratio tantum eſt paſſionis & oblationis Chriſti, ipſa utiq; non erit ſacrificium:ſiquidem rei alicuius eſſe memoriam,& rem ipſam,nonne diſſentiunt? ſicut & Cæſar aliquis pictus, Cæſar non eſt.

Audio te homo mi,etiamſi modeſtior eſſes:ſed tu quod ignoras,uel ſciens diſſimulas,en diſce.Neceſſarium utique eſt,ut in eccleſia ſit memoria paſſionis & mortis Chriſti:ſed lõge aliter eſt memoria illa in miſſa & in alijs rebus,puta figuris & ſimilibus. Id ut intelligatur ab omnibus,norit quilibet Chriſtianus, quod extra ſpirituale ſacrificiũ,quod utique conſiſtit in munditie cordis, in humilitate & deuotione orationis, & in caſtigatione propriæ carnis, ſicut Paulus Romanos docuit,ut ſeipſos deo exhibeant hoſtiam uiuam & acceptabilem domino. Extra oblationẽ illam munerũ,quę quilibet pro gratia ſibi collata confert uel in xenodochia,uel leproſorũ ſuſtentationẽ, uel templorum ſtructuras,uel in cultum diuinum iuuandum,ſicut ab origine multi per legem naturæ & Moſaicam atque in euãgelio obſeruatum eſt. Extra utrũque illud ſacrificij genus,prima eſt uictima euangelica Chriſtus ipſe dominus noſter, quomodo ſe

Sacrificium ſpũa.

Rom. xii

Uictima Chriſti.

obtulit in cruce pro peccatis totius mundi. Atque ea
Roma.8. oblatio ſemel tantum facta eſt, quia Chriſtus reſur-
rexit à mortuis, neq; moritur amplius. de hac oblati
one ſæpe loquitur Paulus ad Hebręos, ſubinde affir-
mans ipſam ſemel tantummodo eſſe cōſummatam:
Heb.7.9.& 10. ait enim, per ſanguinem proprium ſemel introiuit in ſancta, æterna redemptione inuenta. Et iterū, Chriſtus, inquit, ſemel oblatus eſt ad multorum exhauriendapeccata. Rurſus in alio loco: In qua uoluntate ſanctificati ſumus per oblationē corporis Ieſu Chriſti ſemel. Neq; multo poſt, Vna oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos.

Sacrificiū ſacramentale Chriſti. Alterum porro ſacrificium euāgelicum etiam eſt corpus ſacratiſſimum Chriſti, non ſic quidem, quod oporteat eū rurſus mori ut antea in cruce, ſed in myſterijs ſacramenti. Vt quemadmodum in ueteri teſtamento offerebatur typice, in cruce uiſibiliter & realiter, ita nunc in eccleſia offeratur ſacramentaliter. atq; hoc multis modis oblationem ſuperat ſynagogæ, & tamen inferius eſt oblatione Chriſti facta in cruce, unde & Græci ſacrificiū uocant incruentum, ἀναίμακτον ἱερουργίαν, quod nō perficiatur ſanguinis effuſione. Habet autem iuge & perpetuum hoc eccleſiæ ſacrificium uirtutem & efficaciam ſuam à Chriſti oblatiōe in cruce: quapropter eccleſia eleuato in miſſa ſa

Canon. cramēto, ſic incipit orare: Memores domine nos ſerui tui, ſed & plebs tua ſancta, Chriſti filij tui domini noſtri tam beatę paſſionis, necnon & ab inferis reſurrectionis, ſed & in cælos glorioſæ aſcenſionis, offerimus præclarę maieſtati tuæ de tuis donis ac datis hoſtiā purā, hoſtiā ſanctā, hoſtiam immaculatam.

Meminit inde ſacrificiorum Abel, Abraæ & Mel

chiſedech,atq; ſubiungit,Supplices te rogamus omnipotens deus,iube hæc perferri per manus ſancti angeli tui in ſublime altare tuum, in conſpectu diuinæ maieſtatis tuæ. Quid ſibi obſecro uult ijs & alijs uerbis eccleſia aliud,niſi quia ſanctiſſimæ trinitati proponit corpus Chriſti & ſanguinem,atq; utrũq; in myſterijs offert,ſubinde mentionem faciẽs paſſionis & mortis Chriſti,ſuæq; oblationis in cruce?

Sicut enim Chriſtus uult nos hoc ſacramento uti in ſui memoriã,ita eccleſia repræſentatiue paſſionem Chriſti uelut innouat coram deo, ut is uel hoc modo magis ſit nobis miſericors & propicius. proinde eccleſia in quadam oratione ſecreta ſic orat:Concede nobis quæſumus, ut quoties huius hoſtiæ commemoratio celebratur, opus noſtræ redemptionis exerceatur. Atq; in ipſa etiam miſſa non ſimplex eſt repræſentatio dominicæ paſſionis,ſed ea ſic trinitati offertur in ſacrificio miſſę,ſicut & operatio paſſionis Chriſti influit ac in bonũ ꝑuenit uniuerſis eccleſiæ mẽbris. Quũq; eccleſia q̃tidie ſuſcipiat fructum paſſiõis Chriſti, ideo q̃tidie miſſę ſacrificiũ celebrat, iuxta illud Auguſtini:Accipite q̃tidie q̃d q̃tidie ꝓſit. cui cõſentit & hoc Ambroſii uerbũ:Si ſanguis Chriſti effuſus eſt in remiſſionẽ peccatoꝝ,ſemꝑ debeo accipe,q ſemꝑ debeo habere ꝓ peccato medicinam.

Dominica 9 poſt pentecoſt.

De verbis Domini Ambro.

5. Vt autem quæ cœpimus dicere,tandem finiamus (uide lib.1.c.10.de ſacrificio miſſæ)ſacramẽtum hoc q̃druplicẽ habet uſum in eccleſia:primũ eñ memoria tantum eſt paſſiõis Chriſti & non oblatio: ut quum prophanus quiſque tempore paſchali uel etiam quilibet infirmus ſuſcipit illud. Secundo conſideratur hoc ſacramentum ut oblatio tantum,idque

factū eſt in cruce die paraſceues, ubi Chriſt⁹ ſeipſum obtulit ſacrificium pro nobis & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis.

3. Eſt ſola quædam repræſentatio paſſionis Chriſti ſine ulla oblatione, fit hoc in die paraſceues, quando nulla miſſa celebratur.

4. Vſurpatur inſuper ſacramētum hoc & memoria & repræſentatio paſſiōis ac mortis Chriſti, ſimulq́; ut ſacrificium, atque id quotidie fit in ſacrificio miſſæ per uniuerſum orbem Chriſtianum, ubi nomen dei magnum nūc eſt inter nos qui antea eramus gen-

Mal. 1. tiles: atque ſic nomini dei ſacrificatur & offertur oblatio munda, ſacratiſſimū corpus domini Ieſu. Eſtq́; hæc præclara ex multis operibus dei in nos miſericordia, quam in hoc nobis contulit, quod ille unigenitum filium ſuum nobis dedit, imò donauit, ut iam eccleſia eum quotidie poſſit rurſus offerre deo patri, & quanuis hoc ipſum faciat quotidie, tamē filius dei

Roma. 8. ſemper eſt eccleſiæ, dicente Paulo: Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo om̄ia nobis donauit? Om̄i igitur cum humilitate nos præparemus, ut fructuum huius ſacrificij ſancti in miſſa participes efficiamur, ſicq́; gratiam & gloriam impetremus à domino deo, AMEN.

HOMILIA XXVIII. DE SAcrificio miſſæ.

In omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio mūda, quia magnum nomen meum in gentibus, Mal. 1.

SVperiori homilia dilectiſſimi in domino,diximus ſacrificiũ huius ſacramenti in officio miſſę offerri pro omnibus ordinibus totius Chriſtianiſmi,pro uiuis adeo & defunctis. Id autem quum impugnent nouatores iſti & fidei noſtræ & ſacramentorum omnium, quanuis cuilibet uere pio homini ſatis eſſe debeat unanimis ille & quidẽ conſtantiſſimus totius eccleſiæ conſenſus, age uerbo dei tamen inuiſibili id fortius adſtruamus. Primus itaque nobis teſtis adeſto diuine Malachia,& da teſtimonium huic ſacramento.Ecce non eſt mihi, inquit dominus, uoluntas in uobis,& munus non ſuſcipiam de manu ueſtra:Ab ortu enim ſolis uſq; ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur & offerẽ nomini meo oblatio mũda,quia magnum eſt nomen meum in gentibus,dicit dominus exercituum. Propterea hic qa ex omnium aliorum numero eſt ultimus,ideo paulo manifeſtius expreſſit hoc ipſum ſacrificium miſſæ,& nõ immerito utimur hoc loco tanquam ſcuto aduerſus hęreticorum tela:ſiquidem iam olim ante mille & centum annos eodem uſus eſt,beatus Auguſtinus contra Iudæos,pro defendenda huius ſacramenti oblatione.Nunc ipſa prophetæ uerba ponderemus,uideamusq; quàm aperte & luce meridiana clarius ꝓbent ſacrificium miſſæ. Præuidit ille principio in ſpiritu repulſam Iudæorum, quos nunc ipſi quoque uidemus toto terrarum orbe exules:ideoq; dixit ad eos, Non eſt mihi uolũtas in uobis,quaſi dicat,nolo uos, alium mihi iam porro deligam populum ex gentibus collectum. Impleuit hanc prophetiam Paulus quum diceret Iudæis:Vobis oportuit primum loqui

Miſſa ſacrificium.

Mal. 1.

Auguſtin.

Actu. 13.

P

uerbum dei,ſed quia repellitis illud,& indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes, ſicut præcepit nobis dominus. Meritoq́ꝫ id factum eſt,quoniam nolebant eſſe dei, quem coram Pilato
Joh. 19. abnegabant.dicẽte enim illo,Ecce rex ueſter: reſponderunt,Regem nõ habemus niſi Cæſarem. Vnde qs iam miretur amplius, quod Iudæos reiecerit deus, quem ipſi antea nolebant agnoſcere dominum? Deinde commemorat hic propheta,futurum eſſe ut ceſſarent ſacrificia Iudæorum,dum ait: Munus non ſuſcipiam de manu ueſtra. Id iam conſummatum eſſe in Iudæis quis non uidet? quando omnibus legalib⁹ deſtituti ſunt ſacrificijs,impleta nimirum nunc pro-
Oſee.3. phetia Oſeæ dicentis,dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine rege,& ſine principe,& ſine ſacrificio, & ſine altari,& ſine ephod,& ſine theraphim. Hoc iam teſtatur experientia completum, ſicut idem dominus per alios prophetas prædixerat,ut Iſaiam,Amos,Iohelem &c.

Ad hæc ſubiungit propheta gentium quoque uocationem,quum ait:Ab ortu ſolis uſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, ſicut antea magnum fuerat nomen domini inter Iudęos,ita hic uaticinatur eſſe futurum,ut ſit etiam magnũ in gentibus.de gentium autem uocatione plura uide tom. 1.Poſtremo teſtatur,nouum ſubſtituendum eſſe ſacrificium euangelicum illud.ait enim,In omni loco ſacrificatur & offertur mihi oblatio munda. Iam ſi præcedentia conferamus,quomodo deus repulerit & reiecerit à facie ſua Iudæos,& in eorum locum uocauerit gentes,quodq́ꝫ abrogarit Iudæorum ſacrificia,quibus ſucceſſerit illud nouum,non aliud utique

niſi ſacrificium miſſæ, ſacrificium illud mũdum, quia agni immaculati dei, qui tollit peccata mundi. nemo enim alius uenit in mundum mundus, præter dominum, qui & præſeruauit matrem ſuam Mariam. ſacrificium hoc in omni loco per uniuerſum Chriſtianiſmum offertur, ſacrificium illud iuge, externũ, unicus Chriſtianorum theſaurus, ut infra latius dicetur, & manifeſte idem quoque legere eſt apud Tertullianum contra Iudæos. Iohan.1. Tertul.

Deum immortalem, quantum deſudarunt, quãq́ anxie laborarunt neochriſtianorum prædicatores, imò ſeductores, in hoc textu dilaniando, quorum tamen nullus cum alio conuenit (ut ipſe uicinis meis Memmingenſibus aliquando fraterna pietate motus ſcripſi, quanuis cum exigua fruge, quia nolebant uidere, ſed cum cæcis prædicatoribus maluerunt turpiter errare.) Poſſum hic quoque rem hanc in longum extendere ex Zuinglij, Oecolampadij, præpoſitorum Nurenbergenſium, Blarer & Lamperti, aliorumq́ erroribus, ſed quur pias catholicorum aures offenderem? (uide prǽfatam admonitoriam ad Mẽmingenſes, & lib. 1. de ſacrificio miſſæ.) Memmingen.

2. Iuuat in huius prophetæ teſtimonijs aliquanto diutius immorari, audire itaque ne pigeat, quæ ille ſubiungit poſtquam de aduentu Meſſiæ fuerat loquutus. ſic enim ait de Chriſto: Sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurum & argentum, & erunt domino offerentes ſacrificia in iuſtitia, & placebit domino ſacrificium Iuda & Hieruſalem ſicut dies ſeculi, & ſicut anni antiqui. Quid obſecro dicere poterat Mal.3.

apertius de ſacrificio hoc euangelico, quàm quum dicit, Chriſtus ille Meſsias purgabit filios Leui, hoc
Hierony. eſt, euãgelicos ſacerdotes, ut exponit Hieronymus, qui non uitulos & ſanguinem hircorum, ſed ſacrifi-
Gloſſa. cia offerent iuſtitiæ, ſ. euchariſtiam, uirtutes omium ſacrificiorum in ſe continentem. Itaq; etſi plurimum commendauerat propheta ſacerdotium ſynagogæ
Mal. 2. in capite ſecundo, hic tamen oſtendit Chriſtum longe ſublimius & dignius ſacerdotium eſſe præparaturum, per hoc quod ait, eum colaturum atque purgaturum ut argentum & aurum. Teſtatur inſuper & ſacrificium hoc melius & præſtantius fore, quàm illud in lege, quia erit ſacrificium in iuſtitia, non iuxta ritum Aaronis & poſteritatis ſuæ, ſed ſecundum ordinẽ Melchiſedech, ex antiq̃, ſub ſpeciebus panis & uini, ſicut huius mentio quoque fit in canone. Omnia
Dan. 12. hæc ad longum induco in admonitiõe ad Memmingenſes, & de ſacrificio miſſæ cap. 5.

5. Accede & tu uir deſideriorum Daniel ſanctiſſi-
Miſſe ſacrificium iuge. me, da teſtimonium huic euangelico ſacrificio. Tu enim quum prophetiam haberes de diebus nouiſſimis non ſatis intellectam, audiuiſti utiq; ex angelo, quoniam eligentur & dealbabuntur, & quaſi ignis probabuntur multi, & impie agent impij. Porro docti intelligent, & à tempore quum ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem, dies mille trecentos trigintaquinque.

Implendam autem hanc quoque prophetiam teſtatur Chriſtus apud Matthæum, atque hinc manifeſte
Matt. 24. conſtat, quomodo iuge ſacrificium Chriſtianorũ, quum aduenerit abominatio deſolationis ſub tempus Antichriſti, iacebit & undiq; deſinet. Hoc illud

eſt,quod peruerſi iſti prædicatores negant miſſam eſſe ſacrificium,ut ſic miſſam tandem omnino aboleant,præcurſores Antichriſti & internűcij ſathanæ, quoniam in particularibus eccleſiis hoc moliuntur, quod Antichriſtus in omnibus attentabit.

Multoq; adeo magis hoc iam faciunt recentes Capharnaitæ Zuingliani & ſacramentarij,quàm Lutherani,dum & panem ſuum piſtorium pro ſacramento manducent. Hæc iſta omnium certiſſima abominatio eſt deſolationis. De illis porro prophetæ uerbis & euangelio Chriſti plura inuenies tomo ſecundo de tempore,ſimiliter in admonitione noſtra ad Memmingenſes,ne abominabile ſuſcipiant opus abrogandi miſſam. Zuingliani

4. His ueteris teſtamenti teſtibus ades & tu fideliſſime teſtis Paule,qui ex tertio cælo diuinam ſcientiam nobis attuliſti. Ecce autem ille ad Hebræos ſic dicit,Omnis pontifex ex hominibus adſumptus, ꝓ hominibus conſtituitur in ijs quæ ſunt ad deum, ut offerat dona & ſacrificia pro peccatis. Quod ſi ergo pontificis hoc munus eſt offerre pro peccatis,& pontificatus ille externus non deſiit etiam in nouo teſtamento,ſed digniori eſt commutatus, itaque etiam num hodie ſummus ſacerdos externum debet habere & adminiſtrare ſacrificium. Atque illud in eccleſia unicum eſt, puta ſacratiſſimum hoc corporis Chriſti. Poſſent huiuſmodi multo plura citari teſtimonia, ex Iſaia,Sophonia,Dauide,libris Regum &c. cuique homini pio ea quæ adduximus,ſufficientem debent facere fidem. Heb.5.

5. Et tamen ut manifeſtiſſime conſtet,rem hanc undequaque eſſe firmatam conſtantiſſime, ex ſacris

etiam doctoribus teſtimonia adducemus, quib⁹ utique tam in uita quàm doctrina propici⁹ ſemper adfuit deus, & poſt mortem ipſos innumeris illuſtrauit miraculis. diuus Ignatius beati Iohannis diſcipulus, ad Smyrnenſes ſic ſcribit: Non licet ſine epiſcopo neque ſacrificium immolare, neque miſſas celebrare. En fidum tibi teſtimonium de ſacrificio miſſæ.

Ignat. Clemens quoque idem & papa & martyr: In alijs, inquit, locis ſacrificare & miſſas celebrare non licet, niſi in ijs in quibus epiſcopus iuſſerit. loquitur ibi de eo, quod niſi in locis ſacris miſſa celebrari non debeat. (licet uerba illa, in exemplari Auguſtę excuſo ſint fraudulenter prætęrmiſſa.) Ita nimirum neochriſtiani nqn poſſunt euangelium ſuum defendere, niſi & libros corrumpant optimorum quoque patrum, ſicut præclare Hieronymus Empſerus ſacræ & benedictæ ſemper memoriæ, docuit, Lutherum pluſquam in 400. locis nouum teſtamentum corrupiſſe. Et ò interim hominem illum euangelicum, euangelij ſcilicet doctorem ſtrenuum, potius errorum ſatorem ac ueritatis corruptorem. Inſuper ſacrificium affirmat & approbat ex ueteribus etiam Irenæus Polycarpi diſcipulus, qui & ipſe ſectator fuit Iohannis euangeliſtę. is enim ſic ait, Chriſtus noui teſtamēti nouam docuit oblationem, quam eccleſia ab apoſtolis accipiens, in uniuerſo mundo offert.

H. Emſer.

Irenęus.

Li. 2. epiſt. 3 Præterea Cyprianus quoque epiſcopus & martyr ad Cæcilium ſic ſcribit: Admonitos nos ſcias, ut in calice offerendo dominica traditio ſeruetur, neque aliud fiat à nobis, quàm quod pro nobis dominus prior fecit, ut calix qui in commemorationem eius offertur, mixtus uino offeratur. Epiſtolæ huius memi

Lib 4. c. 2. de doct. Chriſt.

nit etiam Auguſtinus,ipſamq́ꝫ commendat,unde facile tuebimur ſacrificium eſſe in miſſa,deinde in calice uinum aqua eſſe permiſcēdum,quanuis id Luther ſolita tantum temeritate motus, pertinaciter negat & fieri uetat.

Poſſem hic plures inducere doctores, Auguſtinū, Chryſoſtomum, Ambroſium, Origenem, Baſiliū & ſimiles,ſed breuitatis ſtudio uolens pertranſeo. Atqꝫ ut tandem finiam,quandoquidem eccleſia catholica ab ipſis iam inde temporibus apoſtolorum per uniuerſum mundum in hodiernū diem cum debita pietate & reuerentia,ipſo ſuo iugi uſu confirmās, credit in miſſa ſacrificari. Admoneantur hic catholici ſacerdotes cū magna deuotiōe ibi offerre ſacratiſſimum corpus & ſanguinem Chriſti,iuxta præceptum Chriſti in apoſtolis ſuis,& per eos omnibus relictū presbyteris,quando dixit,Hoc facite in meam cōmemorationem,hoc eſt,quod ego feci,& uos facite,conſecrate,offerte &c. Ideo enim & altare habemus,iuxta ſententiā Pauli.altare aūt tā Græcis q̄ Hebræis affirmantibus,ab offerendo nomen habet,θυσιαστήριον. Heb.13.

Vbicūqꝫ ergo miſſam pie celebāt ſacerdotes,& eandē deuote audiūt aſtantes alij,pfecto & hic gratiā,& illic gloriam æternam habebunt à dño deo, Amen.

HOMILIA XXIX. QVA OBIECtiones contra miſſæ ſacrificium diluuntur,& idipſum confirmatur.

In omni loco offertur. Mal. I.

QVis dubitet iuxta præceptū Chriſti de offerendo ſacrificio in ſui memoriam datum & iniunctum apoſtolis, eos paruiſſe, quos & Lucas Luc.22.

Actu. 2. affirmat in actis perſeueraſſe in doctrina apoſtolorũ & communicatione & fractione panis & orationibus: formam autem celebrandæ miſſæ ſine dubio

ſ. Petrus miſſam legit. Petrus cum reliquorum apoſtolorum conſilio, tanquam caput eorum & ſupremus à Chriſto doctor

Hugo. conſtitutus, in ordinem redegit, ut Hugo meminit in libro de ſacramentis, affirmans, principio tres tantum oratiões in miſſa dici ſolitas. Reliqui doctores putant, Petrum primam miſſam publice Antiochiæ celebraſſe, quando tanta hominum multitudo con-

Actu. 11. Lib. 2. de eccl. hiſt. uerſa eſt ad fidem, ut ibi primum cœperint dici Chriſtiani, ſicut Lucas affirmat, & poſt eum Euſebius.

Iſidorus. In eadem ſententia eſt Iſidorus epiſcopus Hiſpalenſis, quum ait: Ordo miſſæ quibus oblata deo ſacrificia conſecrantur, primo à ſancto Petro eſt inſtitutus, cuius celebrationem uno eodem'que modo uniuerſus peragit orbis. Ordinem autem illum ſcripto primus complexus eſt Iacobus epiſcopus Hieroſolymitanus, quemadmodum teſtatur ſextum cõcilium

De conſ. diſt. 2. Iacobus. Conſtantinopolitanum, quanuis ea forma deinceps dilatata amplius eſt in eccleſia Græca per Baſilium & Chryſoſtomũ, ſicut & uarij generis cantica addita ſunt & hymni laudum in eccleſia latina, q̃uis maior pars canonis ab apoſtolis eſt cõſtituta & derelicta.

Sicut ergo Petrus miſſam primus celebrauit Antiochiæ, deinde Romæ, & Iacobus Hieroſolymis, Marcus uero in Alexandria, ita & ſ. Andreas in Achaię ci-

Philaletus cap. 39. uitate Patras, ut ſacerdotũ ordo uniuerſus affirmat, q hoc & uiderũt, & per uniuerſum Chriſtianiſmum deſcripſerũt, in hunc modum: Quoniam Aegeas dixit ad beatum Andream, Niſi hoc conſentias, ut ſacrificium dijs omnipotentibus offeras, in ipſa cru-

ce quam laudas, te fuſtigatum affigi præcipiam. Andreas reſpondit: Omnipotẽti deo qui unus & uerus eſt, ego omni die ſacrifico, non thuris fumum, non taurorum mugientium carnes, nec hircorũ ſanguinem, ſed immaculatum agnum quotidie in altari crucis ſacrifico, cuius carnes poſtquam omnis populus credentium manducauerit, & eius ſanguinem biberit, agnus qui ſacrificatus eſt, integer perſeuerat & uiuus, & quum uere ſacrificatus ſit, & uere eius carnes manducatæ ſint à populo, & uere ſanguis eius hauſtus ſit, tamen (ut dixi) integer permanet, & immaculatus, & uiuus.

Nonne hæc tibi ſanctiſſimi apoſtoli uerba uidentur inſtar ualidiſſimi arietis perimere uniuerſam ſacramentorum hæreſim? ſiquidem non ſemel hic beatus Andreas affirmat carnes Chriſti uere manducari. infringunt eadem & errorem eorum, qui negant miſſam eſſe ſacrificiũ, quoniam conſtãter in ijs aſſerit apoſtolus, à ſe quotidie ſacrificari agnum immaculatum & uiuũ Chriſtum. Satisfaciant hæc pijs hominibus & uere Chriſtianis, aliàs eſ͂m longius q̃ per decem homilias materiam hanc poſſem explicare.

2. Sed quum peruerſi iſti doctores miſerrime ſacram ſcripturam dilaniantes, fucatis uerbis conẽtur ſimplices à uera fide ſeducere in errores ſuarum hæreſum, ut illorum quoque rationem habeamus, age nunc fraternæ admonitionis gratia, hac una homilia iſtorum calumnias diluamus, quibus nihil præualere poſſunt aduerſus eccleſiam Chriſti: & quanuis hic mihi mos nunq̃ fuerit inter prędicandum, multa diſputare, & ultro citroq; adductis argumẽtis uelitari, eo q; non perinde omnia obſeruãt ſimplices, quæ

pro qualibet parte uel affirmentur uel negentur, atque ſic confunduntur: hic tamen ineuitabilis me urget neceſſitas, ut cogar argumenta quæ iſti in dies obijciunt catholicis, diſſoluere, ad fidei noſtræ defenſionem. Quid igitur faciam? Sane diuina adſiſtente clemẽtia, hac uia incedam, ne quis ex ſimplicitate dicta uel cõtradicta min⁹ recte intelligat uel ijs offendatur. Neochriſtianorum itaq; obiecta per modũ interrogationis proponam, ut magis intelligatis.

Chriſtus ſemel offertur. Heb. 10.

Principio quæro, quum Chriſtus quotidie ſub ſacramẽto offertur in ſacrificio miſſæ, idq́; ſæpius una die, quotquot tandem miſſæ celebrãtur, quid eſt q̃d Paulus toties ait ad Hebræos, Vna oblatione conſummauit in æternum ſanctificatos? ſanctificati aũt ſumus per oblationem corporis Chriſti ſemel, ſæpius quoq; hoc ipſum repetit in ea epiſtola Paulus, & conſimiles locos iam ſupra induximus. Inde ſi iam quærat catholicus quiſpiam, quomodo eccleſia q̃tidie offerat Chriſtum, quẽ Paulus perhibet ſemel tantum eſſe oblatum:

Audi nũc uiciſſim: Verum quidem hoc eſt, quod Chriſtus ſeipſum tantum ſemel obtulit in ara crucis, proprium ſuum effundendo ſanguinem, ubi & dimenſiue oblatus eſt, fuitq́; holocauſtum per amorem, pacificum per effectum, peccatum per obiectũ circa quod &c. ibi enim operatus ille eſt redemptionem generis humani, omniaq́; adeo pacauit in ſanguine ſuo quæ in cælis ſunt, & quæ in terris. ſicut autẽ ſemel oblatus eſt in cruce realiter in proprio corpore, ita nunc quotidie offertur modo quodam incruento in myſterio huius ſacramenti, ſicut ſupra ſatis edocuimus, ut nihil amplius reſideat circa hanc

Coloſ. 1. homil. 26.

quæſtionem dubitationis,quoniam quod ſemel oblatum eſt in precium,iugiter adhuc offertur in myſterio.ſic enim Chriſtus perſeuerat ſacerdos ſecundũ ordinem Melchiſedech in æternum. Pſal.109.

5. Rurſus quæritur,quum miſſa ſit teſtamẽtum Chriſti, iuxta illud, Hic eſt calix noui teſtamenti in meo ſanguine,teſtamẽtum autem promiſſio eſt hominis morientis,facta hæredibus de bonis ſuis: hæreditatem porro hanc Chriſtus demõſtrauit,quum dixit,fore ut corpus ſuum tradatur,& ſanguis effundatur in remiſſionem peccatorum: ſi ergo miſſa eſt remiſſio peccatorum nobis à deo facta, quomodo poterit eſſe ſacrificium? Luce. 22.

Reſpondetur, & ſi huius ſacramenti inſtitutio & reliqua quæ circa eam contigerunt,poſſent comparari teſtamento,ipſa tamen in ſe miſſa teſtamentum non eſt,ſed magnum quoddam noui teſtamẽti myſterium.ſiquidem à ſymbolis non ſumitur efficax argumentum, niſi in eo in quo tota conſiſtit ſymboli ſimilitudo. Quid quod neq; mediocrem habet ſpeciem,miſſam dicere teſtamẽtum? quia quũ teſtamentum ſimul mortem inuoluat teſtatoris, Chriſtus in qualibet miſſa moreretur:ſed nec ipſe Luther in hac perſiſtit ſententia, quum in Germanico ſermone de miſſa,dicat eam ueluti ſigillum eſſe noui teſtamẽti. quod ſi ſigillum eius eſt, quo tandem modo erit ipſum teſtamentum? Miſſa non teſtamentum. Hebre.9.

Idem hinc quoque patet,q; teſtamentum omnia teſtatoris bona includat oportet,id autẽ hic non fit, qm̃ non tantum peccatorum remiſſionem inuenias in bonis Chriſti, ſed & omnem gratiam ſacramentorum, ipſamq; adeo uitam æternam, fructus illos

omnes quos deus communicat ſuis electis. Cæterū error hic prouenit ex ſiniſtro intellectu, quem Luther hauſit ex uerbis Chriſti. ignorat enim quomodo calix dicatur nouum teſtamentū, quia non adeo crude & inepte accipi debēt uerba Chriſti, quaſi ſan-
Hier.31. guis Chriſti ſit nouum teſtamētum, quoniam ſic ſan guis etiam hircorum & uitulorum fuiſſet uetus teſtamentum, quod tamen nec Luther auſit dicere: quapropter ſicuti uetus teſtamentū fuit lex uetus & ipſa
Heb.9. ſanguine firmata, teſte Paulo, quum ait, non ſine ſan guine dedicatum fuiſſe uetus teſtamentum: nam ſimul atqꝫ Moyſes uniuerſam legem prælegiſſet populo, accipiens ſanguinem uitulorum & hircorum cū aqua & lana coccinea & hyſopo, ipſum quoqꝫ librū
Exod.24. & omnem populum aſperſit, dicens: Hic ſanguis teſtamenti quod mandauit ad uos deus. Ita pari modo nos quoqꝫ intelligamus legem hanc nouam euāgelicam, hoc ipſum inquam teſtamentum nouum, confirmatū eſſe ſanguine Chriſti. Atqꝫ debebāt hoc
Mat.26. colligere neochriſtiani ex uerbis Chriſti apud Matthæum & Marcum, quum dicit, hic eſt ſanguis noui teſtamenti, hoc eſt, illo meo ſanguine nouum teſtamentum confirmatur: ſicut & in ueteri teſtamento Moyſes aſpergens uniuerſum populum ſanguine, di
Exod.24. xit, Hic eſt ſanguis teſtamenti ſiue pacti quod pepigit dominus uobiſcum ſuper omnibus ſermonibus illis. Concludimus ergo, miſſam non eſſe nouū teſta mentum, quinimo uniuerſa lex euangelica cū omnibus ijs quæ comprehendit, eſt teſtamentum nouum, è quibus etiam miſſa non exigua pars eſt euangelio uelut inſita & à Chriſto inſtituta, atque deinceps ab omni eccleſia catholica pro ſacrificio habita per to-

tum Chriſtianiſmũ. Vide plura in libro noſtro tertio, capitulo ſecundo, tertio & quarto.

4. Præterea quæri ſolet, Miſſa dei promiſſio eſt, quomodo ergo opus bonum eſſe poteſt, quum ſit donum dei? ſicut ergo baptiſmus nec opus bonum eſt, neq; ulli prodeſt niſi baptizato, ita ſuſpicari quis poſſet, miſſam quoque nemini cedere in bonum niſi celebranti. Miſſa op⁹ bonum.

Atqui error is eſt profecto nociuus multum, antea inauditus, negare miſſam eſſe opus bonum. quis enim uſq; adeo perfrictæ eſt frontis, qui dicere audeat, Chriſtum non feciſſe opus bonum, quando ſacramentum illud & inſtituit & conſecrauit primus, totiq; ſuæ reliquit eccleſiæ in ſui memoriam? Age autẽ quiſquis es, aude nonnihil dicere impudentius, & nega Mariam opus bonum feciſſe, quoniã caput Chriſti inunxit unguentis precioſis, quum tamen in hoc laudem meruerit apud dominum. Quur nõ & Chriſtus opus fecerit bonum, totum corpus ſuum relinquens eccleſiæ in ſacramẽto, iamq; tum in cœna incipiens q̃d erat in cruce conſummaturus? quid multa? in propatulo eſt, quum Chriſtus miſſam celebrare præceperit, dicens, hoc facite in meã commemorationem, eam eſſe opus bonum: ſiquidem dominus ipſe præcepit. Itaq; non nuda tantum promiſſio eſt miſſa, quanuis ea concurrat, ſed etiam eſt opus. Mirumq; adeo uideri ſolet, q Luther tanta temeritate negat miſſam eſſe ſacrificium, quam tamen præcipue in fide collocat, quæ utiq; eſt opus bonum, iuxta illud Chriſti: Hoc eſt op⁹ dei, ut credatis in eum quẽ miſit ille. Luce.22. Matt.26. Ioh.6.

Neque uero repugnant hæc duo ſibi inuicem, q̃d

Miſſa donum dei & oblatio. illud ſacramentum in miſſa ſit ſimul & donum dei, & oblatio. ſic enim omnia ueteris quoq; teſtamenti ſacrificia erant dona hominib⁹ diuinitus collata, ſicut & uniuerſa terra eſt & plenitudo eius. unde dominus per eundem prophetam dicit: Meæ ſunt feræ ſyl-

Pſalm. 23. 49. uarum, iumenta in montibus & boues, cognoui oĩa uolatilia cæli, & pulchritudo agri mecum eſt. Alibi quoq; in oratione ſua Dauid ſic clamat ad dominũ:

1. Par. 29. In manu tua magnitudo & imperium omnium, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Ecce q̃modo Dauid uult omnia ſacrificia quæ offerimus deo, ea nos tanquam munera antea habere ab eo donata. conſiſtunt ergo illa duo ſimul, ut aliquid ſit donum dei & oblatio. Id eccleſia quoq; pulchre confitetur in canone, dicens: Offerimus præclaræ maieſtati tuę de tuis bonis ac datis hoſtiam puram, hoſtiam ſanctam, &c.

Quanuis & hoc errore non caret, quod nemo ꝑ alio debeat offerre in miſſa, inde ſumpto argumento, quod nullus pro alio poſſit baptizari. ſacramenta enim in huiuſmodi caſibus non omnia eiuſdem ſunt conditionis: nam & hoc aduerſarij fateantur oportet, quod nemo poteſt baptizare ſeipſum, & tamen hoc ſacramentum poteſt quis adminiſtrare ſibiipſi, ideo non ualet illatio de uno ſacramento ad aliud: quum ergo baptiſmus tãtum & ſolum baptizatum purget, non ꝓpterea euincitur ſacramẽti huius oblationẽ etiam alijs non prodeſſe, quia hoc in ſe ipſa habet oblatio. baptiſmus autem quum ſacrificium nõ ſit, etiam alijs nõ prodeſt: ſicut & in ueteri teſtamen-

Gene. 17. to alius ꝑ alio non circuncidebatur, & tamen ſacerdos pro uniuerſo populo offerebat. itaq; ſacrificium

miſſæ non ſoli tantum prodeſt celebranti,ſed & circunſtantibus,imò & uiuis & defunctis.

5. Quarto quærat aliquis,quomodo ſacramentum hoc in miſſa offeratur,quum tamen à ſacerdote totum mãducetur? id enim ſi proprie loquamur, magis eſt à deo accipere & tribuere nobis,quàm deo offerre. Atqui etiam hic neochriſtiani ſcripturas nõ ſatis intelligunt, imò nec per tranſennam uidentur aſpicere: quomodo enim non uiderent aliàs, dempto ſolo holocauſto,de reliquis ſacrificijs partem ſuam accepiſſe ſacerdotes & manducaſſe? Id adeo luce clarius liquet ex hiſtoria Heli,cuius filij in ſe concitauerant deum ideo, quod partem carnium nondum oblatarum extorquere conabãtur: uerum hoc diſplicuit deo,& erat peccatum filiorum Heli grande,quare & ſacerdotium ab eo ablatum eſt. Ecce peccauerunt illi,non manducantes utiq; de ſacrificijs, id enim licebat ex lege,ſed quia anteq̃ offerretur extorquebãt: quid igitur reliquum eſt, niſi ut admiremur inſignem Lutheri in dilaniandis ſcripturis temeritatem,dũ reſiſtens hic ſpirituiſancto,negat ſimul poſſe conſiſtere,ut aliquid offeratur & mãducetur, quum tamen hoc ſacræ literæ apertiſſime teſtentur? Itaq; dum altare habeam⁹ in eccleſia,iuxta Paulum,habeamus & legem nouam & nouum teſtamentum,nouumq; adeo ſacerdotium,neceſſario ſequitur nos ſacrificium q̃q; nouum habere, paſcha ſcilicet noſtrũ Chriſtũ Ieſum,quia ſemel ſeipſum obtulit deo patri in cruce ſanguinẽ fundens proprium, merito & nos q̃tidie illud iuge ſacrificiũ offerimus in myſterijs ſub ſpecie ſacramenti in miſſa, ut ſic & nos ſacrificij ſui ſancti in cruce peracti, paſſionis quoque & mortis,

Leuit.2.3.4.7.
1.Reg.2.
Offerre & mãducare

ſummi omnium meriti participes efficiamur, quod nobis præſtet idem qui & paſſus eſt pro nobis Ieſus Chriſtus dominus noſter. Amen.

HOMILIA XXX. QVA PRObatur, ſubſtantiam panis & uini non remanere in hoc ſacramẽto, ſed ſuo quodam modo corpus & ſanguinem Chriſti.

Accepto pane,gratias egit,& fregit & dedit eis, dicens: Hoc eſt corpus meum quod pro uobis tradetur.Lucæ XXII.

Luc.1. NOn eſt impoſſibile, inquit angelus Gabriel ad Mariam,apud deum omne uerbum. quã regulam ſubinde animo ſuo uoluat quilibet Chriſtianus,tanquam inconcuſſum fidei noſtræ fundamentum.quum enim pleraque in ſe contineat fides,naturæ limites longe ſuperantia, ipſumq́ naturalem captum & intellectum excedentia, captiuare nos oportet intellectum noſtrum in obſequium fi-
2.Cor.10. dei.Dicamus ergo iuxta illã Gabrielis regulam,non eſt impoſſibile apud deum omne uerbum.cælum & terram uniuerſaq́ huius mundi ex nihilo eſſe condita, profecto noſtro aduerſatur intellectui. nos quoque reſurrecturos in die nouiſſimo ea carne quæ interim computruerit à uermibus abſumpta,unde q̃dam alia per tranſmutationem ſint enata, quis cre-
Hæc regula in fide dat humana ratione ductus? Aliud nos docet ſpeculum fidei,quoniam nihil horũ impoſſibile eſt apud deum,& quum undique ſit neceſſaria,tamen omniũ maxime requiritur in hoc uenerabili ſacramento,in

quo omnipotentiam ſuam deus demonſtrat in plenitudine & multitudine miraculorum, dicente propheta: Memoriam fecit mirabilium ſuorum, quę ad lõgum explicauimus in homilijs de tempore, & nũc ſub breuitate libet tranſcurrere. Pſal. 110.

1. Quod hic deſinit eſſe ſubſtantia panis & uini.

2. Quod tamen accidentia manent.

3. Quod tamẽ accidentia illa, ut albedo, ſapor, per ſe ſubſiſtunt, & nulli ſubſtantiæ inhærent.

4. Quod panis in corpus Chriſti cõuertitur, & uinum in ſanguinem. Miracula Eucharistię.

5. Quod hic corp⁹ Chriſti incipit eſſe ſub ſacramento altaris, hoc eſt, ſub ſpecie panis ſine medio, id eſt, quod non cælitus deſcendit ab uno orbe ad aliũ per aërem uſq; ad altare, ſed extra omnem motum per media loca incipit eſſe in ſacramento.

6. Quod uniuerſum corpus cum omnibus ſuis membris naturalibus eſt ſub hoc ſacramento.

7. Quod etiam corpus totum eſt ſub qualibet hoſtiæ parte, ita ut ubi caput eſt, ibi ſint & reliqua membra omnia.

8. Fracta inſuper ſpecie hoſtiæ & diuiſa, quælibet pars integrũ eſt ſacramẽtum, ſicut corpus etiam Chriſti & in multis hoſtijs, & in pluribus eſt locis.

9. Quod ibi deus ſuſtinet naturales operatiões omnes in accidentibus panis & uini, non ſecus atq; ſi ſubſtantia panis & uini adeſſet.

10. Quod deſinentibus iam accidentibus panis & uini amplius eſſe, deus tunc mirabiliter aliam materiam creat, ita ut hoſtia cõſecrata perinde nutriat hominem, atq; alia non conſecrata. Omnia hæc naturã longe ſuperant, quoniam ea naturę autor ope-

Mat.19. ratur, ſicq́ ibi impletur uerbum Chriſti, Apud ho-
mines hoc impoſſibile eſt, apud deum autem omnia
poſſibilia ſunt: ſic enim uiſum eſt diuinę ſuæ maieſta
ti. Miraculorum autem iſtorum omnium fundamē-
tum conſiſtit in ijs uerbis, quæ in principio præmiſi:
ijs enī manifeſte arguit euangeliſta, quomodo Chri
ſtus panem acceperit in manus ſuas, quem conſecra
tum & benedictum panem amplius nō appellat, ſed
Lucę.22. ait: Hoc eſt corpus meum. Quæ uerba ut ſunt clara
& aperta, ita planè ſimpliciſſima: ſiquidem ea dixit
Chriſtus ipſe, qui ſapiētia eſt & ueritas ęterna, uia ſi-
Johan.14 mul & uita. Quumq́ ille ſit omnipotens, & omnes
creaturæ ſuo pareant imperio, uocat enim ea quę nō
Roma 4. ſunt tanquam ea quę ſunt, non decet aliquē iam por
ro Chriſtianum ambigere, quin ille uerbis ſuis omīa
potentibus & panem hūc potuerit facere corpus ſu-
um, ſicut & fecit iuxta uerbū illud, unde noſtra hac-
tenus excurrere cœpit præfatio.

Aue Maria.

Iamdudum in noſtris homilijs de tempore audi-
ſtis chariſſimi, qd credat eccleſia circa uenerabile cor
poris Chriſti ſacramentum, neq; nunc uacat ea omīa
repetere. Sunt autem quidam ſectarum & hæreſum
ſtudioſi, qui ſeipſos ſeparauerunt ab unitate fidei, &
1.Cor.1. reſciderunt uinculum charitatis, ut iam non unū ſen
tiant nobiſcum, & dicant cōtra Apoſtolū. Ex ijs iam
olim ſurrexit hęreticus Vuickleff, q & renouauit hæ
reſim Berengarij ex Andagauo in Gallia. is turpiter
errauit, dicens ſubſtantiam panis & uini manere in
hoc ſacramento: errorem hunc ſequuti ſunt & Vual
denſes & Albigenſes, & Amaricenſes, qui omnes ſe-
mel abnegata unà cum fide etiam eccleſia, idem ſen-

ſerunt. Exuxit hanc hęreſim ex eorum libris relictis tandē & Lutherus, qui quanuis adhuc profitetur ueritatem corporis Christi cōtra fœderis ſui ſocios, Carolſtadium, Buccrum, Capitonem, Blarerum & ſimiles, putat tamen ſubſtantiam panis in ſacramēto manere realiter, unde multa corruunt quę nobis per eccleſiam proponūtur. Refellendus itaq; nobis eſt hic error, ne ſimplices decipiantur. Vt autem omnia hęc facilius intelligatis, melioriq; ordine ea comprehendatis, in aliquot articulos uobis breuiter digeram.

1. Primum omnium conſtat, hanc conuerſionem panis in corpus Chriſti, eſſe poſſibilem. Probat hoc Damaſcenus quum dicit: quomodo naturaliter per comeſtionem panis, & uinum & aqua per potionem in corpus & ſanguinem comedentis & bibentis tranſmutātur, & nō fit aliud corpus præter id q̄d prius erat ipſius, ſic & panis propoſitionis uinumq; & aqua per aduentum ſpiritusſancti ſupernaturaliter tranſmutantur in corpus & ſanguinem Chriſti. Vult dicere, quantum equidem intelligo, Quum naturaliter uideamus in cibo panem conuerti in carnē manducantis, & uinum in ſanguinem, quanuis id naturaliter fiat cum tempore & opere digeſtionis, nemini mirū fieri debet Chriſtum panem in ſuā tranſmutare carnem. quod enim creatura poteſt naturalis, idem lōge perfectius poteſt etiam dominus & autor creaturarum omnium. Tranſſubſtantiatio poſſibilis. Damaſcenus lib. 4. cap. 14. Creaturarum tranſmutatio.

Confirmatur illud per hoc, quod legim⁹ deum ex leuioribus cauſis eſſentias creaturarum tranſmutaſſe, ut quando ex limo terræ formauit corpus Adę, ex coſta rurſus Adæ fecit Euam hominem integram. Gene. 2. Similiter quod per Moyſen & Aaronem uirgam Exod. 4.

conuertit in ſerpentem,&uiciſſim ſerpentem in uirgam,omniaq́ hæc in momento temporis. Inſuper
Gene.19. uxorem Loth cõuertit in ſtatuam ſalis,& omnia flu
Exo.7.17. mina Aegypti in ſanguinem. Quod ſi potuit deus aquam educere de petra duriſſima,quid nunc? num abbreuiata eſt manus domni? Atq; ut ad pauca redigam,neq; opus ſit omnes ſcripturæ euoluere hiſto-
De myſte. rias,en uobis beati Ambroſii uerba de ſacramentis, quæ renarrat etiam Gratianus de conſ.diſtin.4.re uera, is inter reliqua ſic ait: Re uera mirabile eſt q
Exodi.16. deus manna plueret patribus,& quotidiano cæli paſcebantur alimento. poſtea hæc comparat ad corpus Chriſti in ſacramẽto.Deinde oſtendit maiorem eſſe uirtutem benedictionis quàm naturæ, & indu-
Exod.14. cit uirgam cum ſerpẽte Moyſi,flumina Aegypti madentia ſanguine.& hinc ſequitur: Circunclulus erat undique populus Hebræorum,hinc Aegyptijs uallatus,inde mari clauſus,uirgam leuauit Moyſes,ſeparauit ſe aqua,& in murorum ſpecie ſe congelauit,at-
Ioſue.4. Exodi.15. que inter undas uia pedeſtris apparuit, Iordanis retrorſum conuerſus contra naturam,in ſui fontis reuertitur exordium.Marath fluuius amariſſim⁹ erat, ut ſitiens populus bibere non poſſet. miſit Moyſes lignum in aquam,& amaritudinem ſuam aquarum natura depoſuit,quam infuſa gratia ſubito tempera-
4.Reg.5. uit.Sub Heliſeo propheta uni de filijs prophetarum excuſum eſt ferrum de ſecuri, & ſtatim merſum eſt, miſit Heliſeus lignum in aquam & natauit ferrum. Aduertimus igitur maioris potentiæ eſſe dei gratiam quàm naturam.Quod ſi tantũ ualuit ſermo Heliæ,ut ignem de cælo deponeret,non ualebit Chriſti ſermo,ut ſpecies elementorum mutet? ſermo Chri-

ſti qui potuit ex nihilo facere quod non erat,non po teſt ea in id mutare quæ ſunt, quod non erant? non enim minꝰ eſt dare quàm mutare nouas naturas rebus. Quod igitur poſſit hoc facere Chriſtus,omnino manifeſtiſſimum eſt ex ſcripturarum collatione, & uſq; adeo negari non poteſt,ut etiamſi ex neochriſti anis quiſpiã tergiuerſari uolet,Chriſtoq; recuſet tribuere illud,is utiq; minus ſentiet de diuina eius pote ſtate quàm diabolus ipſe Satan, qui tamen dixit ad eum:Si filius dei es,dic ut lapides iſti panes fiant,libere & ingenue per hoc confeſſus,eum uirtute uerbi ſui poſſe naturam lapidum in panes conuertere: & tamen multis modis diſtat, magis magisq; diuerſum eſſe,lapides trãſmutare in panes, quàm panem in carnẽ. Vt ergo hęc finiam,affirmo facile eſſe Chriſto,ut per uerbum ſuum mutaret ſeu conuerteret pa nem in carnem,quando & de quinq; panibus & piſciculis duobus ſatiare potuit quinque millia hominum, ita ut duodecim cophini inſuper fuerint reliqui. Quum itaque illud realiter & eſſentialiter hoc modo ſit factum, quis dubitare audebit, Chriſtum etiam ſacramentaliter poſſe uniuerſam quoque paſcere eccleſiam multis hoſtijs, quę quidẽ ſint in corpus ſuum conuerſæ? Poſſem ſimilitudines naturales multas inducere ex Auguſtino de ciuitate dei, ex Solino,Plinio,Iſidoro & alijs,quomodo ſint fontes qui ligna tranſmutẽt in lapides,alij in ferrum. ſed miſſa facio hæc omnia unà cum argumentis & rationibus doctorum.

Matt. 4.

Ioh. 6.

2. Neq; uero poſſibilis tantum hæc eſt tranſmutatio,ſed & à ſanctis patribus & tota ſemper eccleſia,habita eſt pro ea quæ facta ſit,& adhuc quotidie

Tranſſubſtantiatio facta.

fiat in conſecratione huius ſacramenti. Quanuis etiam hoc liquet ex uerbis Chriſti, quæ in præfatione induximus, quoniam accepit dominus panē, & poſt benedictionem dixit, Hoc eſt corp' meum. Et quod hic ipſe intellectus ſit uerus, facile ex cōcordi doctorum omnium ſententia confirmabimus. Et primus

Cyprian'. in hoc prodeat nobis Cyprianus martyr & doctor inclytus. is ait: Panis iſte cōmunis in carnem & ſanguinem mutatus, procurat uitam & incrementum corporibus. Et infra, panis iſte quem dominus diſcipulis porrigebat, non effigie, ſed natura mutatus, oīpotentia uerbi factus eſt caro. Ecce quomodo ſanctiſſimus martyr ſerio aſſerit, panem natura mutari in carnē, cui quis non malit plus fidei tribuere quàm

Tomo. 4. homil. 60. uel Luthero, uel eius magiſtro Vuicklepho? Ad hæc Chryſoſtomus nō diuerſum ab illo ſentit, quum ait: Non ſunt humanæ uirtutis opera propoſita, qui tūc ipſa fecit in illa cœna, idem ea nūc quoque facit: nos miniſtrorum tenemus locum. qui uero ſanctificat ea & immutat, ipſe eſt. Et hinc ſatis apparet, panem à domino immutari. Euſebius inſuper Emiſſenus in

Euſebius De conſe. diſt. 2. ca corpus. homilia quadam de ſacramēto: (ſicuti renarrat Gratianus) Inuiſibilis, inquit, ſacerdos uiſibiles creaturas in ſubſtantiam corporis & ſanguinis ſui, uerbo ſuo ſecreta poteſtate conuertit. Et alibi: Benedicendæ uerbis cæleſtibus creaturæ altaribus imponūtur, antequam inuocatione ſummi nominis conſecrentur, ſubſtantia illic eſt panis & uini. poſt uerba Chriſti,

Auguſtin' corpus & ſanguis Chriſti. Simile quid habet Auguſtinus in ſermo. & renarrat Gratia. in c. utrū, de conſecratione diſtinctione 2. Ambroſius quoq; libro 4. de ſacramētis, capite 4. dicit: Panis iſte, panis eſt an-

te uerba ſacramentorum.ubi acceſſerit conſecratio, de pane fit caro Chriſti. Et inde, Non erat corpus Chriſti ante conſecrationem,ſed poſt conſecrationẽ dico tibi q̃d iam eſt corpus Chriſti. Rurſus q̃q;: Didiciſti,ait,quod ex pane corpus fiat Chriſti,& quod uinum & aqua in calicem mittitur, fit ſanguis conſecratione uerbi cæleſtis.

Sed quęrat hic forſitan ſibi Lutherus euadendi rimulam aliquam,ut eſt ad ſubterfugiendum promptiſſimus,& dicat ambos illos doctores non meminiſſe tranſſubſtantiationis,ut loqui ſolent,ſed tantũ præſentiæ corporis Chriſti, quam ipſe quoque non negat. Audiat ergo uiciſſim Ambroſium ſic dicentem: Tantum ualet ſermo Chriſti, ut ſpecies immutet elementorum. Idem repetit alibi quum ait: Videte quantis generibus potens eſt ſermo Chriſti uniuerſa conuertere,ut non poſſit iam eſſe dubium, credidiſſe doctores,ex uerbis Chriſti panem cõuerti in corpus ipſius. Li.de myſter.4.de ſacra.ca 5

5. Idem ſentit Gregorius,inquiẽs: Bonus paſtor animam ſuam pro ouibus poſuit, ut in ſacramento noſtro corpus ſuum & ſanguinem uerteret, & oues quas redemerat,carnis ſuæ alimento ſatiaret. Ex ueteribus audiamus adhuc unum, ut liquido conſtet omnibus Chriſtianis, quibus mendacijs hic Lutherus errorem ſuũ oppalliare conetur, affimans tranſmutationem hanc trecentis iam primum annis eſſe cõfictam,nec quicquam de ea nouiſſe ueteres. quapropter nos antiquos patres hic citauimus,qui ante 1200. & 1100. annos uixerunt,ut fortius mendacia eius turpiſſima retrudantur. Theophylactus itaque ſic inquit: Hoc eſt corpus meum,hoc inquam quod Homilia ego ſum paſtor bonus. Sup Marcum 14.

ſumitis,non enim tantũ figura eſt & exemplar q̃dam dominici corporis,ſed in illum cõuertitur corpus Chriſti:dominus enim dicit,panis quem ego dabo,caro mea eſt.non dixit,figura eſt carnis meæ,ſed caro mea eſt.(aduertite euchariſtię oppugnatores.) Et quomodo,inquit,caro non uidetur? o homo ꝓpter noſtram infirmitatem hoc fit, quia enim panis quidem & uinum ex ijs ſunt quibus aſſueuimus, ea non abhorremus:ſanguinem uero propoſitũ & carnem uidentes,non ferremus,ſed abhorreremus. idcirco miſericors deus noſtræ infirmitati condeſcendens,ſpeciem quidem panis & uini ſeruat,in uirtutẽ autẽ carnis & ſanguinis tranſelementat.(Oecolampadius paulo diuerſius uertit, uerum ut ſuſpectꝰ interpres multa corrupit,uelut alius de Babyla oſtendit.)Hugo quoq; de ſancto Victore quanuis non ſit ex antiquiſſimis,uetuſtior tamen trecentis annis,qa temporibus Henrici ſcilicet uixit,ſic ait: Per uerba ſanctificationis,uera panis & uera uini ſubſtantia in uerum corpus & ſanguinem Chriſti conuertitur, ſola ſpecie panis & uini remanẽte,& ſubſtantia in ſubſtantiam tranſeunte.Pluribus doctorum autoritatibus recenſendis nunc uolens ſuperſedeo, quod hæc iam ſufficiant,&c.Oremus dominum.

Hugo li. 2. parte. 8.

HOMILIA XXXI. QVA OBiectiones de pane diluuntur,& materia hæc concluditur.

Panis quẽ ego dabo,caro mea eſt pro mundi uita.Iohannis ſexto.

SI euangelium Iohannis eo quem citauimus lo co diligenter intueamur, uidebimus quintuplicem eſſe panem. Panis quintuplex. Iohan. 6.

1. Eſt enim panis materialis, quo dominus pauit quinq; millia hominum, quo nomine regẽ eum creare uolebant, ipſumq; ſequebantur: nam ideo, inquit Chryſoſtomus, hoc fecit miraculum, ut per illud ad doctrinam ueniret huius ſacramenti. Chryſoſt

2. Fuit etiam manna, quod deus in deſerto pluit Iudæis, idq; hoc loco obijciebant Iudæi Chriſto tanquam inſigne prodigium Moyſi, & ſimile quid petebant ab eo. Exod. 16.

3. Eſt & panis qui de cælo deſcendit, eo nutriuntur beati in illa cœna magna, ad quam omnes uocati ſum⁹, ipſa diuinitas. Luc. 14.

4. Inſuper eſt panis ſacratiſſimũ hoc ſacramentũ ſub ſpeciebus panis & uini, ſicut ipſe ait: Caro mea uerè eſt cibus. & rurſus, panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi uita: ſcilicet corpus Chriſti myſticum, etiam panis nomine uenit accipiendum, quia congregatio fidelium inſita Chriſto, iuxta illud: Qui mãducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Ideoq; uolens dominus Iudæis diſcipulisq; ſuis oſtendere myſterium huius ſacramenti, tot genera panis propoſuit, animos eorũ & cogitationes eleuaturus ad ſublime quid cogitandum, & quidnam in ſui memoriam relicturus eſſet fidelibus ſuis totiq; eccleſiæ: ſiqdem panis quem daturus eſſet pro mundi uita, caro ſua foret. Panẽ hũc dedit ille diſcipulis in ſacramẽto peracta iam cœna: dedit & in cruce pro uita, imò pro totius redemptione mundi. Quum itaq; dominus non panem mate Iohan. 6.

rialem,ſed uetiſſimũ ſuum corpus dederit pro mundi uita in mortem uſque,ſequitur uerum etiam Chriſti corpus nobis eſſe ab eo ꝓmiſſum in ſacramento.

Aue Maria.

Nihil non in hoc ſacramento ſummopere ſtupendum eſt & miraculoſum quoque,quod ſuſtantia panis tranſit in corpus Chriſti, quod accidentia remanent ſine ſubiecto, & ſimilia quæ ſuperius oſtendimus. Quid igitur eſt,quod hic quæris ordinem naturæ in Chriſti corpore,quum ſit præter naturam ipſe dominus natus de uirgine? Quiſque potius hoc debet cõſiderare,quod deus plura poteſt facere quàm noſter intellectus intelligere,ut inquit Hilarius.Inuiſibilis enim ſacerdos,teſte Ambroſio,uiſibiles creaturas uerbo ſuo ſecreta poteſtate commutat, unde & ipſe ſacerdos eſt in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.

Hilarius. Ambro.

Error Lutheri.

Aduerſus tamen huiuſmodi indubitatam ſacramenti ueritatem,noui pariter & ueteres erigũtur hæretici,noſtroq; hoc ſeculo maxime intumuit ſpiritu uertiginis & mendacij inflatus Lutherus, contendẽs unà cum corpore Chriſti remanere in hoc ſacramento ſimul ſubſtantiam panis & uini,ita ut ſint hic tres ſubſtantiæ,diuinitas,humanitas,& panis,ſicq; neceſſarium non ſit accidentia panis remanere ſine ſubiecto,quum inhæreant pani,ut antea. Adfert in hoc ſimilitudinem de ferro candente, ubi & per ſe conſtat ignis,& natura ferri pariter in ſua permanet ſubſtantia,ita fieret etiam hoc loco iuxta ſententiam Lutheri,quod corpus Chriſti & ſubſtantia panis permanerent in ſacramento,pro ſua quodlibet ſubſtantia, & tamen inter ſe unirentur uelut commixta.

2. Craſſus ille nimis & ſtupidus eſt error, multum imminuens dignitatem, & reuerentiam ſacramenti. Quis enim hanc auſit Chriſto contumeliam impingere, ut dicat aliquam creaturam eſſe dignam, quæ cum ſuo corpore componatur, quod omnes creaturas longe lateq; ſuperat? Quid q̃d fateri cogeremur, filium dei ſic panis in ſe ſuſcepiſſe naturam, ut humanitatem ſuſcepit? quum autem hoc ſit unum de maximis, imò ex ijs quoq; ſummum quæ in tempore contigerũt, quod & homo ſit deus, & deus homo factus: quis adeo erit uæſanus, ut temere credat Luthero circa ſcripturarum teſtimonium uolenti diuinitatem cum irrationabili componere creatura? quum dubitent multi doctorum, an hoc ſit poſſibile, adeo non fatentur ita eſſe de facto. uide doctorem ſolennem. Quod ſi Lutherus ex deo panẽ uolet facere realem, ſicuti realiter eſt homo, neq; eius rei aliquod habet ex ſacris literis fundamẽtum, quis non uidet hinc ſequuturum, ut cogamur credere atq; fateri, ſicut dicimus deum incarnatum, ita etiam impanatũ in ſacrificio miſſæ, hoc eſt, deũ panẽ eſſe factũ, q̃d etiã audire piæ aures exhorreſcunt atq; formidant? Recte igit̃ & prudẽter cõcluſum eſt in concilio magno ab eccleſia Latina pariter & Græca: In eccleſia idẽ ipſe ẽ ſacerdos & ſacrificiũ Ieſus Chriſt⁹, cuius corp⁹ & ſanguis in ſacramẽto altaris ſub ſpeciebus panis & uini ueraciter cõtinentˀ trãſſubſtãtiatis pane in corp⁹, & uino in ſanguinẽ poteſtate diuina. Eadem q̃q; ſentẽtia eſt papæ Innocentij tertij, qñ reſpondet epiſcopo Lugdunẽñ.

Crediderunt hoc ueteres illi & cõſtantiſſimi Chriſtiani in uniuerſo terrarũ orbe, ſicut teſtat̃ Rabanus, dicens: Nullus moueatur de hoc Chriſti corpore &

Confutatio Lutheri.

Henricus de Gandauo.

C. firmiter ſum. tri.

C. cum Marthæ de cele. miſſæ.

De eucharistia. c. 4.

ſanguine,quod in miniſterio ſit uera caro, merus ſit ſanguis,dum ſic ille uoluit qui creauit.omnia enim quæcunq; uoluit dominus,fecit in cælo & in terra. Et quia uoluit,licet figura panis & uini ſit hic,omnino nihil aliud quàm caro Chriſti & ſanguis poſt cõſecrationem credenda ſunt:& ut mirabilius loquar, non alia planè caro quàm quæ nata eſt de Maria, & paſſa in cruce,&reſurrexit de ſepulchro.Credat hoc ipſum firmiter quilibet Chriſtianus cum tota eccleſia,ſicut ipſe aliquando docuit Lutherus in quodam ſermone de hoc ſacramento,quanuis deinceps ut inſtabilis & ſchiſmaticus, liberum cuique reliquit, ſiue crederet ſubſtantiam panis manere in ſacramẽto, ſiue non. Vbi aũt penitus cœperat ſæuire, ibi demum furijs agitatꝰ,clamabat impium eſſe, ſi quis crederet ſubſtantiam panis tranſmutari,quum tamen Chryſoſtomus, Cyprianus, Hilarius, & alij ſancti patres cũ uniuerſa eccleſia ante mille annos conſtanter hoc crediderint & affirmarint.præcipue uero Ambroſius inquit libro quarto de ſacramentis,capite quarto & quinto:Accipe quemadmodũ ſermo Chriſti creaturam omnem mutare conſueuerit, & mutat quando uult inſtituta naturę. Ac paulo poſt meminit con uerſionis panis in corpus Chriſti.

In ſermone de eucharî.

Contra Zuing. & Oecolãp. & regem Angliæ.

Obiectio. 5. Quæras autem, ſi non manet in ſacramento ſubſtantia panis,quur tãdem euangeliſtæ panem appellant?aiũt enim Chriſtum accepiſſe panem, ſed & Lucas refert eos q recẽs erant baptizati in die pentecoſtes,perſeueraſſe in doctrina apoſtolorũ & communicatione & fractione panis & orationibus.Paulus quoque ad Corinthios non raro ſacramentum hoc panem nominat,ſiquidẽ ita inquit:Panis quem

Matt.24. Actu.2. 1.Cor.10. 11.

frangimus, nonne communicatio corporis domini eſt? & inde, Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat & de calice bibat: ſuſpicaretur hinc forſitan aliquis, ſi non maneret hic ſubſtantia panis, ſacramentum hoc panem non eſſe dicẽdum, ſicut in hoc multũ laborat Lutherus. Ad hoc reſpondetur primo, Lutherum hic euangeliſtis tribuere, quod eorũ nullus habet. quanuis enim Matthæus, Marcus & Lucas affirment Chriſtum poſt cœnam accepiſſe panem in manus ſuas, tamen de pane loquuntur nondum conſecrato. nullum autem uideas euangeliſtam uocare etiam panem poſt conſecrationem. Quid quod cõtrarium manifeſte patet ex Luca, quoniam is refert Chriſtum in prima cœna agni Iudaici accepiſſe calicem cum uino & dixiſſe: Accipite, diuidite inter uos. dico enim uobis, amodo non bibam de genimine uitis huius, donec ueniat regnum dei. ſacramentum autem hoc tãdem inſtituit peracta cœna. Quod ſi ergo ſubſtantia uini maneret in ſacramento, utiq; Chriſt contra priora ſua uerba bibiſſet de genimine uitis illius, quod credendum nullatenus eſt, ſapientiam ſcilicet dei æternam, ſubito adeo uerborum ſuorum eſſe oblitam, & contra id quod iamiam dixerat feciſſe. 1.
Quin potius cum tota eccleſia confitendum eſt, in ſacramento non manere ſubſtantiam uini. Quod au- 2.
tem Paulus & Lucas adhuc panem nominãt, faciunt id ſane pro more ſacrarum literarum, quæ rem aliquam non ſemper appellant id quod iam eſt, ſed q̊d ante fuit: ſic conuerſa iam uirga Moyſi in ſerpẽtem, ſimiliter & uirgis maleficorum mutatis in dracones, uirga Aaron deuorauit uirgas maleficorum, ubi ſcriptura ſerpentẽ uirgam uocat, eo quod antea *ſerpẽs

Panis eucharistia.

Luce. 22.

Subſtantia vini non manſit.

Exo. 7.

*virga.

3. fuerat. Paulus etiam ſacramẽtum hoc propter ſpeciem uocauit panem, quoniam adhuc poſt conſecrationem ſpeciem habet & omnia accidentia panis.

Inſuper panem appellauit Paulus, non reſpiciens ad panem materialem, ſed illum uiuum qui de cælo deſcendit, q̃q; paſcet electos omnes in æterna patria,

Iohan.6. ut ſupra diximus. Vſq; adeo non probat materialis panis ſubſtantiam oportere in ſacramento manere, quia ſacramentum multo dignius panis uocatur, quum adhuc habeat ſpeciem panis, quàm ſerpens di

4. citur uirga, quę nullam iam habebat effigiem uirgæ. Præterea dicere poſſumus, Paulum ſacramẽtum hoc appellare panem, non eo quod materialis panis ſubſtantia hic maneat, ſed propter corpus Chriſti, quod etiam appellatione panis uenit accipiendum, apud

Hiere.11. prophetam dicentem: Venite, mittamus lignum in panem eius, lignum crux Chriſti eſt, quam miſerunt in corpus eius. ſic enim & Paulus Chriſti corpus pa-

1.Cor.11. nem uocat: quod ſi illud intellexiſſet de pane materiali, qualis eſt ante conſecrationem, non eſſet utiq; panis in omnibus locis in quibus eſt ſacramentum. Quanuis igitur Paulus ſacramentum hoc panem nominat, nos tamen non cogitemus ideo manere hic ſubſtantiã panis in ſacramento, ſed potius quia Chriſtus dixit, hoc eſt corpus meum, firmiter credamus & confiteamur, ſubſtantiam panis in corpus Chriſti transmutari, ſicut expoſuerunt ſancti patres, & firmiter omnibus retro ſeculis tota credidit eccleſia.

4. Cęterum quãdo nihil relinquũt neochriſtiani in eccleſia intentatum, inter cætera laudabilem quoque illum morem calumniantur: quod ſeruatur in templis & cuſtoditur, atque adeo ſolenni ſupplicati-

one circunfertur, atque ad infirmos deportatur hoc ipſum euchariſtiæ ſacramentum. Age eius etiam rei rationem reddemus. Primum, quod ſancte in templis cuſtoditur, fit propter incertiſſimam mortis horam. quum enim tutiſſimum & ſaluberrimũ ſit cuique ante mortem ſuſcipere uiaticum huius ſacramẽti, unde immenſum dictu, quantum fructus percipiat homo, ſicut in cœna domini ad longum diſſeruimus: ne ergo quis hic negligatur, decet ut ſemper in parato habeat ſacerdos hoc ſacramentum. ita ſancitum eſt in concilio Vuormatienſi, ita beatus Auguſtinus ait in libro ſecundo de uiſit. infir. capite quarto, ſi quis infirmatur in uobis, inducat presbyteros eccleſiæ, ungentes eum oleo ſancto. Illud etiam uiuificum dominici corporis ſacramẽtum ſuſcipere non renuat. cibus enim ille ineffabilis, uiaticum erit tibi ſaluberrimum, redemptionis tuæ precium. Altera cauſa quur ſacramentum ita concluſum ſeruatur, eſt ipſa ei⁹ ſublimitas & ſanctimonia. quo enim quid ſanctius eſt, eo honeſtius debet adſeruari. ſic nimirum arca dei tabernaculo includebatur, ſic & manna in uaſculo ſeruabatur formato inſtar calicis, quo nunc quoque utimur in templis, ſicut numiſmate Iudaico in ſiclis uidetur conſignata inſcriptio talis, Vrna mannæ. nihil autem nos uel ſanctius uel etiam ſublimius habemus in eccleſia, quàm hunc ipſum ſanctum ſanctorum CHRISTVM dominum in hoc ſacramento. itaque merito decentius ac dignius obſeruari debet, quàm eius figura manna. alias quanto pauperior eſſet eccleſia quàm ſynagoga Iudæorum, ubi in arca fœderis ſancte ſeruabatur duæ tabulæ Moyſi

Euchariſtia ſeruatur & ad infirmos defertur.

Tom. 5.

Auguſtin.

Exo. 25.
Deut. 10.
2. Par. 35.

Exo. 19.
Heb. 9.

cum decem præceptis, uirga Aaronis florẽs, & manna? In templis neochriſtianorum nihil omnino repe rias, at eccleſia uerum manna ſeruat, uenerabile ſcilicet hoc ſacramẽtum, in conſolationem & ſubſidium omnium fidelium. Multum quoq; ſerio præcepit dominus deus, quomodo omnia uaſa ſanctificata ſeruari & cuſtodiri deberent, quur nõ Chriſtiani unum illud quod habẽt ſanctiſſimum, q̃ poſſunt religioſiſſime cuſtodiant? Errant igitur neochriſtiani omnes, neq; leuiter errant, ſed cum blaſphemia peccãt, dum ſacramentum hoc non ſancte adſeruant. Horreo dicere, quod etiam effundunt quaſi non ſit ſacramentum, ubi peracta communio eſt. Contra huiuſmodi portenta hominum audi quid dicat Cyrillus ad epiſcopum Caloſyrium. Cæterum audio quod dicant, myſticam benedictionem, ſi ex ea remanſerint in ſequẽtem diem reliquiæ, ad ſanctificationem inutilem eſſe. ſed inſaniunt hæc dicentes. Non enim alius fit Chriſtus, neq; ſanctum eius corpus immutabitur, ſed benedictionis uirtus & uiuifica gratia perpetua manet in illo. Quod autem ſolẽt pij homines ſacramen tum hoc honeſto comitatu conſequi, ſiue deferatur ad morituros, uel in publicis ſupplicationib᷒, totum hoc laudabile eſt, decens, & deo bene placitum, in ſacris literis fundatum, figuris præmonſtratum, atque adeo antiquiſſimo uſu multis iam ſeculis inueteratum, ab eo iam inde tempore, quo primum cæremoniæ Chriſtianorum cœptæ ſunt publice exercẽri, annis iam mille ducentis, debetq; adeo hoc quilibet Chriſtian᷒ facere in honorem & gloriam dei. quum enim in ueteri teſtamento tantum honoris impenſum ſit arcæ fœderis, quæ maximo erat apparatu inſtructa, quam

Cyrillus.

ſoli geſtabãt ſacerdotes,idq́ per duo millia paſſuum ante uniuerſum populum per Iordanem:quid nos fa cere æquum eſt obſecro, quantumq́ decet honoris exhibere ſanctiſſimo huic ſacramento corporis Chri ſti? Ad hæc eandem geſtarunt cum tubis ſepties per circuitum urbis Hiericho,& ciciderunt muri ciui- tatis, ſicut & in deſerto arca deferebãt ante populũ, unde conſtaret,ubinam caſtra figenda eſſent:lõgum nimis foret, quomodo illa delata fuerit in bellum, quomodo à Philiſtęis remiſſa rurſus ſit Iudęis in Bet ſames, deinde in Gabaa. Certe Dauid ipſe arcam ex Gabaa cum triginta millibus uirorum adduxit in do mum Obededom, deinde in ciuitatem ſuam maxi- mo cum honore, quando etiam Dauid rex ante ar- cam ſaltitans cithara luſit,nihil reueritus etiam ſi ab uxore Michol deridebatur. quam imitãtur & iſti ne- ochriſtiani naſuculi,luſui habẽtes quicquid pium eſt & ad cultum dei pertinet. Cui non turpe uidebitur, nos Chriſtianos non plus honoris & reuerentiæ ex- hibere ſacramento corporis Chriſti,quàm Iudæi im pendebant arcę? uide tu in tomo noſtro tertio de fe ſto corporis Chriſti.

Num. 14. Ioſ. 3. Ioſ. 6. Num. 10. 1. Reg. 6. 2. Reg. 6. 1. Par. 15.

Ne hic quoque in immenſum noſtra creſcat ora- tio,impium eſt, inhumanum,& à Chriſtiano homi- ne alieniſſimum,ſcripturis omnibus & ipſi etiam ra- tioni cõtrarium,credere dominum Ieſum eſſe in hoc ſacramento,neq́ tamen uelle honorem illi debitum impendere,nolle adorare,quod iſti faciunt neochri- ſtiani,qui ſuperiores ſe reputant, quàm ut in hono- rem ſacramenti caput aperiant,ſeſe inclinent, genua flectãt. Turpe eſt dicere,quod ferũt eos etiam ſacra- mentum in marſupio circunferre,quæ quis non auer

Impietas Lutheranorum.

R

ſerur, exhorreſcat, abominetur? Quum interim om̃is ſcriptura clamet, nosq́ clamando iubeat adorare dominum, quur non eum etiam iſti ſub ſacramento uelatum adorant? idem enim ille Chriſtus qui ſedet in cælis ad dexteram dei patris, hic in ſacramento latet, quapropter diuinus honor & cultus latriæ ei impendendus eſt non minus quàm deo patri. Quod ſi Iu-
Matt. 21. dæi Chriſtum necdum per reſurrectionem glorificatum, tanto tamen honore dignati ſunt, ut ei ueſtimẽta quoque ſua ſubſternerent: quur non etiam nunc
Matt. 28. Chriſto domino glorificato, omnemq́ poteſtatem
Phil. 2. adepto in cælo & in terra, atq́ ad cuius nomẽ om̃ia genua flectant, cæleſtium, terreſtium & infernorum, condigna reuerentia pro noſtræ imbecillitatis modulo ſit exhibenda? Atq́ ſine dubio corpus illius nomine multo precioſius eſt, ideo & genua magis in eius honorem ſunt flectenda. certum eſt enim, quod quiſquis non honorificat filium, non honorificat pa-
Johan. 5. Heb. 1. trem. Mitto quod omnes angeli in cælis adorant & uenerantur Chriſtum dominum. quur id facere gens perfida neochriſtianorum recuſat? ſic Iohannes ui-
Apoca. 5. dit uigintiquatuor ſeniores cecidiſſe coram agno, & cantaſſe canticum nouum, dignus es domine accipere librum, & aperire ſignacula eius, quoniam occiſus es, & redemiſti nos in ſanguine tuo. Verum hoc Lutherani facere pertinaciter recuſant. At nos Chriſtiani, qui eccleſiam agnoſcimus matrem omnium noſtrum, diuinę quoq́ credimus ueritati, quæ dixit, Hoc eſt corpus meum, ideoq́ dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in hoc glorioſiſſimo ſacramento ſupplices ueneramur: ſimulq́ dolemus nos non poſſe illi tanquam ſaluatori noſtro condignum honorem

impendere, diuinam tamen ſpiritusſancti iuſſionem implemus, laudantes & magnificātes dominum deum noſtrum, etiam adoramus ſcabellum pedum ſuorum, hoc eſt, humanitatem, cui laus, honor & gratiarum actio in ſecula ſeculorum, Amen. Pſal. 131. 78. 98.

HOMILIA XXXII. VBI INCIpit materia de ſuſceptione huius ſacramenti ſub utraq; ſpecie, & primum de concomitantia.

Chriſtus reſurgens ex mortuis, amplius non moritur. Roma. viij.

ANimus eſt, dilectiſſimi in dño, diſſerere uosq; docere, quomodo laicis ſatis ſit pro cōmuni tum conſuetudine tum præcepto eccleſiæ, ſacramentum hoc ſub una tantum ſpecie ſuſcipere. Rem hanc priuſquam uobis aperiam, eſt quod diluam nubeculam præ oculis obuolitantē. quam nobis bonus, ſanctus & pius iſte homo Lutherus, perfidus ex monacho apoſtata concitauit, ad obſcurandā diurni luminis claritatem. ſcribit enim ille aduerſus quoddam epiſcopi Miſnenſis mādatum, & affirmat ſub alterutra ſpecie ſacramenti, alteram tantum eſſe partem Chriſti, puta ſub ſpecie panis ſolum corpus, & ſub ſpecie uini ſolum Chriſti eſſe ſanguinem. Inſignis hæc profecto blaſphemia eſt, ita imminuere ſacramentum, ut illi & diuinitatem adimas & animam Chriſti. Hæreſim igitur hanc nouam, fauēte Chriſti gratia, mihi ſuſcepi refellēdam. ſiquidem ſi ſic ſentit, cui mirum uideri queat, Lutherum nihil honoris uelle huic ſacramento deferre, neque illud adorare,

ſi nimirum abſit diuinitas humanæ naturæ in Chriſto perſonaliter unita? O hominem temerarium, q ſacratiſſimum Chriſti corpus diuinitate priuare præſumit, exangue & exanime facere nõ ueretur, quum tamen in omnibus ſupplicijs, ipſaq; adeo morte, diuinitas corpus & animam Chriſti nunquàm deſerueDamaſce. rit, iuxta regulam Damaſceni: Quod ſemel adſumpſit deus, nunquàm dimiſit, uſqueadeo, ut propterea quidam doctores putarint Chriſtum in triduo ſuæ mortis adhuc hominem fuiſſe, quanuis id commu-
Magiſter niter non recipitur. Attamen illud perpetuo in eccleſia creditum eſt, diuinitatem nunquàm corpus & animam Chriſti deſtituiſſe. Ad hæc firmiter credit eccleſia, poſt Chriſti reſurrectionem corpus eius ſemper manere uiuum, non poteſt autem ſine ſanguine uiuere: peruerſa igitur & hæretica Lutheri doctrina nobis faciet Chriſtum in ſacramento demortuum, ex-
Roma. 6. angue & omnino ſine nomine corpus, quod etiam anima careat, contra id quod Paulus ait: Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. &c.

Aue Maria.

Antequam Lutheri errorem diſiiciam & explodam, ita ut meretur, noſtramq; fidem confirmẽ, operæprecium facturus uideor, ſi prius rem ipſam explicem, ut ſic melius intelligatis, quæ deinceps tum probanda & confirmanda, tum etiam diluenda erũt atq; confutanda.

1. Dominus Ieſus in huius ſacramenti inſtitutione uerbis ſuis ad hoc ordinatis uim contulit omnipotentem, hoc eſt, aſtitit eis ſua omnipotẽtia, ut iam non ſignificent tantum, ſed & operentur iuxta bene-

placitum dei:neque uero operentur tantum à Chriſto prolata,ſed & ab apoſtolis & eorum ſucceſſorib. pronunciata.ſacerdotes eñ idem quoque faciunt in ſacrificio miſſæ ex commiſſione domini quando dixit ad eos,hoc facite in meam commemorationem: hoc eſt,quod ego iam feci,panem accipiendo,benedicendoq́ ijs uerbis,hoc eſt corpus meum , idem & uos facite.Prouenit hoc ex omnipotentia uerbi diuini,dicente pſalmiſta:Omnia quæcunque uoluit , fecit. Et hoc nimirũ illud eſt,quod ſupra commemorauimus,quomodo uerba hæc tranſelementent , ut loquitur Theoph. & tranſſubſtantient panis uiniq́ ſubſtantiam,iuxta illud Auguſtini:Nos in ſpecie panis & uini quam uidemus,res inuiſibiles, id eſt, carnem & ſanguinem honoramus , neque ſic comprehendimus has duas ſpecies,quemadmodũ ante conſecrationem comprehendebamus,quum fideliter fateamur, ante conſecrationem panem eſſe & uinum quod natura formauit, poſt conſecrationem uero carnem Chriſti & ſanguinem,quod benedictio conſecrauit.

Luce.22.

Pſal. 148.

De ſentẽ. Proſperi.

Penes hanc autem tranſmutationẽ attendendum eſt,in quonam fiat. Poteſt ergo id nobis dupliciter conſiderari.primum,quod uerba hæc in ſua operatione ſe extendãt eo uſque,quo pertingit eorum ſignificatio:atque hoc dicitur ibi proprie eſſe per ſe & ex uirtute uerborum.Id in hunc modum accipe: quum ſacerdos in miſſa debita intentione ſuper hoſtiam loco Chriſti pronũciat hæc uerba,Hoc eſt corpus meum,tunc ſane uerba hæc quoad ſuam ſignificatiõem tantum pertingunt ad corpus Chriſti,non autem ad animam uel ſanguinem,quapropter operatio Chri-

Tranſſubſtantiatio per ſe

ſti ex uirtute uerborum & quoad ſe ipſam, eo tãtum extenderetur, quod hic panis in corpus Chriſti conuerteretur: ſimiliter quum ſacerdos uerba à Chriſto inſtituta dicit ſuper calicem, ubiq; ex ui uerborum in ſe nihil aliud niſi ſanguis Chriſti conficitur.

Per concomitantiam

2. Sed non hic tantũ inſiſtendum eſt, quanuis enĩ ſub ſpecie panis tantum eſt corpus Chriſti, & ſub ſpecie uini ſanguis, ex ui uerborũ in ſeipſis & ſua ſignificatione: adhuc tamen cogitandum eſt, quod ex eſſentiali & naturali concomitãtia, & ex inſeparabili quadam unione, ſub qualibet ſpecie aliquanto plus eſſe oportet. Id ita intellige, etſi ex ui uerborum & ipſorum ſignificatione ſub ſpecie hoſtiæ tantum eſt corpus Chriſti: attamen qa Chriſtus iam uiuit & regnat (Roma.6.) neq; moritur amplius, ita ut corpus illud nõ ſit mortuum, ſequitur ibi etiam eſſe animam, quoniam naturalis ita habet concomitantia, ut ubicunq; eſt corpus uiuum, ibi ſit anima. Deinde & hoc ſequitur, quod ſi hic ſit aĩa, ſit etiã ibi ſanguis oportet, quum animæ domicilium & ſedes nõ eſt in ſicco, ſed in ſanguine. Inſuper, quum ibi ſit ſanguis, ſit etiam in uiuo corpore aĩa Chriſti, erit ibi & diuinitas: qa quod ſemel adſumpſit deus, nũq̃ dimiſit, ut ait Damaſcenus. (Damaſce.) Ex inſeparabili igitur unione ſequitur, ut ubi eſt aĩa, ibi ſit & diuinitas. Et ſic q̃tuor ſunt in hoc ſacramento ſub ſpecie panis, primum corpus Chriſti ex ui & ſignificatione uerborũ, deinde aĩa Chriſti, mox & ſanguis, poſtremo diuinitas. tria autem hæc ultima non ſunt ibi ex uirtute & ſignificatiõe uerborum, ſed tantum per concomitantiam.

Hoc ut pateat magis, eſto, celebrarit ſanctus Petr⁹ miſſam in uigilia Paſchæ, tũc in hoſtia tm̃ fuiſſet cor

pus Chriſti & diuinitas eius, non aũt aĩa, ꝓpter hanc ipſam cõcomitãtiã, qa tũc aĩa nõ erat corpori unita, ſed neq; ſanguis ibi fuiſſet, qm̃ ſolũ corpus ſicuti tum iacebat in ſepulchro, ita fuiſſet in hoſtia qñ celebraſſet Petrus, ſine ſanguine & aĩa, diuinitas aũt qa totũ triduũ manſit unita corpori & aĩæ, fuiſſet etiã hic in miſſa, non id qdem ex uerboꝝ ſignificatione, ſed per cõcomitantiã. Nunc uero qñ magnifice & admirabiliter à morte reſurrexit, neq; morit amplius, iam in ſacramento nõ tm̃ habemus corpus, ſed & aĩam & ſanguinẽ Chriſti & diuinitatẽ, ſicut & Lutherus non ſemel cõfeſſus eſt. ut aũt eſt homo Proteus & Vertumno inconſtantior, ita nũc rurſus negat, quod iñ Lutherani ipſi Auguſtæ in comitijs negare nolebant. Porro ne iam clamet Lutherus noſtrũ hoc eſſe, domi'q; noſtræ natum & ab hominibus excogitatum, confirmabimus illud ſacræ ſcripturæ & ſanctorum patrum teſtimonijs.

3. Etſi ipſa ſtatim ratio docet, non ſolum corpus eſſe in ſacramento hoſtiæ, aliàs enim neque ꝓdeſſet hoc ſacramentum, neq; factum eſſet, neque gratiam dei conferret, quæ omnia imminuerent dignitatem eius: Chriſtus etiam non perfecte uiciſſet mortem, ſi corpus eius in ſacramẽto rurſus exanimaretur, cõtra manifeſtum ſcripturæ teſtimonium, Ero mors tua ò mors. ſed præter Pauli locum ad Romanos, etiam alios adducam, ex quibus concluſio eccleſiaſtica liquido conſtet, & primum ſic alibi etiam ait Paulus, omnes nos unum corpus ſumus, qui de uno pane & de uno calice participamus. cõſtat aũt, ex multis mẽbris non poſſe corpus unum confici & perſiſtere ſine ſpiritu & anima, ideo'q; eccleſia in huius ſacramenti

Animatũ corpus in ſacramento.

Oſee. 13. 1. Cor. 10.

ſuſceptione non tantum particeps fit mortis Chriſti, ſed & uitæ & beatitudinis & diuinitatis, aut quomodo aliàs eccleſia eſſet corpus Chriſti myſticum? Prętere a Chriſtus ipſe ſe panem uocat, & quidem uiuum, qui de cælo deſcenderit. quis ergo iam Luthero credat contra Chriſtum, panem hunc tantum eſſe mortuum, ſine ſanguine & anima? Ad hæc aperta ſunt & illa Chriſti uerba, Panis quẽ ego dabo, caro mea eſt pro mundi uita. Chriſtus autem pro mũdi uita non dedit corpus mortuum, ſed uiuum, quod tradidit ille uſque in mortem. ideoque non corporis tantum meminit, ſed & animæ, quam ille pro redemptione noſtra impendit. Nemo, inquit, maiorem charitatẽ habet, niſi ut animam ſuam quis ponat pro amicis ſuis: ecce quomodo animam ſuam pro nobis poſuit dominus, non corpus exanime, ut ſomniat Luther. idem alibi dixit, Paſtor bonus animam ſuam ponit pro ouibus ſuis. Et uos itaque firmiter creditote, Chriſtum ſe totum pro nobis impendiſſe in ara crucis, quapropter totum ſe quoque nobis dat ueſcẽdum in hoc ſacramẽto, neque in partes ſe diuidit ipſe, quod Luther commentus eſt, multis modis diminuens autoritatem ſacramenti. Omnia hæc probãt ipſa Chriſti uerba in huius inſtitutione ſacramenti, quum dixit, Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum q̊d pro uobis datur. id utique corpus uiuum extitit ſanguine uiuo irriguũ, cuiuſmodi dedit & apoſtolis in cœna ſub ſpecie panis. poſſem in hoc adducere argumẽta ex figura agni paſchalis & mãnę, itẽ ex rationibus, quod unio illa inter diuinam & humanã naturã ſit inſeparabilis, deinde quod in hoc ſacramento non plena eſſet communio, ſi non diuinitatem, animam quoque &

Johan. 5. — Johan. 6. — Johan. 15. — Luce. 22. — Communio.

ſanguinē uiuumq́ corp⁹ ſuſciperemus. Prętereà aduerſaretur hoc etymologiæ nominis, cōmunio em̄ dicitur, & Dionyſius uocat ſynaxim, in qua Chriſtus ſeipſum nobis communicat. communicatio autem illa nimis foret anguſta, ſi tantum corpus nobis daretur, non etiam ſanguis & diuinitas. ſed miſſa facio hæc omnia.

4. Verum porro eſſe illum quem modo commemorauimus, ſcripturæ intellectum, facile confirmabimus unanimi ſanctorū patrum conſenſu. Primus igitur in hoc nobis prodeat ſanctus martyr & pontifex Cyprianus. is ita ait, Panis iſte communis in carnem & ſanguinem mutatus, procurat uitam & incrementum corporibus, ideoq́ ex conſueto rerū effectu fidei noſtræ adiuta infirmitas, ſenſibili argumento edocta eſt, uiſibilibus ſacramētis ineſſe uitæ æternæ effectum, & non tam corporali q̄ ſpirituali trāſitione Chriſto nos uniri: ipſe enim & panis & caro & ſanguis, idem cibus & ſubſtantia & uita factus eſt eccleſiæ ſuæ: & deinde dicit, Panem quē Chriſtus porrexit diſcipulis ſuis, mutatum eſſe non in ſua ſpecie, ſed natura & ſubſtantia, per omnipotentiam uerbi factum eſſe carnem. Et ſicut in perſona Chriſti apparebat humanitas, latebat diuinitas, ita in uiſibili ſacramento ingerit & infundit ſe ineffabili q̄dam modo diuina eſſentia. Quis nō uideat, quid hic Cyprianus ante mille & ducentos annos de hoc ſacramento ſenſerit cum eccleſia, cui merito fides danda eſt, quoniam multas habuit reuelationes, & ſic ſi in hoc aſſerendo aberraſſet, utiq́ illud ei per reuelationem fuiſſet manifeſtatū? libere enim fatetur ſubſtantiā panis immutari. At Lutherus negat. Cypria-

De cœna domini.

nus inſuper ait panem conuerti in carnem & ſanguinem, Lutherus uult ſub hoſtia tantum eſſe carnem, non etiam ſanguinem. Cyprianus ait diuinitatem quoque eſſe in hoc ſacramento, Luther diuerſum ſentit, contendens tantum ibi eſſe corpus. Turpiter ergo errat Lutherus, & alios unà ſecum miſerrime ſeducit. Auguſtinus ſuper Iohannem tractans hæc uerba, caro non prodeſt quicquam, ſic exponit: Vbicunque caro ſola eſt ſine diuinitate & anima. quum autem corpus Chriſti in ſacramẽto multis modis profit, oportet ex ſententia Auguſtini diuinitatem quoque adeſſe

Cyrillus. & animam. Non multo diuerſum ſentit ibidem Cyrillus. ait enim, Caro non prodeſt quicquam, ſi ſola intelligatur, nanque nihil prorſus uiuificare poteſt, quippe quæ uiuificante indigeat. ſed ſi habitantem in hac carne cognoueritis, uiuificam eſſe credetis: nam quoniam cum uiuificante uerbo caro cõiuncta eſt, tota eſt effecta uiuifica: quare quum ſemel mortuus Chriſtus amplius non moriatur, firmiter credimus cum uniuerſa eccleſia catholica, quòd quia ſubſtãtia panis in corpus Chriſti tranſit, & corpus hoc uiuum eſt, animam habens & ſanguinẽ, etiam ſub ſpecie panis totus eſt Chriſtus. diuerſum enim ſentire cũ Luthero, nihil aliud fuit quàm Chriſtum denuo crucifigere: abſit autem id à mentibus fideliũ, ſiquidem dñs Ieſus præpotenter ſuperauit mortem, nec iam amplius moritur, qui eſt benedictus cum deo patre & ſpiritu ſancto, cũ quibus uiuit & regnat in ſecula. Amen.

HOMILIA XXXIII. AN NEceſſariũ ſit, utranque ſacramenti huius ſpeciem ſumere.

Panem cæli dedit eis manducare, Pſalmo LXXVII. & Sapientiæ XVI. repetitum à Chriſto Iohannis ſexto.

PRæclarã nobis de ueteris teſtamenti factis dedit regulam Paulus, dicens quia omnia in figura contingebant illis. Ea nimirum clauis eſt, cuius artificio & ope in multis locis ſacræ literæ magis pateſcunt, meliusq́ intelliguntur. quum ergo habeamus ex ineffabili gratia Chriſti in eccleſia ſanctũ illud & glorioſum euchariſtiæ ſacramentum, in quo pertractando iam ab ipſo principio hac Paulina claue uſi, multas huius ſacramẽti propoſuimus figuras: nunc uelut ab ouo repetentes quæ nobis neceſſaria erunt, conſideramus eas rurſus, quæ nos docere poterunt modum ſuſcipiendi hoc ſacramentum. Extat enim antiquiſſima figura in Abraã, cui etſi laico dedit tum Melchiſedech panem & uinum, quæ ipſe ſacerdos nimirum altiſſimi obtulerat ante. unde quis forte colligat, ſacramentũ hoc etiam laicis ſub utraque ſpecie eſſe tribuendum, ſicut ibi in figura contigit. Atqui ſi penitius rem introſpiciamus de figuris huius ſacramenti, uidebimus profecto, ubicunq́ illę uniuerſæ alicui multitudini ſunt datæ, ſemper id eſſe factum ſub una ſpeciȩ tantum, ut in agno paſchali, q ſub ſpecie carnis ſolummodo dabatur: ſimiliter in manna, quod etſi typum geſſerit noſtri ſacramenti, in altera tamen ſpecie tantũ conferebatur. unde euidens ſatis ſumitur argumentum, laicis in una ſpecie tm̃ conferendum eſſe hoc ſacramentũ, ſicuti ſanctio habet eccleſiaſtica. Quanuis in ſcholis poſſit defendi, Abraam aliquale habuiſſe ſacerdotium, quare &

1. Corin. 10

Obiectio.

Gene. 14.

Exo. 12. 19.

Iohan. 6.

Chriſtus in euangelio tãtum meminit, panis hic,inquiens,eſt panis uitæ,qui de cælo deſcendit,ut omñis qui manducat ex eo,nõ moriatur. Rurſus,panis uerus eſt qui de cęlo deſcendit,& dat uitam mundo. Et iterum,Ego ſum panis uitæ,qui uenit ad me,nõ eſurier. Et inde ad Iudæos, Ego ſum panis uiuus qui de cælo deſcendi. qui manducat ex hoc pane, uiuet in æternum. Panis quem ego dabo,caro mea eſt pro mundi uita. Ecce quomodo ubiq; hic ſola fit mentio panis. nuſquam enim ſe uinum uocat,niſi figuraliter reducatur ad ſanguinem eius. Ita & in ijs uerbis à q̃bus præfari cœpimus,ſolam proponit panis figurã. Quæ nimirum conſolationẽ addant pijs omnibus, ut conſtanter maneant cum uſu totius eccleſiæ, qui multis iam ſeculis obtinuit, laicis ſacramentum hoc ſub una tantum ſpecie eſſe porrigendum, ſicut & in figura dominus panem ſolum commemorat. ſuper ijs ut liceat plura cũ fructu diſſerere,dominusq; Ieſus
Coloſ.4. nobis aperiat oſtium uerbi ad prædicanda myſteria Chriſti,ſalutemus una uoce uirginẽ matrẽ,dicentes:

Aue Maria.

Inter alia multa etiam hãc nobis tragœdiam concitarunt neochriſtiani in eccleſia de utriuſq; ſpeciei ſumptione. quanuis ea ante quoq; commota eſt ab antiquis hæreticis, qui tamen ſopiti & pro ſe quiſq; ab eccleſia ſunt reiecti,ſemperq; Chriſtiana & eccleſiaſtica ueritas triumphauit inuicta,ſicut in Pelagio, Neſtorio, Iacobello & alijs multis docere poſſum⁹. Vt autẽ pij & conſtantes Chriſtiani in uera antiquæ & indubitatæ fidei ſemita perſeuerẽt, ipſis ſacræ ſcripturæ teſtimonijs docebim⁹,q̃ periculoſe,imò q̃ damnatè errẽt neochriſtiani, uno hoc antè præmiſſo,

quod iſti ad ſui erroris confirmationem ſubinde no bis poſſent ingerere, id autem hactenus in omnibus eorum rhapſodijs & confuſis undecunq; commen- tariolis non animaduerti, eſtq; hoc ipſum de Abraã & Melchiſedech, qui quia dedit illi panem ſimul & ui num, exẽplum hoc poſſent ad ſui erroris torquere defenſionem. Verum ad hoc reſpondetur primo, quandoquidem figuræ non omnes æqualiter indi- cant conditiones eorum quæ figurantur, aliâs enim una figura ſufficeret, nec opús eſſet reliquis. Ideo ui deamus quidnam præcipue in hac figura Abraæ & Melchiſedech ſignificetur: præcipue autẽ ſacramen tum hoc ſignificatur in conſecrante, qui & primari- us eſt Chriſt' ipſe. is enim ideo à pſalmiſta ſacerdos dicitur ſecundum ordinem Melchiſedech: deinde fi- gura illa in hoc quoq; fortiter pertinet ad illud ſacra- mentum, ꝙ utraq; ſpecies noui ſacrificij in pane & ui no demonſtratur, ut ſic legale ſacrificium in uitulis, ouibus, & bobus ſignificaretur eſſe finiendum: atque id ſatis eſt ad ſuſtinendam ſignificationẽ figuræ, ne- que interim neceſſarium eſt reſpicere perſonã Abraæ qui ſuſcepit. aliâs enim nemo ſacramentũ hoc ſuſce- pturus eſſet, niſi miles qui quatuor reges expugnaſ- ſet, & captiuos liberaſſet.

Gene. 14.

Heb. 7.

Pſal. 109.

Quod ſi etiam perſonam Abraæ reſpiciendam di ceremus, attamen neochriſtiani propoſitum ſuum inde probare non poſſent. nam ſi fundamentum ui- deamus, Abraam utiq; non merus fuit laicus, ſed pri mogenit' filius Tharæ. in lege autem naturæ, officiũ ſacerdotale fuit penes primogenitos, tantiſper dum eos permutauit dominus cũ tribu Leui, ſicut ad lon gum diſſeruimus in die purificationis Mariæ. Nihil

Gene. 11.

Num. 3.

Tomo. 3.

igitur præualere poterunt aduerſarij eccleſiæ ex hac figura Melchiſedech & Abraæ.

2. Nunc materiam ipſam adgrediamur, cuius ut habeatis fundamentum uerum, neq; obiter tantum rem attingatis uelut in ramis hærentes, quod Lutherani faciunt, ab ipſis iam inde radicibus audite & attendite cauſam. Principio non ſane negamus, imò libere profitemur, in quibuſdam particularibus eccleſiis in principio, atq; deinde aliquãto pòſt, ſacramentum hoc etiam laicis in utraq; ſpecie eſſe porrectũ. docet nos idipſum præter ſcripturam uſus quarundam eccleſiarũ, quem ex gratia dei melius exactiusq; tenemus, q̃ aduerſarij noſtri. Primum enim teſtatur

1.Cor.10. id Paulus ad Corin. ubi non ſemel utriuſq; meminit

1.Cor.11. ſpeciei: ſiquidem ait, Vnus panis & unũ corpus multi ſumus om̃es, qui de uno pane & de uno calice participamus. Quotieſcunq; manducabitis panem hũc, & calicem bibetis, mortẽ domini annunciabitis donec ueniat. Certum eſt autem, Paulum non presbyteris tantum, ſed toti eccleſiæ Corinthiorũ ſcripſiſſe.

Fuiſſe eundem & in Aphrica morẽ, manifeſte de-

Cyprian⁹ clarat Cyprian⁹ in quodam ſermone de lapſis. is eñ loquens de quadam puella quę manducauerat de ijs quæ idolis erãt immolata, ea deinceps in reliqua ple-

Communio vtriuſque ſpeciei aliquando in vſu fuit. be delata eſt in eccleſiã: quumq; finita iam miſſa, diaconus calicem circũcirca porrigeret præſentibus, ueniſſetq; iam ad puellam, recuſauit ea ſuſcipere calicem. diaconus aũt adhuc urgens, illi etiam recuſanti calicẽ infudit. Ecce quomodo ſacramentũ calicis nõ laicis tm̃, ſed & paruulis ſit datum: quod q̃uis nõnulli conantur ad uinum conſecratũ in calice detorquere, ſicuti tum mos fuit quoque in pane ſacrando, &

meminit Auguſtinus,inſuper in eccleſia Gallica adhuc ea eſt conſuetudo, attamen Cyprianus non hic tantum,ſed & in pluribus locis teſtatur fuiſſe ſacramentum:& Hieronymus inquit,ſacerdotes qui eucharistiæ ſeruiunt,& ſanguinem domini populis diuidunt. Pręclarum eſt,atq; ut ex magno pietatis affectu profectum,ita quoq; notatu digniſſimũ, quod in uita ſancti Laurentij legitur, eum dixiſſe ad pontificem Sixtum, quum is iam duceretur ad ſuppliciũ. exclamauit enim, Quò progrederis ſine filio pater? quò ſacerdos ſine leuita ꝓperas? experire certo,utrũ idoneum miniſtrum elegeris,cui commiſiſti dominici ſanguinis diſpenſationem. Sup Sopho.3. Sanctus Laurẽti⁹.

Non mediocre nobis argumẽtum præbet, eundẽ fuiſſe uſum & morem aliquando in eccleſiis Hiſpaniæ,ſiquidem in undecimo concilio Toletano ſancitum eſt,eum ꝓ infideli non habendum,qſquis morbo grauatus,ibi calicem domini biberit, uenerabile illud ſacramentũ nequeat deglutire. extant huius rei argumenta multo plura,quę teſtãtur olim ita obſeruatum eſſe in compluribus locis,ſicut obſequialia & directoria docent, magnitudo quoq; calicum & argentei canales qui hodie in eccleſijs adſeruantur.

3. Porro quod iam cõmemorauimus de uſu utriuſq; ſpeciei,crediderim equidem uſurpatum tantum fuiſſe in tribus ſublimioribus feſtis,qbus cõmuniter oẽs Chriſtiani cõmunicabant,paſchæ, pẽtecoſtes & natalis dñi:non uideo autem quomodo idipſum q̃que ſit obſeruatum uel priuata cõmunione uel apud infirmos:& ſic in ſancto concilio Niceno tantum fit mentio corporis Chriſti, ſimiliter & in Remenſi Can.14.

& Vuormatienſi.ſed mos hic non fuit communis ꝑ uniuerſam eccleſiam, quemadmodum & in multis alijs reperias,in quibus nō ſint omnia ſeruata ęqualiter,ut circa diem paſchæ,& de cōiugatis conſecrandis in presbyteros&c.poſſunt hęc ad longum tractari.Chriſtus profecto ipſe ſacramētum hoc dedit duobus diſcipulis euntibus in Emaus ſub una tantum ſpecie.accepit enim panem,benedixit,fregit,& dedit illis.Auguſtinus ait id fuiſſe ſacramentum,atq; oculos eorum eſſe apertos,ita ut cognouerint illum qñ panem benedictum porrexit eis.Et inde,non incongruenter accipimus hoc impedimentū in oculis eorum à ſathana fuiſſe factum ne agnoſceretur Ieſus,ſi tamē à Chriſto eſt facta permiſſio uſq; ad ſacramentum panis,ut unitate corporis eius participata,remoueri intelligatur impedimentum inimici,ut Chriſtus poſſit agnoſci.eiuſdem ſententiæ ſunt & Chryſoſtomus & Beda.Theophylactus quoque ſic ait:Inſinuatur hic & aliud quiddam,nempe quod oculi eorum qui panē benedictum adſumūt,aperiuntur,ut agnoſcāt illum.Magnam enim & indicibilem uim habet caro domini.Quum igitur & Chriſtus ſub una tantum ſpecie ſacramētum hoc dederit,imitati ſunt eū in illo etiam prælati eccleſiæ.Præterea non parū roboris huic conſuetudini eccleſiaſticæ accedit inde,ꝙ etiam apoſtoli in primitiua eccleſia Hieroſolymis ſacramentum hoc ſub una tantum ſpecie dederunt fidelibus.ita enim ait Lucas,Erant perſeuerātes in doctrina apoſtolorum,in cōmunione & fractione panis & orationibus.Intelligi hoc non poteſt de pane naturali,nam quid hoc magnum fuiſſet,eos perſeueraſſe in communione panis naturalis, in conuictu di

Diſcipuli in Emaus Lucę. 24. Lib 3 de conſ. euange.cap.25.

Chryſoſt. Beda ſup Lucam.

Actu.1.

urno, maxime quum hęc ipſa fractio panis apud Lucam ponatur inter duo ſpiritualia, doctrinam apoſtolorũ & orationem? Inde colligunt doctores, tam ardentem fuiſſe populi in primitiua eccleſia deuotionem, ut quotidie communicarint, quoniam ſic ait Papa Sixtus: Peracta conſecratione, omnes communicent, qui noluerint eccleſiaſticis carere liminibus, ſic enim etiam ſtatuerunt apoſtoli, & ſancta Romana tenet eccleſia. De conſe. di. in. 2. c. peracta.

4. Quid quod & ueteres quum mentionem faciunt huius ſacramenti, panis tantum ſiue ſpeciei panis meminerunt? Ambroſius in libro de ſacramẽtis, ubi de communione laicorum agit, panem tantum cõmemorat. Ignatius quoque ad Epheſios ſic ſcribit, Obedientes epiſcopo & presbytero impręuaricabili ſenſu frangentes panẽ, qui eſt medicamentum immortalitatis, antidotũ non moriendi, ſed uiuendi. ecce quomodo nulla ſit hic mentio uini. Gregorius quoque ſcribit, quomodo papæ Agapito in Græciã proficiſcenti oblat⁹ ſit mutus & claudus. ille uero celebrata miſſa peractoque ſacrificio, coram omni populo dederit ei corpus dominicũ & impoſuerit ori, qui deinceps cœpit loqui. Et hic rurſus calicis nõ meminit etiam Gregorius. Similiter in cõcilio Remenſi uetitũ eſt, ne laici deferant ſacramentum corporis Chriſti ad infirmos, neque ibi de calice aut uino uerbulum ullum. In concilio Vuormatienſi præcipitur omnibus parochis, ut ſemper in promptu habeant ſacramentum corporis Chriſti pro infirmis. de calice ne iota quidem. Sed quid multis hic immoramur? ſi tantum Chriſti uerba apud Iohannem uideamus, nullam uſpiam inueniemus mentionem calicis aut uini, ut omnino mi-

Ambroſi⁹. Ignatius. Li. 3. dial. cap. 3. De conſe. diſt. 2. ca. peruenit. C. ſobri. Ioh. 6.

rum ſit, qua tandem ratione neochriſtiani conentur ex eo loco colligere neceſſitatem communionis ſub utraque ſpecie in laicis, quum tamē altera ſpecies ca licis (quam unice affectant iſti) nuſquam ibi comme moretur. Non equidem inficias eo, uerum eſſe illud
Johan. 6. quod dominus ait, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitā in uobis: deinde, Caro mea uerè eſt cibus, & ſanguis meus uerè eſt potus. Vera ſunt hæc utique, ſed interim hic non exprimitur ſub quanam ſpecie fiat, imò nulla plane hic ſpecies commemoratur niſi panis. nam nos Chriſtiani ingenue ꝓfitemur cū matre noſtra eccleſia catholica, laicū ſub ſola ſpecie panis manducare corpus domini & bibere eius ſanguinē, ſicut infra pluribus edocebimus. Vt autem aduerſarij eccleſiæ & fidei interim pudefiant, & erubeſcant, en obſtruemus eis os impudēs uerbis Chriſti, qui dicit: Quoniam qui manducat hunc panem, uiuet in æternum. laicus utique ſub altera tantū ſpecie manducat corpus Chriſti, uiuet igitur in æternum. Quur interim inflatur & intumeſcit neochriſtianus contra Chriſtum & eccleſiam, uolens æternam dei ſapientiam redarguere de mendacio, quaſi nō ſit ſatis ad ui-
Johan. 6. tam æternam manducare de hoc pane, niſi inſuper de calice bibat? quin potius quilibet Chriſtianus con
1. Cor. 10. cedat uerbis Chriſti, & intellectum ſuum captiuet in obſequium fidei.

His omnibus fidem facit Lucas. is enim refert, qā
Actu. 20. ueniſſent in Troadem, & ſabbato conueniſſent frangere panem: ubi doctores uenerabile hoc intelligūt ſacramentum. Et ibi quoque tantum fit mentio panis, Et uos igitur Chriſtianę pietatis & fidei ſectato-

res,cauete ne decipiamini ab iſtis neochriſtianis cir ca utranque ſpeciem ſacramenti.relinquite & fugite iſtos,potius creditote eccleſiæ ſanctæ,quę uobis p̄ce pit alteram tantum ſuſcipere ſpeciem. Imò & plus fi dei tribuite Chriſto dicenti: Qui manducat hunc pa nem,uiuet in æternum.quod nobis omnibus conce de tu ipſe,qui ſolus es benedictus in æuum. Amen.

HOMILIA XXXIIII. DE SVSceptione huius ſacramēti ſub una ſpecie.

Qui manducat hunc panem,uiuet in æternum,Iohannis VI.

SATIS iam,ſatis inquam mōſtratum eſt,dilectiſſimi in domino,q̃modo in quibuſdā eccleſiis à principio uenerabile hoc ſacramētum ſub utraq; ſpecie fidelibus ſit porrectum. Quærat autem hic aliqs (antequā ulterius progrediamur)qui fiat, quod nūc eccleſia in uniuerſum laicis prohibuit calicis ſacramentum,quum tñ eccleſia apoſtolorum & martyꝝ, ut ante confeſſi ſumus,bibere ꝑmiſerit? reſpōdeo, & nō hic uolo inniti exēplo Chriſti,quod tñ in principio circa hanc rem ualuit nō parum: nunc q̃q; neochriſtiani ſtatim uellent inde ſibi quærere fulcimen tū & quaſi diuerticulum,quod tametſi facerēt,facile adhuc poſſem infringere,eo q̃d mutatio illa ex urgē tibus cauſis & ualidis rationib⁹ ſit facta:Sicut & exē plum Chriſti ꝑmitteret,hoc ſacramentū ſuſcipi poſt cœnam,quemadmodum & à principio in multis ec 1.Cor.xi.

Cur olim laici calicē ſumebant. cleſiis atq; adeo in Corintho factitatum eſſe cōſtat, id tamē ex rationabili cauſa eſt immutatum: ita poſſem hic quoq; dicere, ſed anim⁹ eſt eis ex meliori fundamento reſpondere in hunc modum: Quod in eccleſia martyrum hoc ſacramentum etiam à laicis eſt ſub ſpecie uini in calice ſumptum, id ſanè factum eſt propter quotidianam perſequutionem & continuam Chriſtiani ſanguinis effuſionem: quare mirum non eſt, ſi qui ſemper parati eſſe debebāt ad fundendum pro fidei profeſſione ſanguinem, etiam Chriſti ſanguinem ſub uera ſpecie ſuſceperint: per hoc enim prouocabantur illi & confortabantur, ut conſtantius ſuſtinerent ſupplicia, & ipſam quoq; mortem nō formidarent pro fide ſubire. Nunc tandem ad inſtitutum noſtrum ueniamus.

1. Etſi quibuſdam eccleſiis principio mos fuerit, communicare ſub utraq; ſpecie, ut ſupra diximus, tamen æquè uetuſta eſt cōmunio ſub una ſpecie, ſicut & idipſum probauimus: imò ſi ſingula conferamus, iam inde ab initio magis in uſu fuit unius q̃ utriuſq; ſpeciei communio, quoad laicos. Id inde cōſtare poteſt, quod ſi aliquando ita caſus tulit, ut ſacerdos puniendus eſſet, etiam ante multa ſecula, tunc pro pœna infligebatur ei, quatenus eſſet contentus in communione laica: ita ſtatuit Oſius in concilio Sardicenſi, ut quibuſdam temerariis nō detur etiam communio laica, niſi forte ad extremum pœnitentiā agant. Et in cōcilio Agathenſi decretū eſt, Quod ſi presbyter uel diaconus capitale crimen cōmiſerit, aut chartam falſauerit, aut falſum teſtimonium dixerit, ab officii honore depoſitus in monaſterium retrudatur, & ibi tantummodo quandiu uixerit, laicam cōmu-

Commnnio Laica.

Ca.1.

Ca.50.

nionem accipiat. Ecce quomodo unius ſpeciei ſuſce ptio, qua uſi ſunt laici, uſq; adeo fuit communis iam olim ante mille annos & plus eo, ut etiam uelut propria appellatione laica diceretur communio, eaq; ſacerdotibus pro pœnitentia imponeretur, quanuis illi etiam citra pœnam ea utebantur, nimirum extra miſſam, ſicut de ſancto Martino, Ambroſio, Auguſtino, Hieronymo & Benedicto legimus, quomodo ante mortem ſuſceperint ſacramentũ corporis Chriſti, ubi nulla ſit mentio ſanguinis.

2. Neq; uero ſine ratione cõmunio hæc laica ſub altera tãtum ſpecie præualuit in eccleſia, ſed ex multis cauſis, quarum hic aliquot recẽſebimus: Primaty adeo eſt, periculoſa ſanguinis adminiſtratio. facile enim effundi poteſt, maxime in magna hominum multitudine, ubi ſenes & paruuli, ſani & ęgri accedũt, id autem cederet in magnam ignominiam ſacramẽti. Sed & in cuſtodiendo periculum eſſet, eo quod ſpecies uini facile aceſcit, corrumpitur & perit, unde faſtidium oriretur hominibus & nauſea, quo minus ſuſcipere poſſent. Ad hęc ſi ultro citroq; mittendũ, portãdum, ſiue uehendum ſit, ne effundatur, cautio ſemper erit. facile enim huiuſmodi liquida profunduntur. Mitto quòd non pauci ſunt qui natura abhorrent à uino, alij etiam ex morbo, alij ex alijs accidentibus cauſis, ut prægnãtes mulieres & febricitantes, &c. In ipſo quoq; ſuſcipiendi modo uidetur aliquid ſubeſſe periculi, quoniam facile quiſpiam labijs aut lingua profunderet ſacramentum, uel etiam remaneret nonnihil adhærẽs barbæ aut mento. Quæ omnia uergerent in offenſam Chriſti & huius ſacramenti. Alexander de Hales ſatis idoneus teſtis eſt,

Cur laicis calix ablatus. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Hales.

hoc etiam diuinitus per miracula eſſe comprobatũ. nam quum in quodam cœnobio fratres quos conuerſos dicunt, cuperent ſibi quoq; dari ſacramẽtum ſub utraq; ſpecie, conſtituto interim ſacerdote in canone, repente patina ſanguine repleta eſt. uidentes hoc fratres, ab inſtituto reſilierunt. Præcipua tamen ex omnibus cauſa eſt errorum qui circa illud ſacramentum exorti ſunt, ſicuti iamiam copioſius diſſeremus.

Obiectio. 3. Dicas autem, rationes omnes illæ aliud non probant, niſi quomodo communio utriuſq; ſpeciei ſit immutata, & quibus de cauſis, non ſufficiunt autẽ eam omnino reſcindere & prohibere, ſicut in concilio Conſtantieñ: & Baſileeñ. factum eſt, noſq; paulo poſt edocebimus. Reſpõdetur, Orti ſunt quidam errores circa hoc ſacramentum, per quos non intermiſſa tantum eſt ſuſceptio utriuſq; ſpeciei, ſed & oĩno prohibita. ex ijs tres uideo præcipuos: primus extitit Neſtorij, qui inter alios etiã hunc tenuit, ſub ſpecie panis tantum eſſe corpus Chriſti, & ſub ſpecie uini ſolum ſanguinem, inde neceſſarium eſſe duxit ſacramentum hoc etiam à laicis ſub utraq; ſpecie ſumi debere. Antiquus ille quidem, ſed tamen multũ horrẽdus eſt error, facere corpus Chriſti in hoc ſacramẽto exangue & exanime, ſicut paulo ante monſtrauimus: ideoq; quoniam Chriſtiani maxime uero ſimplices, credebant firmiter ſub qualibet ſpecie totum eſſe Chriſtum, alteram ſpeciem intermiſerunt. uixit autem Neſtorius tempore Theodoſii imperatoris, & hunc quidem errorem iamdudum ſopitum, nunc denuo uelut ex Orco reuocauit & ſequitur Luther⁹.

Neſtori⁹.

Tres errores de cõmunione. Sermone 31.

Pelagius. Altera hæreſis fuit Pelagij temporibus B. Auguſtini.

is quoq; ratus eſt utranq; ſpeciem laicis eſſe neceſſariam,non tamen ex fundamento Neſtoriano, quaſi non eſſet etiam totus Chriſtus ſub utralibet ſpecie,ſed propter hæc uerba Chriſti quũ ait,Niſi manducaueritis carnem filij hominis,&biberitis eius ſanguinem,non habebitis uitam in uobis:& hic nõ exiguus eſt error,ut ſupra docuimus,neq; enim hic aliquam ſpeciem præcepit dominus,ſed manducationem,ſpeciem autem ijs uerbis non expreſſit: quãuis huiuſmodi errorem ex illis uerbis ſuxerit quidã Petrus Dreſdeñ & eundem deinde Iacobellus inuexit in Bohemiam,ſiquidem non memini errorem hunc ab Huſſio in Bohemiam eſſe delatum, ſicuti nec ꝓpoſitus eſt ei in concilio Conſtantieñ. Cui tñ huic hæreſi adhærẽt, fundamẽtum nullum habent:quia quotquot ſuper hunc locum ſcripſerunt doctores, omnes exponunt de ſpirituali manducatione & incorporatione ipſi Chriſto per fidem:aliàs & paruuli non ſaluarentur, qui ſacramentum hoc non ſuſcipiunt,& quot demum hominum millia deſtituerẽtur ſalute per uniuerſum Chriſtianiſmum,qui ſub utraque ſpecie nõ recipiunt ſicut iſti,& ſic caliceorum eccleſia maior foret ꝙ eccleſia Chriſti,quod abſit. Sed quid eſt obſecro, ſi non hæc temeritas maxima eſt iſtorum,qui non tantum alios Chriſtianos omnes, ſed & parentes & maiores ſuos omnes, qui nõ item de calice participarunt,damnare conantur? Johan. 6.

Quid quod etiamſi uerba Chriſti citata, de ſacramentali manducatione intelligantur, tamen minime euincunt utriuſq; ſpeciei participationem, eo ꝙ ſub altera tantum ſpecie tantundẽ ſumit laicus,quantum ſub utraq;, quia totum Chriſtum, corpus eius,

animam quoq;,ſanguinem & diuinitatem,ſicut ſacerdos ſub utraq;:quum itaque nihil ei decedat,quid eſt quod ſeparare ſe conatur ab eccleſiaſtica unitate, & inobedientem ſe exhibere eccleſiæ ſanctæ, unde ꝓpriã ipſe ſibi damnationẽ ante tẽpus aſciſcat? Quiſ-
Matth 18. quis enim eccleſiam nõ audierit, ſit tibi tanquã ethnicus & publicanus.Interim autem iſte magnus calicis affectator,dum per fas nefasq; calicem ſibi adrogat,totum amittit Chriſtum, qui inueniri nuſquam poteſt niſi apud dilectam ſuam ſponſam eccleſiam, non penes Arrium,Neſtorium,Heluidium,Huſſ,Luther,Butzer,& ſimilia hæreticorũ portenta. Experti prohdolor nimium ſumus hoc noſtro ſeculo, quomodo totum iſti amiſerint Chriſtum. Quid enim Zuinglius effecit Turegi? Quid Oecolampadius Baſileæ? quid Butzer & Capito in Argentorato? quid Vlmæ Rotenacker? quid Blarer Conſtantiæ? quid Simpert' Memmingæ &c.nihil aliud,niſi quod una opera oẽs in hoc calice cudendo elaborarũt, uelut Aethnæi fratres,dum docuerũt neceſſarium eſſe, ut etiã laici ſanguinem Chriſti ſumerent in calice. Quid inde factum eſt? corpus pariter & ſanguinem Chriſti amiſerunt,negantes iam Chriſtum naturaliter & eſſentialiter eſſe in ſacramento,ſed tantum per figuram,ſicq; panem illum ſuum piſtorium tantummodo reſeruarunt pro immenſo illo theſauro precioſiſſimo ſacramento,dum Chriſtum totum,imò & fidẽ in illum & gratiam ipſius & miſericordiam, atque adeo regnum cælorum perdiderunt, facti ipſi blaſphemi,ſacramentorum & miſſæ oppugnatores. det deus, ut aliquãdo agnito ſuo errore,reſipiſcant. Ad huiuſmodi blaſphemos errores præcauendos,ſalu

briter & conſulto uiſum eſt eccleſiæ quæ gubernato rem habet ſpiritumſanctum,docētem illam omnem ueritatem,ut laicis hoc ſacramentum ſub altera tantum ſpecie porrigatur. propter pericula inde emergentia & quæ poterat ſacramento deferri contume lia,quare quilibet Chriſtianus hanc audire tenetur,& ei parere. Johan.16.

3. Alium adhuc errorem commentus eſt Lutherus,qui primum non innixus eſt hæreſi Neſtorianæ, deinde tamen ut inſtabilis & inconſtans,planeq́ȝ talis,qui ſuper arenam ædificarat,incidit in eundem,in libello quem ſcripſit aduerſus epiſcopum Miſnēſem, ſicuti ſupra de concomitantia dictum eſt:neq́ȝ fretus eſt textu Iohannis, ubi non tantum cōtra Bohemos & Pelagium,ſed etiam contra catholicos eccleſiæ doctores contendit, totum illud caput nihil habere de ſacramento altaris. aliam itaq́ȝ rationem confinxit, multū inſidens & inhærēs huic uerbo Chriſti,quum dixit,Bibite ex hoc omēs. Quod ille uult eum ad oēs dixiſſe Chriſtianos,eisq́ȝ præcepiſſe, ut ex illo calice biberent. Atq́ȝ hoc ipſo ſuādiuntur ſibi laici in ſacris literis nunquàm uerſati,clamantes uelle ſe ſtare huic commiſsioni Chriſti,ſicq́ȝ à Luthero ſeducti, conantur iſtud uerbum domini ſibi adrogare citra ſcripturam,imò præter rationem,& contra uſum eccleſiæ, ſanctorumq́ȝ patrum expoſitionem. Quum enim hoc textus ipſe præ ſe ferat,dominum hęc ad apoſtolos tantum dixiſſe, omnes hic apoſtoli, non omnes Chriſtiani uel laici ſunt intelligendi,ut iſti exponūt. nam pertinere uerbum illud omnes,ad apoſtolos,non autem idiotas,ſatis liquet ex Marco,qui ait, Biberūt ex illo omnes,quod neq́ȝ iſti temerarij,nec quiſquam Matt.7. Luther de 6.cap. Iohan. Matt 26. Bibite oēs Mar.14.

aliusrationis ſuæ compos poterit ad om̃es Chriſtianos & laicos detorquere,quorum & tot millia obierunt & adhuc uiuunt, necunquam ſacramẽtum ex calice ſuſceperunt,ſed neq; ſuſcipere uoluerunt. Conſiderent igitur omnes Chriſtiani bonitatem & miſericordiam ſpiritusſancti,qui impoſturas iſtas & deceptiones manifeſte adeo ad utilitatem noſtram præmonſtrauit:ſiquidem quum per Matthæum dixerat, quomodo Chriſtus commiſiſſet,dicens,Bibite ex eo omnes,omniſcius ille cognouit utiq; fore aliquando hæreticos,qui commiſſionem hãc ſolis apoſtolis factam,ad omnes Chriſtianos eſſent traducturi. proinde per Marcum oſtẽdit, hoc ad apoſtolos pertinere, quando dixit,Biberunt ex illo omnes.Eat nunc Lutherus,ſi uolet,& iactet cum crabronibus ſuis,calicis ſui fundamentum ſe habere in euangelio, atq; adeo ex commiſſione Chriſti,cum interim nihil aliud faciant quàm quod ſcripturam dilaniant,ipſi excæcati à deo propter malignitatem & duritiem cordis,ita ut apertiſſimam ſcripturarum expoſitionem præ oculis poſitam non uideant.Sed nunc tandem reſpõdeamus ad ea q̃ articulo tertio ꝓpoſuimus,q̃ſita. Conſtãtienſe em̃ & Baſileenſe cõcilia utriuſq; ſpeciei communionẽ ꝓhibuerunt,q̃ tñ à principio naſcẽtis eccleſię uetita nõ erat,ſed à ſanctis & apoſtolicis uiris uſurpata: facta aũt illa ꝓhibitio eſt ideo, q̊d aduerſarij eccleſiæ Chriſtũ conabant̃ facere diuiduum, ſic q; non ęqualiter totus eſſet ſub alterutra ſpecie, q error ſane ut horrendus eſt,ita à Chriſtianis mẽtibus alieniſſimus. Deinde & qdẽ ꝑcipue ob id facta mutatio eſt, q; hęretici uolebãt cõmunionẽ hãc ſub utraq; ſpecie eſſe ꝑceptam & neceſſariam,uetuit eam eccleſia,non

quod pſe mala eſſet, ſed ut ſic Chriſtiani fierent ab hoc errore q̃ remotiſſimi. Nō ſecus, atq; certū eſt hoſtias in ſacramento altaris nō debere eſſe fermentatas, ut ſic Paulum ſequamur, manducātes ex azymis ſynceritatis & ueritatis: attamen quum orta eſſet hęreſis Hebionitarum, cōtendentium nos oportere ſequi Iudęos, tunc papa Leo inſtituit, ut ad tempus uterentur pane etiam fermentato in hoc ſacramento: & quamuis Gręci morem hunc etiamnum obſeruāt, eccleſia tamen latina ubi ſopitus eſt hic error, ueterem conſuetudinem iterum ſuſcepit, ita ut iam amplius panem fermentatum in uſu huius ſacramenti non admittat. Hebionit. Epiſt. 41. ad epiſcopos Syrię.

Audi quiddam non paulo manifeſtius, quum neochriſtiani uellēt Chriſti perſonam diſtrahere in duas, quarum altera deum, altera hominem conficeret, unde ſequeretur, ſicut & ipſi contendebant, Mariam tantum eſſe matrem hoīs Chriſti, non dei, ibi orta eſt diſſenſio de duobus nominibus, contendentibus alijs θεοτόκον, hoc eſt, deiparā, alijs affirmantibus χριστοτόκον eſſe dicięq; Mariam, tanquā Chriſti matrem. Et quan uis utrunque hoc nomen præcipue competat Mariæ, ut tamen hęreſis Neſtorianorum ſupprimeretur quæ conabatur euincere, Mariam tantūmodo Chriſti, non etiam dei eſſe matrem, eccleſia ad tempus ꝓhibuit Mariam uocare matrem Chriſti, quum tñ ea ueriſſime erat. Vide præter epiſtolam Leonis, etiā q̃ Hormiſda papa ſcribit ad Iuſtinū imperatorē. Quū itaq; ad certū temp' uetuit eccleſia Mariam dici matrem Chriſti, ꝓpter hæreſim Neſtorij & Eutychetis, quāto magis merito prohibuit ad tempus utriuſq; ſpeciei cōmunionē in ſacramento, ad tantos errores Neſtori⁹. θεοτόκος Hormiſda

euellendos: in rebus enim fidei, ſicut & in bonis moribus, inſtar & hortulani oportet procurare omnia, ut quamprimum ramus nimium in alterutram partem flectitur, rurſus incuruet eum in alterã partem, quatenus hoc modo creſcat rectior. Ita ſimili modo fecit hic eccleſia in honorem ſacramẽti, & utilitatem fidelium, atq; errantium emendationem, ut ipſi quoque redigantur in ordinem unitatis eccleſiaſticæ. ec-
Gene.7. cleſia ſiquidem illa eſt arca Noæ, extra quam nemo ſeruatur, ipſa uero inſtar ſponſi ſui Chriſti, cupit oẽs homines ſaluos fieri. dominus deus dignetur illuminare errantes, & fidelibus largiri cõſtantiam, qua freti, fortiter perſeuerent in unitate fidei Chriſtianæ, in qua nos tandem omnes gaudium conſequamur felicitatis æternæ, Amen.

HOMILIA XXXV. DE SVMptione alterius tantum ſpeciei in ſacramento altaris.

Panis quẽ ego dabo, caro mea eſt pro mundi uita. Iohan. vi.

ETſi non erat animus, dilectiſſimi in domino Ieſu, materiam huius ſacramenti tam copioſe pertractare, attamen quum ſim expertus, eſſe multos etiam pro doctis & ſapientibus habitos, quibus iſte fucus, imò fumus Lutheri nil aliud niſi fumũ uendentis, impoſuit, ita ut ab unitate fidei & eccleſiæ reſiliant: ipſe me zelus dei compellit & charitas proximorum, rem hanc penitius adhuc introſpicere, q̃ â principio fecim⁹, ubi quomodo materiam pro exigentia cauſæ tractauimus, ita nunc articulos q̃ſdam ponemus, quos uir undecunq; doctiſſimus epiſcopus

Roffenſis aduerſus Lutherum pro confortatione & conſolatione catholicorum præſcripſit,non quidem hic ad uerbum adducemus om̃ia , ſed ipſum ſuccum atq; adeo medullam totius rei declarabimus.

Principio conſiderandum eſt,conſuetudinem hãc laicæ communionis in eccleſia introductam citra alicuius doli uel fraudis ſuſpicionem.quid enim excogitari etiam poteſt,quod habeant ſacerdotes ueluti p̃rogatiuum,ſi laicis alteram ſacramenti ſpeciem ſubtraxerint,ſ calicis,quid obſecro hoc eis proderit? Vſque adeo nemo poteſt oſtendere, quomodo ſacerdotes hic priuatum ſuum commodum quęſiuiſſent. Quid quod contrarium ipſorum cauſam multo fortius cõfirmaret? ſicut Zuinglius iactitabat ſe pleraſque uetulas ad fletum prouocaſſe,dum eis nonnihil dixerit de ſumptiõe calicis, quanuis deinceps calice, hoſtia & toto hoc ſacramento penitus exciderit. Quò tandem non Lutherus eccleſiaſticos homines in ſuſpicionem trahere conatur tyrannidis,eo quòd laicis ſpecies calicis ſubtrahatur? Tyrannis utiq; fit, ubi quiſpiam ſe propria autoritate citra expectationem iuris uiolenter intrudere nititur in aliquod bonum,in poteſtatem &c.quæ ad eum non pertinent. nihil autem iſtorum hoc loco de ſacerdotibus euinci poteſt,Lutherus igitur temere & non ſine mendacij nota,pontifices,cõcilia & uniuerſum illum ordinem ſacrum inſimulat tyrannidis.

Nihil accedit ſacerdotibus ex vna ſpecie.

2. Ad hæc,communionis huius introducta conſuetudo ſub altera tantum ſpecie, neque alicui ſcripturæ,nec ulli commiſſioni CHRISTI aduerſatur,ſicut & ipſe fatetur Lutherus neutram eſſe neceſſariam.Imò alicubi affirmat,nullum eſſe in euange-

Conſuetudo ſub vna ſpecie.

lio & uniuerſo nouo teſtamento præceptum. Vbi etſi grauiter errat ille, noſtrum tamen inſtitutum uerum eſt, ſ. morem hunc communiōis laicæ nuſquam eſſe in ſacris literis prohibitum, quod teſtatur uel illud unicum, quoniam in eccleſia latina tanto omnium conſenſu citra ullam controuerſiam mos hic ab omnibus eſt receptus, unde quiſquis rationis eſt capax, colligere facilime poteſt, factum id eſſe à ſpiritu ſancto qui operatus eſt in cordibus fideliū. Quamuis enim Bohemi in hac re peculiarem ſibi hæreſim concitarunt, ſeducti à Petro Dreſdeñ. & alijs, antea tamē in Bohemia quoque, ut in alijs Chriſtianorum regnis omnibus, mos hic communionis laicæ ab oībus receptus: quem & adhuc magna Bohemorum pars ſequitur cum eccleſia catholica. Quantum obſecro laboris & moleſtiæ dedit Chriſtianis feſtum paſchæ ſub pontificibus Pio, Victore & Aniceto? Quātum malorum ortum eſt ex eo, quod ſacerdotib⁹ atque diaconis negatum eſt ducere uxores? Quantum rixarum & contentionum emerſit propter primatum eccleſiæ Romanæ? Immenſum, quantum diſcordiarum ſit motū ob imagines Chriſti & ſanctorum, atque id genus alia plura. Nihil ſimile conſtat eſſe concitatum, quando uſus huius communionis eſt introductus. Quod autem deinceps ſuperuenerūt, q diſſenſiones mouerunt & adhuc mouent, quib⁹ hāc communicandi conſuetudinem reijciant, quæ tanto omnium conſenſu ab uniuerſa eccleſia latina fuit recepta: non prouenit id ex ſpirituſancto, qui utique non eſt deus diſſenſionis, ſed ex autore omnis diſcor-
1. Cor. 14. diæ & patre mendaciorum diabolo, qui huiuſmodi iurgia inuehit in eccleſiam, ut ſic Chriſtiani uerā uni-

tatem & charitatem amittant, contra illud quod eos iam olim docuit Paulus, Obſecro uos fratres per nomē domini noſtri I E S V C H R I S T I, ut idipſum dicatis omnes, & non ſint in uobis ſchiſmata, ſitis autem perfecti in eodem ſenſu & in eadem ſcientia. 1. Cor. 1
Hæc illa catholica & apoſtolica eſt regula, ſecũdum cuius præſcriptum non uiuunt iſti, qui tãtos in eccleſia tumultus citra cauſam concitant, præter utilitatem, imò cum magna animarum pernicie. det deus eis mentem meliorem, ut errores ſuos agnoſcant, & ad ouile Chriſti reuertantur.

2. Dixi hæreticos iſtos errorem hunc commouiſſe ſine cauſa & aliqua utilitate, ſiquidem uſus alterius tantum ſpeciei in nullius cedit detrimentum, eo quòd ibi totus eſt Chriſtus, uſq; adeo, ut nihilo plus iſte ſumat ſub panis & uini ſpeciebus, quàm ſimplex catholicus ſub altera tantum, quod quidem ad Chriſtum pertinet, niſi quod iſte eundem CHRISTVM etiam ſub ſpecie uini ſuſcipit: ſpecies autem nihil uirtutis aut efficaciæ addit ſacramento, quia tantum eſt ſignum, nec quicquam operatur in animam hominis, ſed ipſe Chriſtus, qui ęquè ſub una tantum eſt ſpecie, ac ſub utraq;.

Bene igitur catholici & ueteres illi Chriſtiani fecerunt, qui antequam eccleſia præciperet iſtam communionem ſub altera tantum ſpecie, ipſi proprio motu in honorem ſacramenti, quod paſſim uidebant in tanta communicantium multitudine indignis modis tractari, ultro nemine cogẽte, maluerũt altera ſpecie abſtinere, quàm utrãq; ad ignominiam ſacramenti ſuſcipere.

Quanto amplius pii fuerunt illi, deoq́ propinquiores, quàm iſti ſectarũ nouatores Lutherani & Zuingliani, qui nihil ipſi faciunt boni, ſed neq; aliud ex eis audis, niſi quod homines bonis, corpore & anima, quantum in eis eſt, perdunt.

Omnes itaq; Chriſtiani multo magis permanere debent cum uniuerſali totius eccleſiæ conſuetudine, quàm ut iſtiuſmodi ſibi quærant diuerticula, uel eo maxime, quod id duobus cõcilijs decretũ eſt, & Chriſtus eccleſiam ſuam errare utiq; non permittit in ijs quæ ſunt fidei, quum ei dederit ſpiritumſanctum oĩs

Johan.16. ueritatis magiſtrum. Quæro ex huiuſmodi hæretico, qui ita mordicus calicis communionem tuetur, quiſnam diſſenſionẽ iſtam dignoſcet & dijudicabit? aut alium dare poterit iudicem, niſi generale concilium? Atq; hoc iam olim ſtatuit ſuper hac re, & impios Lutheri errores damnauit, qui quum euadere per hanc rimam cupit, affirmans ſcripturam iudicare debere, iniquũ ſane eſt ſubterfugiũ, eo quod ſcriptura utriq; parti eſt communis, ut quam ambæ ſuſcipiant. non enim de ſcriptura contenditur, ſed de eius intellectu: & quum Lutherus ſenſum ſuum extollere nititur ſupra omnia concilia & totum Chriſtianiſmum, quę diabolica eſt præſumptio & luciferiana ſuperbia: præ-

Matt.18. cepit enim dominus, atq; adeo ſerio mandauit audire eccleſiam, non uel Lutherum uel Iacobellum. Pau

Heb.13. lus quoq; parere nos uult prælatis & in eminẽtia cõſtitutis, non perfidis ex monaſtico ordine apoſtatis. Chriſtus docuit oues audire uocem ſui paſtoris & rectoris, non ululatum ſæuientium & rapacium luporum, hoc eſt, hæreticorum, qui ſemetipſos ingerunt ſine conſenſu ſpiritualis eccleſiaſticæ poteſtatis.

3. Cæterum quia ſæpe hactenus conſtitutiones commemorauimus conciliorum Conſtantienſis & Baſileenſis, ut id quoque liquido cõſtet noſtris Chriſtianis, en in hac etiam parte eorum iuuabimus intellectum, & ſanctionem hoc loco adducemus, quæ confecta eſt ſeſſione 13 in hunc modum:

Cum in nonnullis mundi partibus quidam temerarie aſſerere præſumant, populum Chriſtianum debere ſacramentum euchariſtiæ ſub utraque ſpecie panis & uini ſuſcipere, & nõ ſolum ſub ſpecie panis, ſed etiam ſub ſpecie uini populum laicum paſſim communicent, etiam poſt cœnam, uel aliàs non ieiuni, & communicandum eſſe pertinaciter aſſeruerunt, contra laudabilem eccleſiæ conſuetudinem rationabiliter approbatam, quam tanquam ſacrilegam damnabiliter reprobare conãtur: hinc eſt quod hoc præſens concilium ſacrum generale Conſtantienſe in ſpiritu ſancto legitime congregatum, aduerſus hũc errorem ſaluti fidelium prouidere ſatagens, matura plurium doctorum tam diuini quàm humani iuris deliberatione præhabita, declarat, decernit & diffinit: quòd licet Chriſtus poſt cœnam inſtituerit, & ſuis diſcipulis adminiſtrauerit ſub utraque ſpecie panis & uini hoc uenerabile ſacramentum, tamen hoc non obſtãte, ſacrorum canonum autoritas laudabilis & approbata cõſuetudo eccleſiæ ſeruauit & ſeruat, quod huiuſmodi ſacramentum non debet confici poſt cœnam, neque à fidelibus recipi non ieiunis, niſi in caſu infirmitatis aut alterius neceſſitatis à iure uel eccleſia conceſſo uel admiſſo. Et ſicut hæc conſuetudo ad euitandum aliqua pericula & ſcandala rationabiliter introducta, quod licet in primitiua eccleſia huiuſmodi ſacra- Decretũ. Conſtan.

T

mentum reciperetur à fidelibus ſub utraque ſpecie, poſtea à conficientibus ſub utraque ſpecie, & à laicis tantum ſub ſpecie panis ſuſcipiatur, cum firmiſſime credendum ſit & nullatenus dubitandum, integrum corpus & ſanguinem tam ſub ſpecie panis quàm ſub ſpecie uini ueraciter contineri: unde cum huiuſmodi conſuetudo ab eccleſia & ſ. patribus rationabiliter introducta & diutiſſime obſeruata ſit, habenda eſt pro lege, quam non licet reprobare aut ſine eccleſiæ autoritate pro libito mutare: quapropter dicere, quod hanc conſuetudinem aut legem obſeruare ſit ſacrilegum aut illicitum, cenſeri debet erroneum: & pertinaciter âſſerentes oppoſitum præmiſſorum, tanquam hæretici arcendi ſunt, & grauiter puniendi per diœceſanos ſeu locorum officiales eorum, aut inquiſitores hæreticæ prauitatis in regnis ſeu prouincijs, in quibus contra hoc decretum aliquid fuerit forſan attentatum aut prǽſumptum, iuxta canonicas & legitimas ſanctiones, in fauorem catholicæ fidei contra hæreticos & eorum fautores ſalubriter adinuentas.

4. Audita nunc uniuerſalis eccleſiæ ſanctione, ſiquidem in hoc concilio ſancto interfuerunt, ſ. nationes illǽ, Italica, Germanica, Gallica, Hiſpanica, & Anglica, reliqua autem regna ijs quinque nationibus fu-
Matt.18. erunt incluſa. Atqui CHRISTVS nos ſerio iubet audire eccleſiam, neque contra prælatos illius murmurare, aliâs enim rebelles ſumus aduerſus deum, ut teſtatur Moyſes, & lepram contrahimus animæ, ſic-
Exod.16. ut Maria leproſa facta eſt in corpore. Omnes eiuſ-
Num. 16. modi murmuratores merentur conſimile ſubire ſupplicium ſicut Chore, Dathan & Abyron, ut deuoret

eos terra morſu amariſſimo: ſi enim tantum poteſta tis iam olim contulit deus ſummo ſacerdoti in lege, ut quiſquis non parebat ei, reus eſſet mortis, non minus & nos obedire decet ſummo pontifici in eccleſia, qui nobis datus eſt in paſtorem animarum, ſi. ut CHRISTVS commiſit Petro & poſteris eius, paſce oues meas. Præcepit autem & ipſe Chriſtus, ut audiamus præpoſitos noſtros, dicens: Qui uos audit, me audit: & qui uos ſpernit, me ſpernit & eum qui miſit me patrem. Omnes igitur ſynceros Chriſtianos candide obtemperare decet ſanctioni huius concilij Conſtantieñ. quando dominus prælatis ligandi ſoluendiq́ contulit poteſtatem. Et ut maxime non ſtatuiſſet hoc concilium illud ſanctum, adhuc tamen Chriſtianos obſeruare cõuenit laudatam illam eccleſiæ conſuetudinem, neque ipſam ullo modo contemnere, iuxta iſtud Pauli: Si quis uidetur cõtentioſus eſſe, nos talem conſuetudinẽ nõ habemus neq́ eccleſia dei. Magna re uera, magna eſt autoritas eccleſiæ, cui & ſcriptura ipſa concedit. Nam quis abrogauit ſabbatum, & in eius locum ſubſtituit diem dominicum? non ſcriptura utiq́, ſed eccleſia.

Deut. 17. Iohan. vlt. Luce. 10. 1. Cor. 11. Autoritas eccleſiæ. Exo. 20. 21. Gene 17. Iof. 5 Actu. 15.

Quis aboleuit circuncisionem in ueteri teſtamento præceptam, & inde unà cum euangelio uſitatam? eccleſia in primo apoſtolorum concilio Hieroſolymis partim, & deinde in uniuerſum. Quis promouit diem paſchæ à 15. die menſis primi uſque in diem dominicum ſemper? non ſcriptura, ſed eccleſia. Quis permiſit ut apoſtoli contra commiſſionem domini baptizarent in nomine IESV? eccleſia apoſtolica. Quis prohibuit eſum ſanguinis &

Exo. 12. Matt. vlt. Actu. 2.

ſuffocati,eundemq́ contra ſcripturam rurſus ſuſtulit?eccleſia.

Moyſes ſerpētem æneum ſuffixit & erexit ad præceptum domini,Ezechias rurſus demolitus eſt. An non eccleſia ſuperior eſt Ezechia? Omnia hæc inde robur accipiunt, quod eccleſia doctore & magiſtro gaudet ſpirituſancto,dicente domino ad apoſtolos:
Johan.16. Rogabo patrem, & alium paraclitum dabit uobis, ut maneat uobiſcum in æternum,ſpiritum ueritatis, & ille docebit uos omnia. Et inde, quum uenerit paraclitus ille ſpiritus ueritatis,docebit uos omnem ueritatem.

Quiſquis ergo conſuetudines & ſanctiones eccleſiæ ſpernit,ſimul quoq; magiſtrum eius contemnit ſpiritumſanctum,ipſumq́ blaſphemat,quoniam certo illa habet ſpiritum dei:& quiſquis in mandatis & præceptis eccleſiæ dubitat, is ſimul de ſpirituſancto ambigit,in quem & peccat,inflatus inanis ſuperbiæ faſtu.non faciunt hoc candidi filij eccleſiæ,ſed cōtenti ſunt iuxta præceptum eccleſiæ una tantum ſpecie ſacramenti, in qua & ſperant ſe gratiam & gloriam conſequuturos à domino deo. Amen.

HOMILIA TRICESIMA ſexta, qua declinantur & refelluntur obiectiones,quas pro utraq; ſpecie ſacramenti obijciunt hæretici.

Qui manducat hunc panem,uiuet in æternum. Iohan. VI.

SAtis faciat nobis unanimis eccleſiæ conſenſus in hoc ſacramento, ſatis faciant decreta conciliorum, ſatis item, quod dominus ipſe ſacramentum illud diſcipulis in Emaus ſub altera tantum ſpecie porrexit, ſatis perſuadeat hoc nobis, quòd Chriſtus Iohan. 6. ubi plurimum facit huius ſacramenti mentionem, nuſquam meminit utriuſq; ſpeciei neceſſario ſumendæ. ſatisfaciat & hoc, quod in ueteri teſtamento figuræ typicæ illius ſacramẽti ſub una tantum ſpecie proponuntur, ſicut manna, panes propoſitionis, & agnus paſchalis: his accedit primitiuæ eccleſiæ conſuetudo Hieroſolymis obſeruata, & quod ſacramentum hoc à ſanctis patribus eſt ſub una tantum ſpecie conſeruatum. ita enim Ambroſ. ſcribit de exitu fratris ſui Satyri, quomodo ſacramentum geſtarit inuolutum in libello precum ſuarum, atq; hoc ſeruarit eum in naufragio. Hieronymus quoque in quadam epiſtola teſtatur, Exuperium epiſcopum Toloſanum conſeruaſſe ſacramentum corporis Chriſti in cophino ſeu corbe iunceo: ſicq; Epiphaniũ epiſcopum Cypri geſtaſſe ex collo ſuſpenſum. Ex quibus rationibus euidenter colligendum eſt nobis & perſuadendum firmiter, ut conſtantiſſime perſeueremus cum eccleſiaſtica cõſuetudine, neq; moueamur ab ijs quæ noui & ueteres hæretici commẽti ſunt de communione calicis, eorum tamen calumnias diluendas atq; refutandas ſuſcipiemus.

Luce. 24.

Iohan 6.

Exo. 16. & 12.

Actu. 2. C. 7.

Ad Ruſticum monachum.

1. Quandoquidem ſacerdos in officio miſſæ tenetur ſacramentum hoc ſub utraq; ſpecie conſecrare & ſumere, quur non faciat hoc ipſum laicus quoq;, nihilo utiq; minus Chriſtianus exiſtens atq; ſacerdos, & ipſe etiam Chriſti ſanguine redemptus? Breuiter hic

reſpondent doctores, ſacerdotibus commiſſum id eſ ſe in perſona apoſtolorum, quãdo dixit ad eos Chri
Luce.22. ſtus: Hoc facite in meam commemorationem, quæ uerba ad apoſtolos tantum & eorum ſucceſſores p̃tinent, quoniam ipſe dominus eos à cæteris fidelibus ſeparat, dicens apud Lucam de calice, qui pro uobis
Matt.26. effundetur, & apud Matthæum, qui pro multis effun
Matt.26. detur, non tantum pro apoſtolis, qui tunc ſacramentum ſuſcipiebant, ſicut hæc pulchre coniungit eccleſia in conſecratione, quum ait:

Canon. Hic eſt calix ſanguinis mei noui & æterni teſtamẽti, myſterium fidei, qui pro uobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. inde quicunque conſecrant, ſub utraque debent ſpecie ſumere ſacramentum tanquam publici eccleſiæ miniſtri. Atque in hoc conquieſcunt doctores, è quibus doctor quidam Vehe, ad longum proponit rationem huiuſmodi uelut pro fundamento. Duo ſunt in ſacramento, ſignificatio & operatio. illa quidem nos ducit ad cognitionem inuiſibilis uirtutis diuinæ, gratiæ quoque & donorum, unde in nobis accenditur charitas, ſpes erigitur, nutritur & alitur fides, nosq́ ad gratiarum actionem incitamur.

Quo autem pacto ſit hoc ſacramentum etiam ſignum, inuenimus enim ſignum triplex, aliud ſignificans, aliud memoriale, aliud ſignum pignoris, & tria hæc in ſacramento quoque facile eſt uidere: quia primo ſignificat rem præſentem, puta unitatem & communionem fidelium, dicente Paulo: Vnus panis &
1.Cor.10. unum corpus multi ſumus, omnes qui de uno pane & de uno calice participamus. Porro quid commodi adferat fidelibus hęc ipſa communio, alibi ſatis de-

clarauimus, atq; idipſum non latuit eum quoq; qui dixit: Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua. hæc enim communio extendit ſe ad om̃es ſanctos, angelos, & electos. Præterea deſignat hoc ſacramentum ſaturitatem internæ & ſpiritualis famis, iuxta id quod ait dominus: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur, quanuis ea ſaturitas incipit quidem hic in hoc uenerabili ſacramento, implebitur tamen perfecte in gloria futuræ beatitudinis, ſicut teſtatur parabola cœnæ, & Chriſtus promiſit diſcipulis ſuis ſe paraturum eis menſam. Dauid quoq; cum fiducia magna exclamauit in ſpiritu, Satiabor quum apparuerit gloria tua. Pſal. 118. Luc. 14. Luce. 22.

Inſuper eſſe hoc ſacramentum etiam ſignum memoriale, teſtantur ipſa Chriſti uerba, quibus monemur ut ne dilectionis tantæ quam declarauit ille moriens, obliuiſcamur facile, monſtrauit quoque ad maiorē nobis attētionē faciendā ſub duab' ſpecieb' ſanctiſſimi corporis ſui oblationem, ſ. ſub ſpecie panis, & ſanguinis ſui effuſionem ſub ſpecie uini, quibus nimirū ardentiſſimā illam dei in nos charitatem ſubinde renouemus, ſicut & Paulus admonet nos in ſumptione huius ſacramenti mortem domini adnunciare. Ab initio iam ſuprà diximus, ſacramentum hoc ſignū eſſe pignoris, idq; ex duob' prædictis emanat. quum enim hoc ſacramentum ſuſcipiamus propter unitatem & communionem fidelium mutuam, atque ut magnæ etiam meminerimus dilectionis, quam erga nos habuit CHRISTVS redēptor & ſaluator noſter, profecto non poſſumus non inde concipere nobis ſpem cum magna quadā conſolatio Luce. 22. Roma. 5.

ne, fore aliquando ut ille communionem huiuſmodi ſanctorum & dilectionem nobis conferat in æterna patria, eiusq; rei nobis interim ueluti ſymbolum certiſſimum ſit hoc ſacramentum, iuxta illud quod canit eccleſia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur. Satis iam hactenus dictum eſt, quantum huius rei neceſſitas exigit, quomodo hoc ſacramentum, prӕterquam quod immediate ſignificat uerũ corpus Chriſti & ſanctiſſimum eius ſanguinem ueraciter hic exiſtentem, contra Capharnaitas & Berengarianos, triplicem adhuc habeat ſignificationem: reliquum iam eſt, ut nonnihil etiam de operatione huius ſacramenti diſſeramus, quæ non aliter explicanda erit, niſi ut de aliorum ſacramentorum effectu dictum eſt, ſiquidem in omnibus iis occulta quædam & naturam ſuperans operatio eſt diuinæ uirtutis. om̃ia enim quæ figurant, efficiunt. Vide ſupra ab initio de efficacia ſacramentorum. Sequitur inde, effectũ huius ſacramenti eſſe Chriſtianam unitatem, quãdoquidem hic corpori Chriſti myſtico uelut incorporamur.

2. Satiamur hic ſpecialiter, dum quicquid naturaliter in corpore operatur cibus ille exterior, id omne eſca hæc ſpiritalis ſuo modo operatur in anima. ita memoria quoque paſſionis Chriſti & mortis, exhibet omnibus Chriſtianis ſpem & fiduciam ſummam conſequẽdæ felicitatis. Peculiare eſt in hoc ſacramento, quod manifeſtiſſime hic patet diſcrimen inter ſignificationem & effectum. illa enim in ſignis cõſiſtit ſiue ſpeciebus panis & uini, hic autem à uirtute diuina proficiſcitur, corporis puta & ſanguinis Chriſti, q̃ eſſentialiter ſunt in hoc ſacramento.

Atq; nunc euidenter inde conſequitur, quare ſacra-

mentum hoc nunquã niſi ſub utraque ſpecie debeat conſecrari, ut ſcilicet ſatisfaciat inſtitutioni Chriſti, idq; propter ſignificationem, ſiquidem ſub utraque ſpecie diſtinctius & manifeſtius deſignat atque adeo repræſentatur effuſio ſanguinis & immolatio corporis Chriſti, quæ utraque ſane facta eſt in redemptionem noſtram, duo etiam hæc in paſſione & morte ſunt ab inuicem ſeparata, quam ob rem Chriſtus in cœna duo inſtituit diſtincta ſigna, quæ corpus occiſum, & effuſum ſignificarent ſanguinem. In miſſis vtraq; ſpecies.

Atq; quum perfecta ſaturitas eſum requirit & potum, ideo illa quoq; abunde ſatis ſignificatur per ſigna il'a diſtincta panis & uini. Sacerdos igitur quia tanquam publicus eccleſię miniſter conſecrat ad honorem dei & profectum eccleſiæ, utraque oportet utatur ſpecie ex ipſa commiſſione Chriſti, ut ſic fideles magis admoneãtur diſcretæ illius ſignificationis meminiſſe, immolationis inquam corporis factæ in redemptionem noſtram, & effuſi ſanguinis ad abluenda peccata. Quilibet etiam Chriſtianus dum publice & palam ſacramentum hoc tractari uidet ſub utraq; ſpecie, ſatis commonefit hui⁹ ſignificationis, unde cõtempletur & paſſionem mortemq; Chriſti, & effuſionem ſanguinis eius. Quando autem priuatim ipſe uult ſacramentum hoc ſumere, non perinde iam neceſſarium eſt, ut tãtopere ſignificationem intendat & pro ea luctetur, quam ſatis ſuſcipit audiẽs miſſam, ſed tunc omnis ſua cõſideratio debet eſſe intenta ad effectum ſacramenti, ubi quilibet omnem eius fructum & uirtutem ſuſcipit ſub altera tantum, ut ſub utraq; ſpecie. Extra miſſa vnica.

Hæc quiſquis in hunc modum cum iudicio & ſe-

moto omni priuato affectu contemplatur, facile uidet quàm inepte Lutherani ſacerdotes neſcio quam nouitatem commenti ſunt, ad ignominiam paſſionis Chriſti, quę mihi uidetur nō exigua eſſe pars eius erroris, qui tribuitur antichriſto. ſic enim & iſti conātur homines abducere à cōmemoranda Chriſti paſſione, atq; in hūc modum habet, per omnia perſuadere nituntur magiſtratus ſuos, quod ſi deſint communicantes, non opus ſit eos miſſam celebrare. Atqui nonne fraudulentum eſt hoc inuentum diaboli, q̄d ſi non homines priuati ſuſcipiant hoc ſacramentum pro ſua propria utilitate ad conſequendos illius ſacramenti fructus, oporteat tunc uniuerſam alicuius eccleſiæ communitatem ſigno hoc memoriali paſſionis & mortis Chriſti deſtitui? non ſemper q;libet idoneus eſſe poteſt ad ſuſcipiendum hoc ſacramentum. ideo enim probatione præuia opus eſt iuxta ſententiam Pauli: ſed ut quis meminerit paſſionis Chriſti, quā omnium maxime ad animam & memoriam reducere poteſt, ſi adſtet miſſę, uidens ibi ſacramētum hoc tractari: penes hoſtiam nanq; meminit corporis Chriſti immolati in cruce, penes autem calicem, ſanguinis ibi effuſi. Aut quis tandē tam nullius eſt mentis, aut tam ferrei pectoris, qui non tunc huiuſmodi quid ſecū recogitet? O domine Ieſu Chriſte, præter & contra omne meritum tuum, ecce precioſiſſimum ſanguinem tuum effudiſti & ſacratiſſimum corpus ita mortuum, exanime & exangue immolaſti in ara crucis pro peccatis meis, quanuis nūc per glorioſiſſimam reſurrectionē uiuis & regnas cū deo patre in immenſa gloria, pro quo tibi laudes & gratias ago &c. atq; id genus alia quædam.

Nouus error.

1. Cor. 11.

Hoc ſane fuerat Chriſtiano homine dignũ. Non ut iſti faciunt neochriſtiani, ea tantũ quæ carnis ſunt ſectantes, interimq́ miniſtros ſe profitentur & eccleſiaſtes uniuerſalis eccleſiæ, nec tamen ſuo ſatisfaciũt officio, miſſas non celebrant in uſum totius eccleſię, ſed priuatorum tantum hominum expectare uolũt communionem: quur tantum huiuſmodi homines eccleſia ſuos ſibi conſtituit miniſtros, ſi non toti eccleſiæ, ſed priuatis ſolummodo communicantibus inſeruiunt? Quid aliud eſt, niſi commentum diabolicum, ut per illum abuſum tacite quaſi miſſa in uniuerſum abrogaret, ipſumq́ paſſionis & mortis Chriſti memoriale periret, decreſcente indies communicantium numero, ita ut aliquando toto menſe uix unum inuenias qui ad communionem ueniat, uel eo maxime, quum eorũ anteſignani & ſupremi doctores, dico, rariſſime etiam ipſi communicent. qua de re uide confutationem nouæ ordinationis, editæ in Burgrauiatu & ciuitate Nurmbergenſi. In ſacerdotes Lutheranos.

Omnes itaque Chriſtiani ſolerter ſibi caueant ab ipſis animicidis Lutheranis, furibus ſacramẽtorum, neq; ſinant ſuffurari ſibi ſacramentum hoc propter communicantes. quin potius quũ omnes fideles debeant uti precioſiſſimo huius ſancti ſacramenti theſauro, ut ſic admoneãtur ſæpius charitatis illius, quã eis Chriſtus in ſua morte exhibuit, atque inde gratias agant: non autem operæpretium eſt, ut ideo quilibet Chriſtianus conſecrandi ſibi adroget officium, ſolis presbyteris commiſſum. contẽtus interim eſſe debet quiſquis miſſam audit, quum publicus eccleſiæ miniſter ſacramentum hoc ſub utraque ſpe-

cie in miſſa conficit & tractat:ipſe autem uolens etiam fructum & efficaciam illius ſacramenti cõſequi, ſub altera tantum ſuſcipiat ſpecie, ubi omnem eius uirtutem & effectum pleniſſime ſumit. Atque hæc ad primam quæſtionem reſponſio eſt.

4. Altera hæc eſt,quũ inficiari nemo queat Paulum præcepiſſe Corinthiis utriuſque ſpeciei uſum in hoc ſacramento,idq; Cyprianus & Hieronymus teſtentur aperte,ut ſupra ipſi meminimus,non in alium tamen finem, niſi quod aliquãdo fuerit quidem hæc conſuetudo in nonnullis eccleſiis particularib⁹, non autem in uniuerſali,nec unquam fuit hoc præceptum. Vbi iam quærat aliquis,quando ea conſuetudo ſub utraque ſpecie cõmunicandi ex certis & grauibus cauſis eſt immutata,quid eſt quod papa Gelaſius eam rurſus præcepit eſſe obſeruandam? ita enim eius habet ſanctio: Aut integra ſacramenta percipiant,aut ab integris arceãtur: quia diuiſio unius eiuſdemq; myſterii ſine grandi ſacrilegio non poteſt ꝓuenire. Ad hoc ſane reſpõdetur,quod ibi de presbyteris agitur,aliàs enim myſterium ſignificationis diuideretur,ſicuti ſupra clare docuimus de ſacerdotibus in miſſa. Id ita eſſe,ecce q̃ omnino manifeſtiſſime teſtatur caput præſens ex concilio Toletano deſumptum,quando aliqui ſacerdotes ſæpius quàm ſemel una die tentabãt miſſam legere,& in ultima tãdem ſolummodo ſuſcipere ſacramentum. ait enim, quale erit ſacrificiũ,cui nec ipſe ſacrificans particeps eſſe dignoſcatur? quod nunc quoque Lutherani ſacerdotes ignauiæ ſuæ conſulentes intendunt facere. Ita & ſequẽs caput ab aduerſariis noſtris inductum, loquitur tãtum de ſacerdotibus in officio miſſæ con

De conſe. diſt. 2. Comperimus.

C. relatũ ibi.

ſecrantibus. Reliquæ obiectiones quia ex dictis facile euincuntur, ideo iis refellendis ſuperſedeo, niſi q̃d lubet aliquas adhuc in manus ſumere & cõfutare, ex iis quæ ſcripſit Cochlæus fidelis eccleſiæ miniſter & doctor, ad decanum & capitulum Friburgenſe. Cochlæus

1. Obiiciunt aduerſarii, Chriſtus ſacramentum hoc ſub utraq; ſpecie ſumendũ inſtituit, ipſeq; adeo dedit Mat. 26. Mar. 14. Lucæ. 22. & 1. Cor. 11. Reſpondemus, bene quidem ſic contulit Chriſtus, non laicis tamen, ſed apoſtolis, atque ita etiamnum hodie in miſſa ſuſcipiunt ſacerdotes. neque enim ei cœnæ interfuerunt laici, quare uerba hæc, Bibite ex eo om̃es, ſolis dicta ſunt apoſtolis, ſicut & iſta ſequẽtia, Om̃es uos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte. Merito igitur exhiberi hoc loco debet eccleſiæ obediẽtia, cui non temere Chriſtus adhibuit rectorem ſpiritũſanctum.

2. Obtrudunt deinde nobis & hæc Chriſti uerba, quando dixit in cœna, Exemplum dedi uobis, ut ſicut ego feci, & uos faciatis. Vbi dicimus & Chriſti uerba dicta eſſe apoſtolis, non autem de huius communione ſacramenti, ſed de pedum lotione & exemplo humilitatis: neque uero neceſſarium eſt, nos oẽm illam obſeruare formam, qua uſus eſt Chriſtus. nam ipſe poſt cœnam eis contulit hoc ſacramentum, nos autem ex conſuetudine & præcepto eccleſiæ conſecramus & damus mane ante quemcunque alium cibum: ſicut & nõ iam quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunare poſſumus, quod tamen fecit Chriſtus, ſed iuxta ordinem eccleſiæ nos iam ad meridiem uſque ieiunamus, quum olim ieiunaretur ad ueſperam. Omnia hęc pro commoditate mutare Johan. 13. Matt. 4.

poteſt eccleſia, ſicut & in hoc fecit ſacramento, cuius uarius uarijs temporibus uſus etiam fuit, ſemper ta-
Mat. 18. men audienda nobis eſt eccleſia.

3. Adhuc dicunt, ius diuinum inuariabile eſt, qc-quid ergo fecit & docuit Chriſtus, nunquam erat aut eſt immutandum. Atqui nuſquam præcepit Chriſt⁹ utranque ſpeciem laicis, ſicuti nec prohibuit, ſed huiuſmodi ordinationis conſtitutionem apoſtolis & ec-
Joh. 6. cleſiæ commiſit, dicens: Multa adhuc habeo uobis dicere, ſed non poteſtis portare modò. Quid quod non omne in ſacris literis comprehenſum, ſit inuariabile? quum maxima pars ſanctionum & præceptorum ueteris teſtamenti modò non ſeruatur ad literam: inſuper & noui teſtamenti cõſuetudines quaſ-
Actu. 2. 4. dam amplius ſeruare non tenemur, puta communi-
Actu. 15.
1. Cor. 11. tatem bonorum temporalium, abſtinentiam ab eſu ſanguinis, raſionem capillorum in uiris, & ne mulieres incedant aperto capite &c. à quibus nos eccleſia per ſpiritum dei liberauit.

4. Et ſi ius canonicum ueteresq; illos canones obijciãt, dicimus eos loqui de ſacerdotibus in miſſa, aut ſi quid habent de laicis, intelligendi ſunt de carne & ſanguine Chriſti, id enim utrunque laici etiam ſub altera tãtum accipiunt ſpecie. Et ut maxime ſint nonnulli qui de utraq; ſpecie loquuntur, referendi ſunt ad eorum temporũ mores, quibus idipſum adhuc fuit in uſu.

C. omnis utriuſq; de poenit. 5. Extremum eſt quod clamant, ſi non utraque eis ſpecies ſacramẽti admittatur, ſe plane nullam ac-
1. Reg. 15. cepturos. Imò ſane eccleſia ſerio & grauiter præcepit, ut hoc ſacramentum tempore paſchali à fidelibus ſuſcipiatur, quod quiſquis non facit, inobediens

eſt,neq; eccleſiam audit,ſed inſtar idololatræ grauiſſime peccat, dubitatq; inſuper de ſpiritusancto, qui datus eſt eccleſiæ in rectorem,&inde offendit proximum,contra præceptum Pauli.ſatius itaq; ei fuerat, ut ſuſpenſa ex capite ipſius mola aſinaria,demergeretur in profundum maris.eſt enim coram deo mẽbrum putridum & abſciſſum,quod ſi ganniant ſe id facere urgente conſcientia,profecto ea quoq; iniqua erit & ideo abijcienda,neq; ſic extollendus intellect⁹ ſupra & contra eccleſiam.

Roma 14.
2 Cor.8.
Matt 18.
Matt.5.

Vos itaq; in Chriſto dilectiſſimi,optimum maximum hunc theſaurum,quem nobisChriſtus reliquit in ſui memoriã,ſuſcipite iuxta ordinationẽ eccleſiæ catholicæ.Et ô dulcis Ieſu,te precor,ut mihi ante horã mortis meæ cõcedas gratiã & miſericordiam tuam,ad ſuſcipiendũ hoc ſanctiſſimum corporis & ſanguinis tui ſacramentum, quo fretus, tibi in æterna patria ſeruire,te colere & laudare poſſim in æuũ.

Amen.

In vulgari Germanico vſus eram vocbla mihi incognita.Thurmen pro conſecrare.quia ita reperi illud eſſe in vſu apud Saxones. Mihi tamen videtur deductum ab Hebræo Theruma,licet illud ſignificet potius eleuationem ſacrificij ꝙ conſecrationem.quod hic repetere placuit.

& ea quidem prima de ſacramento pœnitentiæ.

Pœnitentibus dedit uiam iuſtitiæ. Conuertere ad dominum, & relinque peccata tua: precare ante faciem domini, & minue offendicula. Eccleſi. decimoſeptimo.

QVantum gratię dominus Ieſus, chariſſimi contulerit eccleſię ſuę, nec dici poteſt neque cogitari ſatis. paruulis enim peccato originali oppreſſis, adultis quoque qui in infidelitate adoleuerunt, baptiſmũ reliquit, quo anima purgat, eccleſiæ & Chriſto incorporat, & illi ianuæ cęli aperiuntur. Cumq́ʒ
Job.7. in hac uita quilibet Chriſtianus uelut in continua militia uiuat aduerſus diabolum, carnem & mundum, ſacramentum inſtituit cõfirmationis, ubi uirtus confertur & robur ad reſiſtendum tentationibus, quod adprime neceſſarium erat in primitiua eccleſia, tempore martyrum, ut ſic fideles confortarentur & animarentur ad liberius confitendum nomen Ieſu inter gentes. Inſuper ad augmentũ gratiæ inq́ʒ ſui memoriam reliquit nobis immenſum illum theſaurum, ſacramentum ſcilicet corporis & ſanguinis ſui, in quo

omnes diuitias diuinæ gratiæ licet inuenire, dummodo ipſi contemplemur ſignificationem paſſionis ſuę & mortis, ſicut ea pro nobis geritur in officio miſſę, uel quū ipſi effectus eius participes efficimur in ipſius ſuſceptione. Præterea mitiſſimus deus conſpicat⁹ naturæ noſtrę fragilitatem, quodq́; facile relabamur in peccata, peccantes cōtra deum mortaliter, ut huic quoque malo mederetur, dedit ſacramentum pœnitentiæ, uelut alteram à naufragio tabulam, ut teſtatur Hieronymus, & nos ab initio ex Sapiente induximus: Pœnitentibus dedit uiam iuſtitiæ, &c. Hieron.

Aue Maria.

Euangelium de filio prodigo, aut de oue perdita. Lucæ decimoquinto.

Quàm neceſſarium ſit hoc ipſum quoq; pœnitentiæ ſacramentū, uel hinc colligere facile quis poteſt, quum poſt partam innocentiam in baptiſmo, homo recidit per naufragium peccati alicuius actualis in mare mundi huius, rurſus relabitur in iram & inimicitiam dei ſummi utiq; boni, cui ęque odio eſt impius & impietas eius. Vnde & Iudith dicebat eum odiſſe malitiam, & Sapiens admonuit ne quis ea quę deus odio habet, faciat. Per peccatum enim homo ſe auertit ab æterno & ſummo bono, felicitatē amittit & damnationem acquirit, uſqueadeo ut amplius indignus ſit pane quo ueſcitur. uide homiliam dominicæ 19. poſt feſtum pentecoſtes. Quum itaque peccator in tātum ceciderit barathrum à ſummi dei gratia, non poteſt à ſeipſo reſurgere: quia nemo uenit ad dominum, niſi pater traxerit eum. liberum autem arbitrium uſqueadeo extollere, ut etiam poſſit Sapi. 14. Judith. 5. Eccle. 15. Luce. 15. Tom. 2. Johan. 6.

2. Cor. 3. per ſe reſurgere à peccatis, Pelagianum fuerit, ſacris literis & concilijs aduerſum. non ſumus enim ſufficientes cogitare aliqd ex nobis quaſi ex nobis, ſed oĩs
Luce. 10. ſufficientia noſtra ex deo eſt. Homo iſte qui inciderat in latrones, uulneratus ab eis, iacens prope uiam, neque ipſe ſe iuuare potuit, neque iuuari à leuita ſimul & ſacerdote. ſenſit autem auxilium Samaritani, hoc eſt, Chriſti domini, tranſeuntis per uiam adſumptę humanitatis. Neceſſarium itaq; eſt, ut homo peccator habeat peculiarem quãdam motionem à deo, ut ſeipſum inſpiciens & excutiens totum, ſua conſideret peccata, ſuper ijs poenitentiam agat adſiſtente
Apoc. 3. dei gratia. Ipſe enim domin⁹ adſtat ad cordis oſtiũ, pulſans per inſtinctum gratiæ ſuæ. Et quanuis peccator ægre peccata deſerit, ſubinde ſe hincinde circunuoluens inſtar aſpidis, quoniam moleſtum eſt illi à peccatis deſiſtere, miſericors dominus eum impellit per timorem & humilitatem ad agẽdum poenitentiam.

Quumq; incertus adhuc eſſet peccator de peccati remiſſione, mitiſſimus dominus inſtituit ſacramentum poenitentiæ, abſolutionem ſcilicet ſacerdotalẽ, qua certior efficiat peccator penes hoc ſignũ externũ de diuina gratia ſibi collata & de peccatis remiſſis, non quidem ex merito ſuo, ſed uirtute paſſionis & mortis Chriſti, ſicut omnia ſacramenta inde habent efficaciam ſuam.

Initium prędicationis a poenitentia. Atque hoc ipſum eſt poenitentiæ ſacramẽtum, eccleſiæ à Chriſto traditũ ſupra ueteris teſtamẽti poenitentiam, non operatur autẽ poenitentia ſacramentalis niſi in corde cõtrito, iamq; parato abſolutionẽ ſacerdotis & gratiam dei recipere. Eaq; ratio eſt,

quur Iohannes,imò & Chriſtus ipſe & princeps apo
ſtolorum Petrus,prædicationem ſuam exorſi ſint à
poenitentia.ſiquidem Iohannem perhibet Matthæ- Mat.3.
us ueniſſe in diebus illis, & prædicaſſe in deſerto Iu-
dææ regionis,& dixiſſe,poenitentiam agite, appro-
pinquat enim regnum cælorum. ſed & Marcus ait, Mar.1.
Erat Iohannes in deſerto baptizans & prædicans ba
ptiſmum poenitentiæ in remiſſionem peccatorum.
de Chriſto etiam ſic dicit Matthæus, quum audiſſet Matt.4.
Ieſus quòd Iohannes traditus eſſet,ſeceſſit in Galilæ-
am.Et relicta ciuitate Nazareth,uenit & habitauit in
ciuitate Capharnaum.Exinde coepit Ieſus prædica-
re & dicere,poenitentiam agite,appropinquat enim
regnum cælorꝫ. quaſi diceret:Ecce ego Meſſias ſum,
redemptor & ſaluator mundi, gratiæ autem & ſal-
uationis meæ non poteritis eſſe participes, niſi poe-
nitentiam egeritis,ut ſic uobis etiam appropinquet
regnum cælorum.Magiſtrum hunc optimum imi-
tatus eſt non malus diſcipulus Petrus.nã & is in pri-
ma cõcione poſt aſcenſionem Chriſti & ſpiritusſan-
cti miſſionem,ſic dixit:Poenitentiam agite,& bapti Actu.2.
zetur unuſquiſq; ueſtrum in nomine Ieſu Chriſti,in
remiſſionem peccatorum,& accipietis donum ſpiri-
tusſancti,ut Lucas explicat. Quem locum Lutherus
ad opprimendum poenitentiæ ſacramentum depra
uauit,pro eo quod ibi habetur,poenitentiam agite,
legens:Emendemini,Beſſert euch.

2. Iam porro animus eſt homilias aliquot adiu
uante dei gratia ponere de ſacramento poenitentię,
non quod omnia uelim hic referre quę de poenitẽ-
tia & confeſſione dici poſſent,nimis em̃ id & longũ
fuerit & moleſtum, ſed ſumma tantum capita quæ

à neochriſtianis peruertũtur temere, ut ſic erroneáſ eorum doctrinas quilibet Chriſtian' poſſit euitare, & per pœnitentiam dei gratiam atq; remiſſionẽ conſequi peccatorum. Vnum tamen quid præmittendũ eſt, quod uocabulo pœnitẽtię duplici modo utimur. pœnitentia enim ſacramentalis tantum eſt abſolutio ſacerdotis, quæ fit poteſtate clauiũ ſibi à deo tradita: deinde pœnitentia internã quoq; ſignificat contritionem in animo peccatoris ſuper peccatis commiſſis, & opera pœnalia externa ad declinanda peccata: & de hac nunc dicturi ſumus, tantiſper dum deueniamus ad homiliã de poteſtate clauium, ubi diſſeremus de pœnitentia, quomodo ſit ſacramentum.

Vt autem de utraq; pœnitẽtia ſermo uobis ſit acceptior, uosq; intelligatis melius, principio immenſam utilitatem homini ex pœnitentia emergentem oſtendam, quam tamen maiore cum fructu explicare non poſſum, niſi rationes propoſuero quę nos ad pœnitentiam debeant mouere, quoniam omniũ maxime illa neceſſaria eſt, eo quòd ſimul atque ad uſum rationis deuenerimus, gratiam amittimus baptiſmi & confirmationis, per opera carnis quæ Paulus ad

Gala. 5. Galatas enumerat, dicens: Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt, fornicatio, immunditia, luxuria, idolorũ ſeruitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidię, homicidia, ebrietates comeſſationes, & ijs ſimilia, quoniam qui talia agunt, regnum dei non conſequẽtur.

Pœnitẽtia neceſſaria.

Quando autem ex humana imbecillitate ſine peccatis non uiuimus, iuxta illud Iohannis, Si dixerimus quia peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt: ſic quia inceſſabiliter de-

1. Joh. 1.

iniquimus, continue delictorum quęrere remedium debemus pœnitentiam. ad eam moueant nos rationes ſequentes.

5. Prima eſt, æternæ damnationis timor. paratus eſt enim ignis gehennæ diabolo & omnibus qui in peccatis moriuntur, non agentes ſuper iis pœnitē tiam, ſicut ad Iudæos dixit dominus, In peccatis ueſtris moriemini. & alibi rurſus, Niſi pœnitētiam egeritis, omnes in unum peribitis. Iterum quoq;, Quid prodeſt, inquit, homini ſi uniuerſum mūdum lucretur, animæ autem ſuæ detrimētum patiatur? aut quā commutationem dabit homo pro anima ſua? filius hominis erit in gloria patris ſui cum angelis ſuis, & tunc reddet unicuiq; ſecundum opera ſua. Ecce ſecūdum opera. Vbi quàm male habebunt neochriſtiani cum ſua nuda fide, omnibus operibus deſtituta. q autem pœnitentiam egerūt, retributionem bonam inuenient.

Cauſę nos mouentes ad pœnitē tiam. Matt.25. Ioh.5. Luc.13. Matt.16.

Ad euitandam damnationem æternam, pœnam iſtam ineffabilem, qlibet homo ſtudeat peccata ſua delere & redimere per opera pœnitentiæ, ne uideat amplius iſta deus ad puniendum ea. nam quum anima dānata, execrabilis adeo ſit & miſerabilis, ut uniuerſus merito mundus condolere debeat quoties aliqua damnatur: quid faciendum de tot millibus animarum quæ faciem dei nunquam uidebunt, in perpetuum æterni carceris ſqualorem detruſæ? O ter q̄terq;, imò in immenſum beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata, Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum. Pſalm.31.

Altera cauſa eſt ſpes æternæ beatitudinis conſequendę, ad quam creatus eſt homo, ad imaginem & Gene.1.

ſimilitudinem dei, ideoq; in nulla creatura ſuper terram ſaturari & refici poteſt nobiliſſima anima hominis, niſi in deo, dicente propheta: Satiabor quum apparuerit gloria tua. De magna gloria beatorũ, de immenſo gaudio & lętitia nemo ſatis eloqui poteſt, quoniam oculus non uidit, nec auris audiuit, neq; in cor hominis aſcendit, quæ pręparauit deus ĳs qui diligunt illum. Rationem hanc Chriſtus & Iohannes expreſſerunt, dicentes: Agite pœnitẽtiam, appropinquabit enim regnum cælorum. (licet regnum cęlorum hic etiam præſentem poſſit ſignificare eccleſiam, ſicut Theophylactus & alĳ exponunt, tamen etiam ꝓprie poteſt exponi de regno beatitudinis, id quod facit Chryſoſtomus.) Quiſquis ergo gloriam uitę uult conſequi æternæ, prius oportet opera peragat poenitentiæ, quia iuxta Paulum per multas tribulationes oportet nos ingredi regnum cęlorum: quanuis om̃e id quod patimur propter deum, exiguum eſt, teſte Paulo: Non ſunt cõdignę paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.

Pſalm. 16. | 1. Cor. 2. | Actu. 14. | Roma 8.

4. Tertia cauſa agendæ poenitẽtiæ eſt, ut ſic homo amiſſam baptiſmi & confirmationis gratiã rurſus acquirat. in ĳs enim duobus ſacramentis atque præcipue in baptiſmo quiſq; conſepeliuit hominem ueterem, & reſurrexit in nouitatem uitæ, induit q̃q; dominum Ieſum & ueſtem innocentiæ, factus ita filius lucis & felicitatis. Hanc autem gratiam & innocentiam per ſequentia perdidit peccata, factus iam filius dãnationis. Inde rurſus per poenitẽtiam reconciliatur deo, fit filius dei & cohæres Chriſti.

Cauſa agẽdę pœnitẽtiam. | Rom. 6. | Gala. 3. | Rom. 8.

Quarta ratio hæc eſt, quia per poenitentiam oĩa prius tranſacta opera bona, in gratia & charitate dei

reuocantur,& homo poenitentiam agens, iterũ par ticeps efficitur omnium operum bonorum quæ fiunt in mundo. Prius illud ſic intellige: Si quis multũ gratię & meriti acquiſierit, per orationem, ieiunium, eleemoſynam & ſimilia, id omne per unum peccatũ mortale amittitur, quia peccatum non tantum perimit animã, ſed etiam opera bona, iuxta illud domini, dicentis per prophetam: Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, omnes iuſtitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur. in præuaricatione qua præuaricatus eſt, & in peccato ſuo quod peccauit, in ipſis morietur. Sicut autem peccatum mortale tollit omnia opera bona, ut ea amplius non reſpiciat deus ad remunerationem æternam, ita uiciſſim ex miſericordia poenitentia reuiuiſcere facit opera à peccatis (ut loquuntur) mortificata, quæ tamẽ antea in gratia dei facta fuerant, ſicut ibidem dicit dñs: Quum auerterit ſe impius ab impietate ſua quã operatus eſt, & egerit poenitentiam, cuſtodierit quoq; omnia præcepta mea, uita uiuet & nõ morietur. oĩm iniquitatum eius quas operatus eſt, nõ recordabor. in iuſtitia ſua quam operatus eſt, uiuet. Atq; hæc ſanè magna eſt poenitentiæ utilitas, quod per eam qs recuperat omnia bona quæ ante plurimos annos fecerat. Alter quoq; nõ mediocris eſt poenitentiæ fructus, q; hominem poenitentem oĩm operum bonorum quæcunq; fiunt in mũdo, facit participem. nam hoc bene ponderandum eſt omnibus, q; ubi primum dei gratiam ſunt conſequuti, participes fiunt omnium miſſarum, orationũ, eleemoſynarum & ſimiliũ quæ fiunt in mundo, teſte Pſalmiſta: Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium man-

Ezech. 18.

Opera redeunt.

Ezech. 18.

Utilitas poenitentię participatio.

Pſal. 118.

data tua. Ea nimirum ſanctorum eſt in hoc mundo communio, in qua corp' ſpirituale huic carnali comparatur: ſicut enim manducante aliquo, omnia eius membra ſalubria fouentur, ita hic quum quis reficitur, proficit hoc omnibus membris, hoc eſt, fidelib' cunctis, ſicuti Paulus præclare confirmat.

Rom.12. 1.Cor.12. Et quod oportet pœnitētiam fieri tempore quadrageſimali ante ſuſceptionem ſacramenti, habem' ex matre noſtra eccleſia, quæ nobis eſt audienda, niſi ſicut ethnici uelimus eſſe & publicani, quoniam eccleſia nos regenerauit in baptiſmo ad uitam ęternā. ſic & Paulus iubet nos obedire prępoſitis eccleſiæ, eo quod ipſi rationem debebunt reddere pro animab' noſtris. & præclare inquit Sapiens: Audi fili mi diſciplinā patris tui, & ne derelinquas legem matris tuæ, ut addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Bene etiam de eccleſia dici poteſt, quoniam ipſa nobis confeſſionis modum & tempus præſcripſit, illud à quo primum exorſi ſumus, Pœnitētibus dedit uiam iuſtitiæ, conuertere ad dominum &c.

Matt.18. Gal.4. Heb.13. Eccl.17.

HOMILIA XXXVIII. DE POENITENTIA & PARTIBUS EIUS.

Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cælorum, Matthæi quarto.

AVdiſtis chariſſimi homilia ſuperiore, q̄modo hic dupliciter utamur uocabulo pœnitētiæ. eſt enim ea ſacerdotalis abſolutio ſuper hominem pœnitentem, qui ut eam digne ſuſcipiat, oportet habeat prius pœnitentiam, hoc eſt, contri-

tionem internã in corde, eam deinde exhibebit ore & opere. Hæc ut plenius intelligatis omnia, ſcitote ꝙ ubi primum peccator uenerit ad peccati cognitionem, tūc ille ſanè debebit peccatum ſuum arguere & accuſare, ſiquidem inique egit, deumq́ꝫ in ſe commouit, ideo eſt quod ipſe illud puniat & iudicet, iuxta illud Pauli: Si nos iudicaremus, non iudicaremur à domino. 1. Cor. 11.

Eſtq́ꝫ hoc ipſum iam opus iuſtitiæ, uelle malum in ſe ipſo ulciſci & punire, atqꝫ ideo ſacramentum hoc quaſi iudiciale eſt, imò (remuneratione dempta) eſt hæc longe nobiliſſima operatio iuſtitiæ, excellentior quàm quòd magiſtratus uindictam ſumunt de alijs. Quomodo autem debeat quis peccatum in ſeipſo ulciſci, oſtendunt hoc doctores quatuor modis fieri. Primo, ut uoluntatem habeat peccatum uindicandi, & iudicandi. fit hoc quum uoluntas ſibi & alijs imperans, ut ait Auguſtinus, imperat etiam intellectui, ut recogitet quantum offenderit peccatum iſtud diuinam maieſtatem & bonitatem, quæ ſup omnia erat diligenda, inde iam concipitur odium peccati. Uindicare peccatum in ſeipſo.

2. Atqꝫ hinc rurſus emergit tāta (ut ſic dicam) diſplicentia peccati, ut cupiat ſe nunquam peccaſſe, tantumq́ꝫ poſſunt ſibi in uniuerſum diſplicere pctā oīa, ut uelit nūquam ſe irritaſſe & commouiſſe aduerſus ſe deum, eiusq́ꝫ præcepta nunquam eſſe trāſgreſſum. (nota Bonauenturam.)

3. Ex illis tertiū hoc prouenit, ut uolens pœnam ſuſcipiat peccati, operaturus in hoc iuſtitiam, ſiue oret, ſiue ieiunet, ſiue templa uiſitet, ſiue eleemoſynam largiatur, ſiue abſtineat à uino, cibo, ſomno, & quicquid huiuſmodi afflictionum ſiue pœnarum ſuſ-

tineat ad emendationẽ peccatorũ. oĩa autẽ hæc ultro

L. de pœnit. patiaſ, & q̃ſi cũ gaudio. nã iuxta Auguſtinũ quilibet peccator de peccato doleat, & de dolore gaudeat.

4. Poſtremo operatur quis pœnitentiam, ſi uoluntarie ſuſtinet aduerſitatem ſibi obuenientem, neque remurmuret, & quanuis tertia illa operatio magis deo placet, qua qs ultro ſibi pro peccatis ſuis poenam adſumit, quàm ut poenam ineuitabilis patiatur

Matt. 6. neceſſitatis: attamen & hoc non diſplicet deo, ſi uoluntati diuinæ ſuam etiam quis conformet, dicens in omni tribulatione & anguſtia corde & ore, fiat domine uoluntas tua. Sequitur hinc doctrina ſalubris, & plebeijs hominibus ſæpius inculcanda, ut quilibet Chriſtianus ſtudioſe aſſuefaciat animum ſuum, ad quaſcunque tribulationes & aduerſitates quas patitur, ſuſcipiendas pro poenis peccatorum: ſicut præ-

Chryſoſt. clare ait Chryſoſtomus, Si de copia rerum in penuriam cadis, deo permittente, ſi ignis ingruens tuam ſubſtantiam abſumpſit, & totam domum tuam populatus eſt, & agis gratias deo, qui prohibere potuit & non prohibuit, tantam accipies mercedem, quantam ſi omnia illa in pauperum manus erogaſſes. doctrina pulchra ſanè, & deſolatorum mentes multum confirmans, ideoq́ʒ bene obſeruanda. Prĉterea diſces hinc, non quotidianas tantum tribulationes, ſed & ipſam quantumuis ineuitabilem, mortem ſuſcipere

Tribulationes & mortem uoluntarie pati. patiẽter, eamq́ʒ deo ꝓ peccatis tuis offerre. illa cm̃ ſic uolũtarie accepta, ẽ poena ſufficiẽs ꝓ poena cuiuſcũqʒ peccati uenialis, & forte ꝓ magna parte poenæ debitæ ꝓ mortalibus dimiſſis. nec obſtat ꝙ eſt pœna neceſſaria, quia aliquis poteſt neceſſariũ uoluntarie acceptare. Hæc Scot⁹ diſt. 21. q̃rti. Vide & Gerſonem.

2. Quanuis ergo Lutherus lanienam ſuam in hoc quoque poenitentiæ ſacramento nimium exercuerit, nos tamen rem integre tractantes, ſingulas eius partes declarabimus, iuxta ſentẽtiam eccleſiaſticam & patrum receptorũ dicta, ſcriptaq́ꝫ ſacris literis conformia, differemus de uirtute poenitentiæ, quæ quidem iuſtitiæ pars eſt, habetq́ꝫ ipſa rurſus alias partes tres, Contritionem in corde, confeſſionem & ſatisfactionem: neque hoc abhorret à ratione, quum enim poenitentia iudiciario foro ſimilima ſit, principio denunciationẽ fieri conuenit ad iudicium. ea cõficitur contritione, in qua peccator admonetur ſui commiſſi, quo cõditorem ſuum deum grauiter offendit: deinde coram iudice culpa quoque confitenda eſt, id fit in confeſſione: poſtremo & ſatisfaciendum eſt, & peccatum declinãdum, iuxta decretũ iudicis, quod etiam perficitur, quando quis ſatisfactionem ſibi à confeſſore iniunctam, opere complet. Quid quod idipſum etiam ratio peccati probat: quoniam tripliciter offendimus deum, in corde per malas cogitationes: ore per turpia, falſa & peruerſa uerba: in opere q̃q́ꝫ, qñ cogitationes prauas ipſo facto implemus.

Eandem rationem habere debet pharmacũ poenitentiæ, ut ait Chryſoſtomus: Perfecta poenitẽtia, cogit peccatorẽ oĩa libẽter ſufferre, ſuperiori ſupplex eſt, inferiori ſubiacet, in corde eius contritio eſt, in ore eius confeſſio, in opere tota humilitas, hęc eſt fructifera & perfecta poenitudo. Teſtatur idem eccleſia quoque, ſic orans ad dominum: Omnipotens ſempiterne deus, te humiliter imploramus, ne nos peccatores perire pmittas, ppter nimia peccata noſtra, q̃a tua creatura ſumus, licet peccatores ſimus, ut añ diẽ Homil. 18. Collecta.

exitus noſtri per ueram cõtritionem, puram confeſſionem, & dignam ſatisfactionem tibi domino deo omnipotenti placere mereamur.

De ca. Sap. 5. Hic priuſquam progrediar, oportet nonnihil attingere neochriſtianorum errores, ut eos catholici facilius euitent. Principio enim nimis impudenter aſſerunt, doctores eccleſię negare, fidem eſſe in pœnitentia neceſſariam. Reliquiæ ſunt ueterũ hæreſum, ſicut Auguſtinus, Cyprianus, & alij ſæpe conqueſti ſunt, quomodo hæretici ſuorum temporum conati ſint per mendacia audientium animos auertere à ueritate. Vnde & Hieronymus ſuper Oſeam dicit: In

Cap. 11. hæretici mendaces. mendacio circundant hæretici dominum. quicquid enim loquuntur, negatio, imò mendacium eſt. Plurimum hoc in uſu habet Lutherus, quod uel hinc ſatis patet, quãdo eccleſiæ & patribus impingere non ueretur, quod ab eis cogitatum eſt nunquam: neque uero poterit ille oſtendere hoc in aliquo doctore, ex uniuerſo illo numero omnium quotquot fuerunt iam inde à temporibus apoſtolorum. nanque edocti iſti à ſpiritu ſancto, non ignorant utique, quod ſine fide impoſſibile ſit placere deo: oportet enim accedentem ad deum, credere quia eſt, & quod remu-

Heb. 11. nerator bonorum eſt & quærentium ſe. ſciunt illi &

Iacob. 1. ſciuerunt iam olim quod docuit Iacobus, quoniam poſtulare uolens aliquid à deo, poſtulet id in fide nihil hæſitans: quia qui hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris qui à uento mouetur, & huc illuc impellitur. Non latuit eos quia omne q̃d ex deo natũ eſt, uincit mũ-

1. Ioh. 5. dum, & quòd hæc eſt uictoria quæ uincit mundum, fides noſtra.

Fides. Ita ſciunt quoque quid in ueteri teſtamento do-

minus dixerit ad filios Iſrael, Vſquequo detrahet mi hi populus iſte? quouſq; non credent mihi in omnibus ſignis quæ feci coram eis? feriam igitur eos peſtilentia atq; conſumam.

Et quod Eſaias ait, Niſi credideritis, non intelligetis. Nemo igitur credat Luthero perperam docenti, & miſere homines ſeducenti, quaſi unquam aliquis fidem crediderit non eſſe neceſſariam, quum tamen omnes confiteamur unà cum Paulo, fidem eſſe ſubſtantiam, id eſt, fundamentum totius ædificij Chriſtiani. Profectò homines uæſani ſint oportet & nimis ſtupidi, quicunque talia audiunt docentem, nec audiunt tantum, ſed laudant, fouent, amplectuntur. quiſquis enim uel micam habet rationis, colligere facile poteſt, neminem ueram acturum pœnitentiam, niſi qui credat. quis enim magni faciat offenſam & iram dei, qui nihil habet fidei? Alius quidam error eſt noui Creſconij, Philip. Melanchthōis q̄ duas ponit pœnitentiæ partes, contritionem & fidem. illa enim terret conſcientiam, hæc rurſus conſolatur. Errorē hūc ſuum multis exornat phaleris, ſed iſtiuſmodi, quæ ad populum magis quàm eruditos pertineant, quia nihil artis, nihilq; fundamenti ac ſoliditatis, & tātundē habēt ueri intellectus in ſolida Theologia. & tamen q̄ magis fucum faciat, inducit uerba Chriſti dicentis: Pœnitentiam agite, & credite euangelio. non cōmunis, inq̄t, ē hęc fides, ſed ut credat q̄s dimiſſa ſibi eſſe peccata propter Chriſtum. Verum hęc errore plenā ſunt oīa, eo modo q̄ ipſe confeſſionem & ſatisfactionem excludere, nudamq; fidem conat̄ aſtruere, quū tñ fides nihil minus ſit q̄ pœnitentiæ pars, q̄a fidem habent etiam mali nullam agentes pœnitentiam. eſt

Eſa. 7.
Heb. 11.
Error Melanchthonis.

autem quiddã præuium omnem præcedẽs pœniten tiã. Verũ igit̃ eſt ꝙ uniuerſa ſcriptura p̃dicat fidẽ, nam ipſa ſubſtãtia eſt & fundamentũ oĩm rerũ ſperãdarũ.

4. Cæterum q̃d Melanchthon cũ magiſtro ſuo Luthero tantopere extollit fidẽ, nõ facit hoc in eius laudem & honorem: ſed ut ſic oppugnet eccleſiã & eius ſacramenta, quo in præſumptionẽ & temeritatẽ adigantur homines ſic ex iſtis erroribus perſuaſi. Aliquem puta eſſe abſolutum, modo credat, etiam ſi contritionem de peccatis nullam habeat. Aliter nos

Matt. 3. docuit Chriſti prçcurſor Iohannes, dicens: Agite pœnitentiam, & facite fructus dignos pœnitentiæ. Sic ille nimirum homines ad opera bona urgebat, iſte au

De q. dulcitij. q. 1. tẽ Antichriſti præcurſor nos ab operibus bonis dehortatur, & ad nudam fidem deducere nititur. Audiat iſte mihi uerbum illud Auguſtini: Iacobus tam uehementer infenſus eſt eis, qui ſapiunt fidem ſine operibus ualere ad ſalutem, ut etiã illos dçmonibus comparet, dicens: Tu credis quoniam unus eſt deus? bene facis, & dæmones credunt & contremiſcunt. non

Ambro. multo diuerſum ait Ambroſius de pœnitẽtibus: Audiãt, inquit, qui agunt pœnitentiam, quomodo agere debeãt, quo ſtudio, quo affectu, qua mentis intẽtione, qua intimorum concuſſione uiſcerũ, qua cordis conuerſione. Ecce quomodo hic ſanctus pater & doctor ob oculos ponit, quanto labore, quamq́ ſerio ſit agenda poenitentia, uſq; adeo non cõtentus

Li. 9. moral. eſt fide iſta operibus & charitate deſtituta. Quodq́ poſſit homo non parum ſe ſolari operibus ſuis bonis erga deum, pulchre monſtrat Gregorius, dicens: Sciendum eſt quia ex poena poenitentiæ quam ſibi mens irrogat, aliquatenus ſecuritatem percipit, atq;

ad interrogationē ſupni iudicis fidētior exurgit. Et alibi,cauſæ,inqt pēſandę ſunt,& tūc ligādi atq; ſoluē di poteſtas exercēda. En q̃ oino nō nuda fides ſuffi- cit,ſed cauſæ inſup ſunt pēſandę,ut ſic fieri poſſit ab- ſolutio.unde cōſtat,falſum eſſe iſtud Lutheranū do- gma,qa fides ſola ad remiſſionē pc̄tōrū non ſufficit, quū nec pars eius exiſtat,ſed fundamentū ē & uniuer ſam eccleſiaſticā ſtructurā antecedit. ideo rurſus ait Gregori⁹:Sūt qdā credētes uerbis,ſed uita nō agno- ſcūt fidē.Nemo igit̃ fidē ſine opibus ſufficere ſolā cre dat,quū ſcriptū ſit fidē ſine opibus, ocioſam & mor tuā eē.nemo reputet ſe diaboli fauces euaſiſſe pfecte ex nuda ſoli⁹ fidei ,pfeſſione. lōge plus credet qlibet Chriſtianus uere pius & integer eccleſiæ catholicæ, illiq; ſe in ſua pœnitētia cōformabit,ut cōtritionē ha beat in ore,cōfeſſionē in corde,& ope ſatisfactionē, q̃tenus hic gratiā,ſuorumq; peccatorū remiſſionē,& poſt hanc uitam illā cōſequatur æternam,Amen.

In homil. cum ſero eſſet.

Li.33.moral.

HOMILIA TRIGESIMA- nona,de primo contritionis initio.

Scindite corda ueſtra. Iohel.II. Iohel.2.

Dixim⁹ cōtritionē primā eē poenitētiæ partē, unde & pnīa interior ſiue cordis appellatur, quā à nobis dn̄s exigit p ,pphetā Iohelē, quū ait,Scindite corda ueſtra.fit hoc aūt p cōtritionē , q̃ quō fieri debeat & hauriri,nunc dicemus auxiliante deo,atq; ibi mihi aſſumo dictū Auguſtini q dicit,pœ nitentia timore concipitur. Verbum hoc multis mo dis in ſacris literis eſt fundatum & uſurpatū . ita enī ſapiens profitetur,q initium ſapientiæ ſit timor do- mini,qd ante eum dixit etiam pſalmiſtes, & in alio

Auguſt.

Eccle.1. Pſal.110.

Pſalm.5. pſalmorũ loco inquit, Introibo in templum ſanctum tuum in timore tuo. Vſq; adeo autem neceſſarius eſt
Eccle.1. timor, ut perhibeat ſapiens eum qui eſt ſine timore, non poſſe iuſtificari, & is ſane timor paratur duplici uia, ut mox dicturi ſumus. Quo itaq; modo concipiatur timor ille, pulchre declarant doctores, quum is qui in peccatis poſit° eſt, ſui meminit ipſe, ſuorumq; commemorat multitudinem peccatorum, qbus grauiter offendit deum: recogitat illi omnes annos ſuos
Eſaię.38. in amaritudine animæ ſuę cum Ezechia rege: ad memoriam reuocat, peccatis ſuis ſe gratiã dei amiſiſſe, iram dei recolit immenſam, cõſiderat & pœnam gehennæ q̃ ſit intolerabilis, ubi cogitur priuatus eſſe gaudio felicitatis æternæ, niſi à peccatis ſuis deſiſtat.

Et quum ita huic eſt cogitationi intentus, ſecum ipſe commemorans, quantum incommodi ex peccato ſit conſequutus, uolens ea porro uitare, iamiam ipſum pœnitet commiſſi & quęrit remedium pœnitentiæ, ubi primum illi occurrit paſſio Chriſti & immenſa charitas in redimendo genere humano, tunc & deus ei largitur gratiam, qua adiutus, cõcipiat odi-
De medicina pœn. c.2. um peccati non tantum ex timore damni quod incutit peccatum, ſed ex amore Chriſti atq; iuſtitiæ. Hãc pœnitentiæ formulam nobis proponit Auguſtinus quum ait; Aſcendit homo aduerſus ſe tribunal mentis ſuæ, ſi timet illud quod oportet nos exhiberi ante tribunal Chriſti, ut recipiat illic unuſquiſq; quæ per corpus geſſit, ſiue bonum ſiue malum: atq; ita conſtituto iudicio in corde adſit accuſatrix cogitatio, teſtis conſcientiæ, carnifex timor. Atq; hoc iam pœnitentiæ initiũ ẽ, qñ lictor ille homini pctõri p̃cipit ut iudicio ſemet ſiſtat, ipſeq; ſibi fiat iudex pctõrum ſuorũ

2. Modus hic incipiendæ pœnitentiæ concordi conſenſu à ſanctis patribus eſt approbatus, planeq́ ſacris literis conformis. (utut oblatret Lutherus, ſicuti dicetur infra) In eius rei probationem euidẽtem, aſſumo euangelium de filio prodigo: ſiquidem ea parabola tota, ut & reliqua eius capitis, ad poenitentiam pertinent, quemadmodum Auguſtinus, Chryſoſtomus, Hieronymus, Beda & Ambroſius interpretantur: ait autem, inquit, dominus ibi, filius iſte cupiebat implere uẽtrem ſuum de filiqs quas porci manducabant, & nemo illi dabat: quo nimirum ſignificare uoluit immenſam peccatoris egeſtatem. ibi enim ſtatim cœpit iſte cogitare apud ſe, quãti mercenarij in domo patris mei abundant panibus? (Ecce memīnit hic remunerationis & diuitiarum in domo patris ſui cæleſtis) & ego hic fame pereo. (ecce metum poenæ) ſurgam & ibo ad patrem meum. (uerba ſunt hęc ait Auguſtinus, meditantis iam poenitẽtiam.) Aug. q. euange. 2. c. 33. Chryſ homil. 24.

Et quum adhuc longe eſſet, uidit illum pater, & adcurrens cecidit ſuper collum eius: ubi ſignificatur, quia quum homo incipit agere poenitentiam, tũc illi occurrit deus per gratiam, imò & præuenit, ut ei poenitẽtia inde dulceſcat, & fructum pariat. Baſilius facit hic tres gradus, qbus ad patrẽ uenit filius, ſpem remunerationis, timorem poenæ, & paternæ bonitatis amorem. Baſil.

De hoc initio poenitentiæ dicit dominus deus ad peccatorẽs: Conuertimini ad me in toto corde ueſtro, & ego conuertar ad uos. & rurſus per Hieremiam: Si conuerteris, conuertam te. ideo tantum, quia ſe homo auertit à peccatis ad diuinam miſericordiam, nõ deſerit eum, ſed & manum illi porrigit, dicen Zach. 1. Hiere. 15.

illud, quod eum ueſtiuit ſtola, & conuiuium apparauit in domo ſua.

5. Quum ergo cōſtet ex ſacris literis, ſicut & deinceps latius probabitur, pœnitentiam incipere à motione diuina cum timore, ſciēdum eſt hunc quoque eſſe geminum. (quamuis alij ponunt 4. ſed iſta ſufficiunt pro plebe) alius enim eſt ſeruilis, quum quis facere omittit tantū metu pœnę, uel aliquid facit quod non faceret, niſi metueret pœnam. Alter eſt ille quē filialem uocant, quando aliquis quippiam facit aut omittit non timore pœnæ, ſed quia timet ne illum offendat. Timor ſeruilis & filialis.

Vterq; hic timor ex nomine notitiā trahit, qm̄ & ſeruus bene facit timens aut uerbera aut miſſionem: filius autem reueretur patrem, obſeruat & amat, cauens ſedulo ne quid agat quo offenderet illum. hoc enim parentum obſeruantia requirit, ut ne offendāt eos liberi, uſq; adeo, ut pœnitendum quid ſit, parentes offendiſſe etiam demortuos. Non diuerſum eſt, ſi de homine reſpectu dei loquaris, quoniā ſi quis à peccatis abſtinet formidine poenę, timor hic ſeruilis eſt: alius autem peccare negligit, metuēs ne deum quem diligit offendat, & gratiam eius amittat.

Auguſtinus exempli loco duas proponit uxores, quæ adulterium metuunt, altera quidem timens uerbera & indignationem mariti, aliàs futura promptiſſima: altera uero amore caſtitatis & pudicitiæ erga maritum abſtinet, uolens ea tantum facere quæ illi placeant: prior illa nollet maritum diu eſſe præſentem, abſentē q̄q; metuit ne ueniat ex improuiſo: hęc Super canon. Iohā.

autem quæ maritum caſte diligit & cum amore re-uereretur,cuperet eum ſemper adeſſe,metuens ne quò abeat. Vtraque hæc uxor timorē habet,ſed inæqualiter:quia prior timet ne ueniens maritus ipſam uerberet,poſterior metuit ne abiens maritus ipſam deſerat.ita res habet in timentibus deum.

Johan.4. Non celauit etiam ſcriptura diſcrimen iſtud, ideò enim Iohannes profitetur timorem non eſſe in charitate,eo quod charitas perfecta expellit timorem, loquens ibi de timore ſeruili, quem amiſit filius iſte

Luce.15. prodigus,cōqueſtus ipſe ſecum qd ageret,penè iam fame emortuus.Timor hic poenæ eſt,quē habet peccator priuſquam iuſtificetur,metuens ne damnaretur, ideo eum pungit & angit iſte timor.

Alius autem timor eſt, de quo inquit propheta:

Pſalm. 18. Timor domini ſanctus permanens in ſeculum ſeculi, dictum nimirum id eſt de timore filiali,quem etiam charitas comitatur,ſicuti cum honore filius metuit patrem quem obſeruat,manens tamen in domo ut hæres.

Hæc itaq; eſt utriuſq; timoris differentia,& quiſq; poenitentiam agit,utrūq; habet,primo ſeruilem,ſicuti filius prodigus quum adhuc eſſet in regione longinqua, deinde per gratiam dei & occurſum patris acquirit alterum illum,quem habent filij erga parentes ſuos.

4. At quum ſupra dictum ſit & oſtenſum ex

Auguſtin. uerbis Iohannis,quia perfecta charitas expellit timorem,intelligendo ſeruilem , non intelligendum hoc eſt ſicut neochriſtiani uolūt,quaſi metus poenę non poſſit ſtare cum charitate. uix enim paucos ex multis millibus reperias qui non metuāt poenam , adeo

ut eos hæc retrahant à peccatis: ubi quis forſan cogi tet, quod quandiu in ſe ſentiat huiuſmodi timorem, non habere gratiam & charitatem dei. Reſpondit ad hæc Auguſtinus, affirmãs quia timor locum præpa rat charitati, quum autem incipit charitas, expellitur timor, ita quod ubicũq; eſt minus charitatis, ibi plus ſit timoris. quanto enim amplius charitas creſcit, tã to plus timor decreſcit. ubi autem timor null⁹ eſt, ibi nihil quoque loci inueniet charitas. Vnde ſatis pa tet, charitatem non ſimũl omnem ſtatim expellere ti morem, ſed per ſucceſſum temporis, inquantum & creſcit, ſicut & aqua quę calefit, non ſtatim calor om̃e excellit frigus, ſed in quantum creſcit calor, tantum frigiditas decreſcit. Dicat aliquis, fieri non poſſe ut qs ſimul habeat & charitatem & timorem, eo quod tunc idem ſimul eſſet ſeruus & non ſeruus. Imò ſane fieri poteſt. ita enim dominus per prophetam dicit: Si ego pater ueſter ſum, ubi eſt amor meus? ſi dominus ueſter ſum, ubi eſt timor meus? nemo eſt autem qui non deum agnoſcat patrem & dominum, proinde eum timere debet & amare. id pulchre expreſſit beatus Bernard. quum ait, donec quis premitur à ſpi ritu ſeruitutis, parum'q; habet de ſpe, de timore plurimum, non eſt ei pax neq; requies, fluctuante nimirũ conſcientia inter ſpem & timorem, maxime quod à ſuperabundante timore abũdantius cruciętur, nam timor habet poenã. Cęterum ſi paulatim per incre mentum gratię coeperit deficere timor, & proficere ſpes, quum demum ad hoc uentum fuerit ut totis ui ribus exurgens charitas in adiutorium ſpei foras mit tat timorem, & eiuſmodi anima ſingulariter in ſpe conſtituitur. Recte igitur rem expendit Iohannes,

Mal. 1.

quando non abſolute charitatem nominat, ſed ait
1 Ioh.4. quia charitas perfecta foras mittit timorem.

Obijciet adhuc quiſpiã, quod ſi timor ſeruilis peccatorem facit & charitas iuſtum, iam ſimul aliquis eſſet & peccator & iuſtus. Verum eſt quod timor iſte ſeruilis facit peccatorem, uel magis proprie loquendo eſt in peccatore: ſin autem accedat propius ad patrem & charitatem, (tunc enim dicitur timor initialis) iam amplius non eſt peccator. Quo modo hoc poſſibile ſit, pulchre docent doctores & ſic explicant, quoniam metum pœnæ conſiderare qs poteſt oculo dextro, tanquam præcipuum illud quod eum mouet. & qui aliquid facit ex huiuſmodi timore, peccator eſt, uſqueadeo ut quàm diu manet in illo, gratiam dei nõ acquirat, ſicut Caino & Iudę factum eſt.

Quod ſi uero oculo dextro præcipue ſuſpicit ad diuinam maieſtatem ac bonitatem, ſiniſtro tamen deorſum uideat ad temporalia, ad curam & euitationem pœnę, id ſane tanquam accidentaliter tantum facit, & non præcipue, neque hoc aduerſatur charitati. Quanuis hic nolim quemlibet timorem poenæ, eſſe timorem ſeruilem: quoniam & Chriſtus dominus omnium, nonnihil horroris habuit de ſupplicio:
Matt 26. Pater, inquiens, ſi poſſibile eſt, trãſeat à me calix iſte, nemo tamen eſt qui perhibeat dominum gloriæ, timorem habuiſſe ſeruilem. Sicut ergo ab initio diximus, hic timor eſt ſeruilis, quum quis facere aliquid negligit metu poenæ, alioquin facturus, hic ipſe charitatem non habet. Quiſquis autem poenitentiam agere uult de peccato ſuo, cõterat prius, cor animũq́ʒ ſuũ gladio timoris huius conſcindens, qui eum compellet ad ueram contritionem & charitatẽ, ut ſic gra

tiam dei & uitam conſequatur æternam, Amen,

HOMILIA QVADRAGESIſima, de timore ſeruili, quomodo ſit initium pœnitentiæ, charitatis & ſapientiæ. Initium ſapientiæ timor domini. Prouerbi. I. cum concordantibus.

SAtis iam multa diximus chariſſimi, de timore, quomodo ſit initium poenitentiæ: nunc porro priuſquam ad errores progrediamur neochriſtianorum, dicendum nonnihil eſt, quiſnam timor ſit poenitentiæ principium. Et profecto ſeruilis quoque timor initium poenitentiæ eſt: quanuis enim timor non ipſa quidem poenitentia eſt, bonum tamen magnumque exordium eſt eius. quiſquis autem hic fixo pede nollet ulterius progredi ad charitatem, is ſane manſurus eſſet in poenitentia Iudæ, qui ſeipſum laqueo ſuſpendit. quicunque autem ad charitatem uſque peruenit, huic timor initium ſuæ efficitur poenitentiæ: ſicut pulchra ſimilitudine beatus Auguſtinus timorem hunc comparat ſetæ ſuillæ, qua ſutores cõſuunt. niſi enim ea prius tranſmittatur, filo nullus patebit ingreſſus: ita hic niſi prius timor peruenerit in animum hominis, charitas non ſequetur. Quod autem timor etiam ſeruilis donum ſit ſpiritusſancti & poenitentiæ initium, teſtatur Gloſſa interlinearis, quæ ad hoc quod timor ſit initium ſapientię, addit, etiam ſeruilis, & Caſſiodorus ſuper pſalmũ ait:

Pſal. 110. Pro. 1. Matt. 27. Actu. 1. Timor ſeruilis bonus. Gloſſa. Caſſiod.

Timor iudicij, ianua eſt conuerſionis, ſi addatur diſcretio dilectionis.

1.Timo. 1. Hoc ſcilicet docuit & Paulus, quando iuſſit peccatores increpandos eſſe coram omnibus, ut cæteri timorem habeant, uolens ad ædificationem eccleſiæ peccatores palam eſſe redarguendos, ut ſic reliqui timore contumelię & poenę minus peccent: idem ma-

Gloſſa. Roma. 8. nifeſtius affirmat Gloſſa ſuper epiſtolam ad Romanos, ibi poſtquã diſcernitur inter utrunq; timorem, ſubiungitur: & ſeruilis timor bonus eſt, & adeo, ſed

Auguſtin. non ſufficiẽs. ſimiliter Auguſtinus inquit: Bonus eſt iſte timor & utilis, licet inſufficiens, per quem paulatim fit conſuetudo iuſtitiæ: ideoq; in ueteri teſtamento multum & grauiter ſcriptura conatur homines deterrere à peccatis per hunc timorem, ſicut in para-

Gene. 2. diſo ſtatim impoſita lege datoq; prępcepto primis parentibus noſtris, ſubditur: In quacunque die comederitis ex eo, morte moriemini. Deinceps quum dare-

Exodi. 19. tur lex Moyſi, immenſum quantum ibi exhibitum ſit terroris, quando audiebantur tonitrua, uidebantur fulgura, & nubes nigra ac denſa contegebat montem Sinai, ibi clangor tubarum exaudiebatur tantus, ut exhorreſceret populus: quia & fumus exibat è monte, tanquam de fornace: & mõs totus erat aſpectu horribilis ex flammis ardentibus, ex clangore cornuum atq; tubarum. tunc ſane populus dixit ad Moyſen: Loquere tu nobis, & audiemus. non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur. & ait Moy-

Exod. 20. ſes ad populũ, Nolite timere: ut enim probaret uos domin⁹ uenit, & ut terror illi⁹ eſſet in uobis. ecce impetum atq; uim timoris.

2. Neque hoc ſolum nobis ſuffragatur teſtimo

nium ueteris teſtamenti. pleniſſima ibi ſunt omnia per quinque libros Moyſi, & in prophetis, quomodo undiq; deus minatur pœnas & ſupplicia trãſgreſſoribus legis, quoniam lex ea duriſſima erat & plane lex timoris. uide ſecundo Paralipomenon ſeptimo, Leuitici uigeſimoſexto, Deuteronomij quinto, Pſalmo ſeptuageſimo octauo, primo Paralipomenon uigeſimooctauo &c.

Venio iam ad nouum teſtamentum, quod tamen eſt teſtamentum gratiæ & charitatis, atq; ſine timore tamen prædicatum non eſt, ſicut euangelij pręcurſor & utriuſq; teſtamenti limes prædicauit. ita enim ait Matthæus: Videns multos phariſæorum & Saducæorum uenientes ad baptiſmũ ſuum, dixit eis: Progenies uiperarum, quis demonſtrauit uobis fugere à uentura ira? facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Ecce quomodo interminat̃ eis de timore, & ſtatim ad pœnitentiam relegat. Blaſphemum eſt quod Lutherus in diſputatione Lipſica dixit, etiamſi Iohãnes Iudæis prædicando timorem incuſſerit, ut ſic ad pœnitentiam peruenirent, non tamen ideo timorẽ initium eſſe pœnitentiæ, atq; hinc omnes quotquot nunc ita p̃dicant ut Iohannes fecit, male facere. Quid eſt obſecro, ſi hæc contumelia non eſt? quum enim Iohãnes is ſit, quo non ſurrexit ſanctior inter natos mulierum, qui ab utero matris fuit ſanctificatus & plenus ſpiritu ſancto, atque adeo propheta altiſſimi, quiq; parauit uiam ante faciem domini, utiq; nõ male docuit, eo quod (iuxta Bernardum) illum non p̃dicatio doctum reddidit, ſed diuina inſpiratio. Quilibet igitur Chriſtianus cane peius & angue exoſa habeat iſta Lutheri uerba, quibus uult, etiamſi Iohan-

Mat. 3.

nes docuiſſet timorem eſſe initium pœnitentię, non tamen inde ſequi, pœnitentiam incipere à timore.

Ad hæc dominus ipſe nos idẽ docuit, admonens ut eum metueremus, qui poſtquam occidit corpus, animam quoq; poteſt mittere in gehẽnam ignis. & alibi in parabola dixit, Exi cito in plateas & uicos ciuitatis & ſepes, atque compelle intrare. ſic nimirum Paulus admirando quodam & ſtupendo modo cõpulſus eſt ad fidẽ, ipſeq; deinceps minatus eſt ſe uenturum in uirga. aliàs quoſdam tradidit ſatanæ, ſicut eius rei tota undique pleniſſima eſt ſcriptura. Vt recte dixerit interim Ambroſius, timor dei eſt uita uirtutum.

Matt. 10. Luc. 14. Actu. 9. 1. Cor. 4. 5 De vita beata.

5. Dicat aliquis, Antea dictum eſt, timorẽ hunc ſeruilem eſſe in peccatore, neq; iuſtificare quẽquam, niſi quum cœperit amare deum, quomodo ergo poteſt hic timor donum eſſe ſpiritusſancti? Aut quomodo non faciet peccatorem adhuc grauiorem, ſicut Lutherus affirmat? Reſpondetur, uerum quidem id eſt, quod ſpiritusſanctus per charitatem expellit timorem, & tamen adhuc timor donum eſt ſpiritusſancti, quanuis non permaneat. Vt in ſimili, aurora utiq; eſt à ſole, quam quum uidemus, dicimus aduẽtare diem: orto autem ipſo iam ſole, tunc deſiit aurora, & clara cernuntur ſingula hæc: Ita & hic timor eſt à ſpiritusſancto, ubi autem illuxerit dies & ſol iuſtitię, euaneſcit timor, unde recte dixit Auguſtinus, timorem hunc bonũ eſſe & utilem, ſed inſufficientem. Errat uero & cæcutit in media luce Luther⁹, quod duo tantum ſibi proponit, diem & noctem, amicum & inimicum, quod non eſt dictum ſatis, quia oportet proponere tria: primum, quod aliquis inimicus eſt

1. Joh. 4. Sup Pſal. Tres gradus.

dei, nimirum peccator: alter gradus eſt, quia quis ſeruus dei efficitur, qui iam aliquanto propior eſt deo, neque tamen charitatem eius adhuc habet, metuens ſempiternam pœnã & uindictam. is iam quaſi in aurora eſt, & à nocte properat ad lucem: tertium gradum occupat amicus & iuſtus iam per charitatẽ peccata uitans, in cuius corde exortus eſt ſol iuſtitiæ, uiuitq́ in die gratiæ diuinæ.

Quæras, ad quid tandem conducat iſte timor, quẽ bonum & utilem eſſe perhibet Auguſtinus. Profecto ille hominem peccatorem adducit & permouet ad cognitionem peccatorum ſuorũ, ut ſic ſuam ipſe ſcrutetur conſcientiam, quomodo tantopere aduerſum ſe concitauerit deum, dicatq́ cum Dauide: Iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meũ contra me eſt ſemper. Hoc eſt quod in quodam ſermone docet beatus Cyprianus: Vos fratres, inquiens, quorum timor in deum pronus eſt, pœnitẽtes ac dolentes peccata ueſtra perſpicite, grauiſſimum conſcientiæ crimen agnoſcite, ad intelligentiam delicti ueſtri oculos cordis aperite, nec deſperantes miſericordiam domini, nec tamẽ iam ueniam uendicantes. fecit hoc Ezechias, dicens: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

Pſalm. 50.

De lapſis.

Eſaie. 38.

Neq uero oſcitanter & obiter tãtum, ſed ſumma cum diligẽtia fieri debet iſta peccatorum recogitatio, ut ſic peccator metuat pœnam ſibi à deo infligẽdam, & meminerit quidnam commiſerit tantũ quo iram dei in ſe concitarit, atque cogitet ſe perpetuum iam fore damnatũ, niſi gratiam dei impetrarit. Subinde animo ſuo uoluat illud Pauli, ſi nos diiudicaremus, non iudicaremur. Vnde & Chryſoſtomus

1. Cor. 11.

Homilia 42. ſuper Mattheū. præclare dixit: Non eſt profecto, nō eſt ſufficiens ad emendandum uia, ſi quum omnia ſecūdum ſpeciem in unum peccata collegeris, aſſidue animo ipſa deinde uerſes, ac de ipſis continue mediteris & cogites. Et in alioloco: Qualem, inquit, merebimur ueniam, qui neq; in cogitationem uenimus noſtrorum peccatorum? ſi enim quis dicat, quia hoc & hoc peccaui, nunquam ceſſabit: ſemper quidem confiteris, correctionis curam nunquam faciens. Confiteamur ergo peccata noſtra non lingua tantum, ſed & interiori conſcientia. neq; ſic quod peccatores ſolum nos adcuſemus, uerumetiam ut peccata ſingulatim percēſeamus. At hæc latius explicabimus infra de confeſſione.

Homilia 10. ſuper Hebræ.

Luther reiecit cōtritionem. 5. Patet hinc falſam & erroneā eſſe Lutheri doctrinam, atq; ideo ab omnibus ſedulo uitandam, qñ reijcit contritionē in eccleſia uſurpatam. docuit eñ, eam contritionem quæ paratur per recogitationem ſuijpſius, per collectionem & horrorem peccatorū, eorum grauitatem recolendo, amiſſionem uitæ ęternæ, & incurſum damnationis conſiderādo: hanc inquam contritionem ait ille facere hominem hypocritam & peccatorem maiorem. ineptū hoc eſt, imò & impium dogma, euangelio & uniuerſæ ſcripturę contrarium, quoniam citra controuerſiam filius iſte prodigus per huiuſmodi contritionē ſuijpſius, gratiam quam perdiderat recuperauit. Quare & Caſſianus dicit: Tria ſunt quæ faciunt homines à uitijs temperare: aut metus gehennæ ſiue præſentium legum, aut ſpes atq; deſiderium regni cælorum, aut affectus boni ipſius, amorq; uirtutum. Et inde libro quarto capite 39. docet per timorem dei nos & initium cō-

Luc. 15.

Caſſ. col. 3.

uerſionis,& uitiorum accipere purgationem. Quilibet itaq; Chriſtianus hæc conſideret diligenter, atq; in ſeipſo faſtidium ſibi hauriat & nauſeam de peccatis, uolens ſe ea nunquam perpetraſſe, deum nullatenus offendiſſe: quũ autem hoc ſit factum, ultro ſuſcipiat uotum iuxta ordinationem eccleſiæ & Chriſti, peccata ſe uelle delere, & gratiam atq; charitatẽ dei iterum recuperare. Pulchre docuit hoc idem Chryſoſtomus quum ait: Semper recordemur mala noſtra, & conſcientiam geſtorum noſtrorũ habeamus ante oculos, ut pro his ſupplicemus deo, ut gehennã ponamus in conſpectibus noſtris, & angelos qui in die iudicij ubiq; diſcurrunt & cõgregant de omni orbe terrarum eos qui tradendi ſunt in gehennã ignis. Contemplemur quãtus ſit dolor excludi à regno cælorum, quod equidem puto longe grauius eſſe ipſa gehenna. Quiſquis ergo in pœnitentia finem cupit bonum conſequi, & peccatorum ſuorum remiſſionem impetrare, deiq; gratiam recuperare, is prius initium bonum facit cum timore: is enim pro exordio habetur ſapientiæ diuinæ, ut ſic per timorem perueniat ad charitatem. Ob hanc ſiquidem cauſam toties in euangelio dominus ingeminat gehennæ incendium, ignem ęternum, tenebras exteriores, fletum & ſtridorem dentium, & ſimilia multa quæ horrorem faciunt hominibus, & ſolicitudinem inijciunt declinandi à malo ac faciendi bonum, atq; hoc modo per pœnitentiam impetrandi gratiam & gloriam ſempiternam, quam nobis clementer largiatur dominus Ieſus. Amen.

De cõpun. cor.

HOMILIA XLI. DE ALTE-

ra pœnitentiæ parte, quæ eſt confeſſio.

Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur, & inueniet gratiã. Pro. XXVIII.

QVandoquidem per peccatum mortale dei gratiam amittimus & charitatem, miſericors & miſerator dominus remedium nobis inſtituit, quo mederi poſſemus huic malo, ſacramẽtum pœnitentiæ: ubi ut quis particeps fiat ſacramentalis gratiæ & abſolutionis, operæprecium eſt, eum congruo uti ordine per ſingulas pœnitẽtiæ partes. de contritione ſatis iam multa diximus, quomodo neceſſarium ſit, ut quis conteratur animo, dolẽs de offenſa dei, proponatq; ſe deinceps illa cum auxilio gratiæ diuinæ pro uiribus euitaturum. Alterum eſt, ut confiteatur peccata ſua. id enim ſemper exigit deus ab homine, quando etiam ſi more mũdano de hac re loquamur, nullus princeps cuiquam remittit noxam uel gratiam donat, niſi confitenti delictum, iuxta illud ſapientis quod propoſuimus ab initio: Qui abſcondit ſcelera ſua &c.

Euangelium Iohannis XX. In illo tempore inſufflauit Ieſus in diſcipulos, & dixit.

Confeſſio ſemp̃ fuit. Vt materiam confeſſionis ex ipſa radice excutiamus, conſultum eſt, à prima primi peccati origine

perpetuum confeſſionis concurſum, quanuis non eodem ſemper modo, oſtendere. Principio itaque conſtat, quòd omni tempore peccator, eo quòd delictis ſuis deum conditorem offenderit, huiuſmodi commiſſum coactus fuit confiteri, ſeq́ꝫ reum accuſare, maxime per internam cordis confeſſionem: quumq́ꝫ à primæua origine mundus uniuerſus uſque ad finem triplici lege regatur, ubique hic confeſſionem ſuo quoque modo in uſu fuiſſe oſtendemus. Primum omnium in lege naturæ, ipſa dictat ratio & urget conſcientia, ut quiſque ſe coram deo profiteatur peccatorem: ſic Paulus ait, Gentes quæ legem non habent, ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtendũt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationum accuſantium, aut etiam defendentium, in die quum iudicabit deus occulta hominum per Ieſum Chriſtum. Confeſſionem huiuſmodi peccatorum in conſcientia, ſatis perſpicimus etiam à gẽtilibus deſcriptam, ſed ſpeculum ſcripturæ diuinç nobis iam multo clarius monſtrat. ſtatim enim poſt peccatũ Adæ, quum ille ſe occultaſſet unà cum Eua, dixit ei dominus: Adam, ubi es? teſtatur ibi Gloſſa, uerba eſſe ea increpantis & ad confeſſionem urgentis, non quod dominus neſciret ubinã eſſet Adam. (ſunt qui credant etiam uocalem cõfeſſionẽ hic fore exactam.) In primo igitur illo peccatore peccatoribus omnibus formulã dare uoluit confitendi ſeipſos peccatores, neq́ꝫ imitandi iſtum ueterẽ Adam, qui nulla uolebat ratione cõfiteri delictum, ſed meditabatur excuſationem & tranſlationem criminis in mulierem, quare eũ dominus cũ tota poſteritate grauiter afflixit. Itidem fecit

Rom. ii.

Gene. iii.

Gene. 4. deus in altero peccatore Cain, qui quum iratus eſſet uehementer, dixit ad eum dominus: Quare iratus es & concidit facies tua? nonne ſi bene egeris, recipies? ſin autem male, ſtatim in foribus peccatum tuũ aderit. ſed ſub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Quid eſt, in foribus adeſſe peccatum, aliud, q̃ ꝙ unumquenque ſua mordet cõſcientia, & urget delinquentem? ſicut & ad huiuſmodi confeſſionem de⁹ ipſe alliciebat poſt perpetratũ iam homicidium, qñ dixit, Vbi eſt Abel frater tuus? uerum ille noluit fateri delictum, negans etiam, atque ibi iniquius fecit patre ſuo, ideo increpauit eum dominus acriter q̃d confiteri renueret.

Semper itaque neceſſaria fuit hæc interna confeſſio, eaq́ ſæpe uti debet quilibet homo, præcipue uero dominicis feſtisq́ diebus, recolendo quibus in rebus offenderit deum, habeatq́ tunc propoſitum etiam ſacramentalem confeſſionem faciendi tempore ab eccleſia conſtituto. (extende ut placet.)

Confeſſio legalis. 2. Atqui in lege Moſaica nõ parum acceſſionis factum eſt in confeſſione, quoniam præter illam internam confeſſionem cordis, quæ fuit in lege naturæ, triplicem adhuc inuenias confeſſionẽ in lege ſcripta: prima erat generalis, quam ſacerdos faciebat ꝓ omnibus peccatis totius populi Iſrael, eam præcepit

Leuit. 16. dominus in Leuitico, poſtquam emundauerit ſanctuarium & tabernaculum & altare, tunc offerat hircum uiuentem, & poſita utraque manu ſuper caput eius, confiteatur om̃es iniquitates filiorum Iſrael, & uniuerſa delicta atque peccata eorũ, quæ imprecans capiti eius, emittet illum per hominem paratũ in de-

Neemi. 3. ſertum. fecit hanc confeſſionem Neemias in ciuita-

te Zuſis,dicens: Quæſo domine deus cæli, fortis ma gne atque terribilis,qui cuſtodis pactum & miſericordiam cum iis,qui te diligunt &cuſtodiunt mandata tua,fiant aures tuæ auſcultantes &oculi tui aperti,ut audias orationem ſerui tui quam ego oro coram te hodie,die ac nocte pro filiis Iſrael ſeruis tuis,& confiteor pro peccatis filiorum Iſrael, quibus peccauerũt tibi.Et ego & domus patris mei peccauimus, uanitate ſeducti ſumus,& non cuſtodiuimus mandatũ tuũ & cæremonias & iudicia quæ præcepiſti.ſic Daniel quoque ter orauit in die apertis feneſtris uerſus Hieruſalẽ,flexiſque genibus,confeſſus eſt peccata ſua, ſimiliter & Leuitæ. Dani. 6. 1.Par.23.

Altera porro confeſſio Moſaica non uerbis fiebat,ſed ipſo facto exhibebatur.inſtituerat enim dominus ſacrificia diſtincta pro diuerſis generib' peccatorũ,ut ſi quis peccaſſet ex ignorantia,ſi quis piurium,furtum,rapinã aut ſimile quid deſignaſſet:iam quũ aliquis ſacrificium faceret & offerret,ſtatim deprehendebat ſacerdos, cui generi peccatorum eſſet obnoxius.unde &Auguſtinus ait,quia oblatio ſacrificiorum ipſa fuerit confeſſio peccatorũ.Tertia confeſſio typica erat &fiebat in leproſis,qui quatuor habebant ſigna lepræ,in capillis,in cute,ueſtitu & in domo:quæ figuræ erant huius lepræ,quam ex peccatis cõtrahit anima.fit autem & peccatum quatuor modis,cogitatione,ore,facto,& conſuetudine.ſed de iis mox plura. Le.4.5.6 Num.5. Le.13 14.

5. In tertia porro lege euangelica,quæ lex gratiæ eſt, inſtituit nobis dominus Ieſus confeſſionem ſacramentalem oris, quæ fieri debet ſacerdoti cum enumeratiõe omnium peccatorum, ſicuti deinceps Confeſſio euangel.

probabimus. fuit autem ut nunc quidē apparet, confeſſio in lege naturæ in corde, ſub lege Moſaica in corde & opere, nunc uero in lege euangelica in corde, ore & opere. Ita nimirum ueriſſimum eſt quòd dei perfecta ſint opera in ordine: ſiquidem & diuina ſapientia in opere ordinate procedit à minori ad maius, ab imperfectioribus ad perfectiora. In ſacrificiorum genere ſatis patet, ecce enim in lege naturæ admodum leue erat ſacrificium, quoniam quod cuique inſpirabat deus, idipſum offerebat, ut Abel ex agnis, Cain de fructib' terræ. ſed in lege Moſaica exactius multo ritus quoq; ſacrificiorum ſunt expreſſi, unde fierēt, quibusq; tēporibus & qua forma. Nunc uero in lege gratiæ, ſuperuenit oblatio longe perfectiſſima ſacratiſſimi corporis Chriſti, uſq; adeo creuit ſacrificium à fructibus Cain & agnis Abel uſq; ad filiū dei. Non diuerſum eſt & de baptiſmo. multis eīm baptiſmatibus utebantur Iudæi in ueteri lege, ſicut Paulus teſtatur, ſed ijs oībus acceſſit baptiſmus Iohannis non paulo perfectior, tādem perfectiſſimus omnium datus eſt baptiſmus Chriſti, in quo renaſcimur ſpiritualiter ex aqua & ſpiritu, efficimurq; filij dei. Ita & prophetia iam inde à priſcis temporib' creuit uſque ad Iohānem, qui prophetarum maximus, agnum quoque dei digito demonſtrauit. Nemini igitur mirum fieri debet, eodem etiam modo creuiſſe confeſſionem, ita ut in perfectiſſima lege ſit & confeſſio perfectiſſima. decebat enim ut in regno ueritatis peccatum perfecte manifeſtaretur. ſiquidem in nulla alia lege lux ueritatis fuit ſplendidior quàm in hac euangelica, dicente Iohanne, lex per Moyſen data eſt, gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum facta

Deut. 8. Gene. 4. Hebræ. 9. Leu. 13. 15. Heb. 9. Johan. 3. Johan. 1. Johan. 1.

eſt, concordat illud Pauli, omnia quæ arguuntur à lu mine, manifeſtantur. Rationem huius uidere facilimum eſt. prius enim quàm ueniret Meſſias Chriſtus mediator dei & hominum, nulla adhuc perfecta erat reconciliatio peccatoris cum deo. unde neq; mirum eſt, non fuiſſe tunc aliquam perfectam cōfeſſionem, ſed de ijs plura differemus infra. Ideoq; ſicut Iohannes baptiſta uiam domino præparauit in baptiſmo & doctrina, ita etiam in pœnitentia: quoniam hoc eſt quod Iohannes perhibet homines baptizatos eſſe in Iordane à Iohanne, & confeſſos peccata ſua: ea enim confeſſio non tantum fuit in corde, quia ſic qd profuiſſet exire in deſertum ad Iohannem? Sanctus quoque Antonius refert quoſdam ex Iudæis doctores aſſerere, quia ſi inuenerint aliquando ſacerdotem de tribu Leui, tunc etiam oris confeſſionem faciunt ante mortem. Et quod Iudæi huiuſmodi confeſſionem oris uſurparint etiam in ueteri teſtamento, teſtatur Paulus Ricius ſuper illud Numeri: Confitebuntur peccatum ſuum. allegat ad hoc librum Iudaicum.

Epheſ. 5 · *Mat. 3* · *Ricius de præceptis.* · *Num. 5.*

4. Cæterum propter ſcripta doctorum, ut ea quoque melius intelligantur, admonendi eſtis, in primitiua eccleſia triplicem pœnitentiam fuiſſe in uſu, ſolennem, publicam, & priuatam. Solennis pœnitentia imponebatur in grauiſſimis & manifeſtis delictis, eam cogebatur quis facere longo admodum tempore in ſumma abſtinentia, & durabat interdum ad tres annos, atque à ſolo poterat abſolui epiſcopo: ſicuti Nicolaus papa ſcribit eueniſſe Rodolpho epiſcopo Argentoraceñ. eo quod propriam occiderat matrem, in concilio quoque Agathenſi ad longũ

Pœnitentia triplex. · *12. q. 2. de viro.* · *C. in cap diſt. 1.*

declaratur, quomodo in hac pœnitentia debeant omnia ſeruari:ea cum refrigeſcente hominum chari

33 q.2.lato rem. Homil.15. Leuit. tate ſimul elanguit. Pœnitentia hæc non erat reitera bilis,ſicuti docet Origenes & Auguſtinus ad Macedonium,deinde nulli imponebatur presbytero,imò ſi quis hanc aliquando fecerat, iam idoneus nõ erat ad ſacerdotium,ut Siricius papa,Leo quoque & nõnulla concilia ſtatuerunt. Multa dici poſſent de rigo

Solennis pœnit. re & ſeueritate Chriſtianæ diſciplinæ, quæ in ueteri quondam ſeruabatur eccleſia, & quomodo potuerit ea etiam inter laicos ſeruari,ut merito debeamus exhorreſcere teporem, imò & frigus iſtud immenſum ſuper noſtris peccatis,pro quibus nihil ſuſtinere poſſumus.hinc fit quod quum ipſi nullam in nos ſuſcipimus pœnitentiam, tot nobis undique plagas & infirmitates immittit deus,ut ſit uerum quod ſæ

1.Cor.11. publica pœnit. pe induximus ex Paulo:Si nos dijudicaremus,non iu dicaremur. Secundum pœnitentiæ genus,publicum dicebatur,fiebatq; in conſpectu totius eccleſiæ,propter aliquod enorme peccatum,ſicut etiamnum homines in grauibus caſibus detenti,ut homicidæ, incendiorum autores,meretrices &c. ad pœnitentionarios remittuntur, & in eccleſiis cathedralibus coguntur agere pœnitentiam in die cœnæ domini,ubi prouidere decet confeſſorem,ne pro peccatis occul tis alicui pœnitentiam iniungat publicam, ſed publi

Priuata pœnit. cis tantum delictis & grauitati illorum. Pœnitentia tertia priuata ea eſt,quę priuatim fit ſacerdoti,à quo & confitens abſoluitur. Atque præterire nõ poſſum Lutheri errorem,qui alicubi ratus eſt olim in eccleſiaſtico uſu non fuiſſe confeſſionem hanc priuatam, & occultam abſolutionem,ſed omnem tum confeſſio-

nem tum abſolutionem factam eſſe publice & manifeſte. Verum hoc errore non uacat, qui quidem ex ignorantia prouenit conſuetudinum & cæremoniarum primitiuæ eccleſiæ. ſiquidem à pœnitentia priuata demum ueniebat aliquis confitens ad illam publicam, ſicut adhuc eſt in uſu, & manifeſte teſtatur Origenes, qui temporibus martyrum uixit. is enim ſuper hęc uerba Pſalmi, iniquitatem meam ipſe pronuncio: pronunciationem, inquit, iniquitatis, id eſt, confeſſionem peccati frequenter diximus. Vide ergo quid nos edocet ſcriptura diuina, quia oportet peccatum non celare intrinſecus. fortaſſis enim ſicut ij qui habēt intus incluſam eſcam indigeſtam aut abundātiam humoris uel phlegmatis ſtomacho grauiter infeſtam, ſi uomuerint, releuantur: ita etiam ij qui peccauerunt, ſiquidem occultant & retinent intra ſe peccatum, intrinſecus urgentur & propemodum ſuffocantur à phlegmate uel humore peccati: ſi autem ipſe ſui accuſator fiat, dum accuſat ſeipſum & confitetur, ſimul euomit delictum atque omnē morbi digerit cauſam: tantummodo circunſpice diligentius, cui debeas confiteri peccatum tuum. proba prius medicum, cui debeas languoris cauſam exponere, qui ſciat infirmari cum infirmante, flere cum flente, qui condolendi ac compatiendi nouerit diſciplinam, ut ita demū ſi quid ille dixerit, qui ſe prius eruditum medicum oſtenderit & miſericordem, ſi quid conſilij dederit, facias & exequaris. Si intellexerit & præuiderit talem eſſe languorem tuum, qui in conuentu totius eccleſię exponi debeat & curari, ex quo fortaſſis & cæteri ædificari poterunt, & tu ipſe facile ſanari: multa hoc deliberatione & ſatis periti illius

Homil. 2. ſuper Pſalmum. 37.

medici conſilio procurandum eſt. Verba hæc diligenter conſiderate chariſſimi, & agnoſcite uſum eccleſiæ antiquiſſimum, temporibus apoſtolorum ꝓximum. ſiquidem hic ille Origenes ante mille & trecentos annos uixit, atq; is docet nō deo tantum eſſe confitendum, ſed homini prudenti & perito: neque id in communi tantum, ſed oportet ſingulatim morbi cauſam detegere. Atq; ea iam confeſſio eſt priuata, ubi demum pro cōfeſſoris conſilio inſtitui debet confeſſio publica, præmiſſa tamen deliberatione. At Lutherus illotis ſimul manibus & pedibus irruit, uolens adigere omnes ad confeſſionem publicam, quū ipſe interim nec priuatim nec publice confiteatur.

Pij autem homines & obedientes filij ſanctæ matris eccleſiæ, peccata ſua humiliter & integre confitentur, unde miſericordiam conſequantur & gratiam inueniant in hac uita, in futura autē gloriam ſempiternam. utranque nobis largiri dignetur, qui eſt in ſecula benedictus. Amen.

HOMILIA XLII. DE CONfeſſione ſacramentali, quomodo ea ipſa ſit in ſacris literis fundata.

Confitemini alterutrum peccata ueſtra. Iacobi V.

SImul atque ab initio diximus, fratres chariſſimi, tres eſſe pœnitentiæ partes, contritionem, confeſſionem & ſatisfactionem: de contritione iam interna diximus, quomodo confitens concipe-

re debeat odium peccati commiſſi, quo offendit deum, neque propoſitum habeat peccandi, ſiquidem omne impedimentum gratiæ diuinæ oportet hominem pœnitentem deponere ſimul & occaſionē peccandi: de confeſſione quoque uarios indicauimus uſus, quibus iam partim ſermonis, de priuata tantum confeſſione animus eſt differere: & quanuis neochriſtiani atque qui eorum adhærent ſectæ, turpiter & ridicule eam uocant auricularem ac phariſaicam, nos tamen in honorem ſacramenti & ſpiritusſancti pro decoro atque dignitate illam appellabimus catholicam & Chriſtianam. Quia autem hæc ab hoſtibus eccleſiæ magis impugnatur, eo quod non latet omis probitatis & uirtutis inimicum diabolum, quantum damni ſibi ab hac confeſſione accedat, inſtituti nunc noſtri eſt ex ſcripturis biblicis eam confirmare.

1. Primum itaque omnium ex iure diuino inſtitutam & uſurpatam eſſe in eccleſia confeſſionem, imò & ab ipſo Chriſto præſcriptam, ex eo conſtat, quod ille pœnitentiæ ſacramentum ordinauit in die ſancto paſchæ, quando apparuit diſcipulis, & exufflādo dixit ad illos: Accipite ſpiritumſanctum, q̄rum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. Ecce quomodo Chriſtus apoſtolis ſuis eorumq́ ſucceſſoribus poteſtatem dedit remittendi peccata atque retinendi, neutrum autem facere poteſt ſacerdos, ſi neſciat antè rationem delicti. niſi enim cōfitens ipſe ſingula oſtendat peccata, q̄ pacto diſcernere poterit ſacerdos inter ea q̄ remittenda ſunt aut reſeruāda? proinde pulcherrime locū hunc excuſſit B. Auguſtinus, dicens: Agite pœniten-

Confeſſio probatur iure diuino.

Johan. 20.

C. de pœnit. diſt. 1.

tiam qualis agitur in eccleſia, ut oret pro uobis eccleſia, nemo dicat ſibi, in occulto ago, apud deum ago, nouit deus qui mihi ignoſcit quæ in corde ago. Ergo ſine cauſa dictum eſt, quæ ſolueris in terra, erunt & ſoluta in cælo? ergo ſine cauſa claues datæ ſunt eccleſiæ dei, fruſtramus euãgelium dei, fruſtramus uerbum Chriſti, promittimus uobis quod ille negat,
Gregori⁹. nonne uos decipimus? Confirmat idem Gregorius, quum ait dominium ſummi iudicij ſacerdotib⁹ eſſe commiſſum, qui loco dei quibuſdam peccata retinent, alijs remittunt. Ratio hæc multis inducitur tomo ſecundo, cum pleriſque alijs ad pœnitentiam pertinentibus, quæ hic breuitatis ſtudio reticemus. Vnius ſolum admonendi eſtis, ut recogitetis quàm præclare à Chriſto promiſſæ ſint claues, & quanta cum maieſtate traditæ. primum enim eas promiſit ille Pe-
Mat. 16. tro, inquiens: Ego dico tibi, tu es Petrus, & ſuper hãc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Tibi dabo claues regni cælorum. quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cælis: & quæcunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis. Ecce quàm magnifi-
Claues promiſſę ⁊ datę. cis uerbis clauium illarum poteſtatem promiſit Petro, dicens: Ego quem tu profiteris filium dei, dico tibi: Ego inquam q ſum ueritas ipſa, nec poſſum fallere, dico tibi, ne quid ergo dubites, tu es Petrus, ſup hanc petrã ædificabo eccleſiam meã, eam ego defendam ab omni inſultu etiam infernali, atq; hanc ſtructurã trado, en tibi munus præclarũ & illuſtre, claues regni cælorum, quibus fretus claudere poſſis & reſerare hic in terris, quæ ſic rata futura ſunt in cælis. Et quãuis tam exactè dominus claues promiſit Petro,

admirationem tamen inuehit quod eaſdem denuo deinde omnibus eſt pollicitus apoſtolis. Summum autem eſt quod hic mirari occurrit, dominum tanta cum maieſtate claues illas tradidiſſe apoſtolis in die Paſchæ poſt ſuam glorioſiſſimam reſurrectionem, quando exufflando dixit ad illos: Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata. ut præmonſtraret, quantum donum eſſet eis collaturus, prius exufflauit in eos, & inde tradidit ſpiritũ ſanctum ſpiritu oris ſui. Qua propter hæc ipſa clauium poteſtas, magnus utique & precioſiſſimus eſt eccleſiæ theſaurus.

Mat.18.

Joan.20.

2. Neque uero parum roboris & confirmationis accedit confeſſioni ex eo, quod inquit in canonica ſua Iacobus: Confitemini alterutrũ peccata ueſtra, & orate pro inuicem ut ſaluemini. Quibus ille uerbis principio confeſſionem præcipit loco dei. ad dit cui ſit confitendum, non ſoli utiq; deo, ut iſti uolunt, non angelis, ſed uult hominem homini confiteri: & quanuis exacte perſonã non exprimit apoſtolus, tamen ex euangelio ſatis conſtat, cuinam tradiderit dominus poteſtatem clauium. Subiungit piam ſanctamq; Chriſtianorũ conſuetudinem, ut confeſſor & confitens pro inuicem orent, ſicut idipſum boni ſacerdotes in continuo habent uſu, ut peracta confeſſione alter alteri dicat: Oremus pro inuicem. Reperias etiam multos pios & deuotos confeſſores, qui iuxta hanc doctrinam apoſtoli ſedulo orãt pro ijs, quorum aliquando confeſſionem audierũt.

Jacobi.5.

Confitemini alterut.

Joan.20.

Et quanuis Lutherus & Oecolampadius hæc Iacobi uerba referunt ad confeſſionẽ fraternam, quũ alter alteri mutua fretus amicitia, peccatũ ſuũ mani-

ſeſtat, conſilium ab eo petens & conſolationem, tam in laicis quàm ſacerdotibus, hoc tamē fingit uterq; ex proprio animo, citra ſcripturarū teſtimoniū, præter rationem, quare nihil fidei dandum eſt iſtiuſmodi ſomnijs. Magis admirandus eſt Ambroſius, qui à ſpiritu ſancto edoctus & illuminatus, dicit libro primo de pœnit. ca. 2 dominus par ius & ſoluendi eſſe uoluit & ligandi, quod utrunq; pari conditione permiſit. Et inde ius hoc ſolis permiſſum eſt ſacerdotibus, rectè igitur eccleſia uendicat, quæ ueros ſacerdotes habet. Planè itaq; anile deliramentū eſt, quod Vrbanus Rieger & quidam alij ſcioli diſputatores confeſſorem ſuū iactant alterutrū, & ad laicos quoq; referūt, dummodo poteſtatem hāc etiam mulierculis tribuerent. nam & illæ ut ſunt procaces & petulantes, illam ſibi autoritatē facile arrogarent, ut liceret eis audire confeſſionem.

Ambroſ.

Lubens hic obmitto, quod quidā doctores aiunt Iacobū hic præcepiſſe cōfeſſionem, nō dico inſtituiſſe, quoniā ſolus Chriſtus euangelica inſtituit ſacramenta, ſed hoc uolo, quòd Iacobus tāquā unus ex apoſtolis Chriſti, confeſſionem in pœnitentia à Chriſto inſtitutā, promulgauit & adnūciauit uniuerſæ eccleſię. Ponderant ergo hic doctores illud, quod ea quæ ſimul uno contextu denunciātur, æqualiter ligāt. iam uero apoſtolus uno perpetuo textu extremā unctionē cōiungit cū confeſſione: itaq; ſicut unctionē præcepit, ita pariter intelligēdū eſt eū præcepiſſe cōfeſſionem peccatori illi qſperat iuſtificationē, iuxta illud Chryſoſtomi: Nō poteſt qſq̄ gratiā dei accipere, niſi purgatus fuerit p confeſſionem ab omni peccato.

Chryſoſt.

3. Præterea ſi latius euoluamus ſacras literas, ui-

debimus confeſſioni eccleſiaſticæ ſuffragari etiam il lud,quod Lucas habet in Actis apoſtolorum,quoniam prædicante Paulo Epheſiis,multi uenerunt confiten tes & adnunciantes facta ſua.confeſſionem hanc Cy prianus & Gregorius non aliam intelligunt, niſi hãc ipſam qua utit eccleſia.id ita eſſe teſtatur idioma linguę Græcę,in qua Lucam ſcripſiſſe certum eſt.ibi eñ legitur ἐξομολογούμενοι,quod nobis ſonat cõfitentes,ſic ut & ἐξομολόγησιν confeſſionem,ut affirmãt etiam doctores Latini Cyprian⁹ & Tertullian⁹. Atq; idipſum præcedentia ſimul & ſequentia uerba confirmant,ſiquidem ibi Lucas ait timorem irruiſſe ſuper omnes, ipſosq; laudaſſe nomen Ieſu. nos autem iam ante in quadam homilia docuimus, timorem eſſe initiũ pœnitentiæ,unde collectu facile eſt,q̃ & timor eos com puleri ad pœnitentiam. Accedit huic ſenſui teſtimo nium & ex uerbis ſequentibus quũ dicit Lucas: Multi ex eis qui fuerant curioſa ſectati, contulerũt libros & combuſſerunt eos coram omnibus,edocti utique idipſum in confeſſione.ubi confeſſor peccatorẽ non abſoluit,niſi iſtiuſmodi uelut inſtrumenta & uniuerſam peccandi abijciat proximam occaſionem:quapropter bonum illud fuit ueræ pœnitentiæ ſignum, quod libros magicos exuſſerunt.

Acta.19. Cyprian⁹.

Actu.19.

In eius rei cõfirmationẽ & adprobationẽ habuerũt illi exemplũ p̃uiũ:nã & Iudæi egreſſi ſunt in deſertũ ad Iohannẽ, & baptizabant ab eo in Iordane flumine,cõfitẽtes peccata ſua.inqt Beda,exemplũ cõfitẽdi peccata ac meliorẽ uitã ꝓmittẽdi dat ei q baptiſma accipere deſiderat,ſicut & p̃dicãte Paulo ĩ Epheſo multi credentiũ ueniebãt cõfitentes & adnũciantes actus ſuos,quatenus abdicata uita ueteri,renouari mererentur in Chriſto.

Marc.1.

Homil. 10. ſuper Mat. Id omne confirmat & Chryſoſtomus, inquiens: Tempus confeſſionis incumbit ijs quoque, qui baptiſma conſequuti ſunt: alijs quidem, ut poſt patentia crimi num uulnera pœnitentia interueniente curentur, & ad ſacra myſteria redire mereãtur: alijs uero, ut eam quam poſt lauacrum cęleſte conceperant maculam diluentes, ad dominicam menſam munda iam conſcientia ſecuraque conueniant.

Confeſſio præfiguratur in ueteri teſta. Hæc tamen confeſſio ſic in eccleſia uſurpata, ſacramentalis non fuit in ueteri teſtamẽto, quia Chriſtus nondum dederat hominibus claues cæli, & inſuper adhuc multa habemus quæ nobis confeſſionem repræſentarunt, ut ea etiam prophetis non omnino fuerit incognita. quod ut paucis abſoluamus, conſtat 1. Cor. 10. Leuit. 13. utique ſacerdotium Moſaicum typum fuiſſe huius noſtri euãgelici. ſicut ergo antiquus ſacerdos iudicium habebat diſcernendi lepram carnalem, ita ſacerdos euãgelicus cognitionẽ habet lepræ ſpiritualis quam cõtrahit anima: id adeo præcepit dominus illi quem iam mundauerat à lepra, ut abiens oſtenderet ſe ſa- Matt. 8. Luc. 17. cerdoti, idem quoque iniunxit alijs decem. non tamen hoc eo dico, quòd affirmem Chriſtum hic inſtituiſſe confeſſionem uel etiam pcepiſſe, ſed quia antiquus ſacerdos typum geſſit huius noui, operæprecium eſt ut ſpiritualis hic ſacerdos & euangelicus ſpiritualiter dignoſcat & iudicet, quod ille antiquus iudicauit corporaliter. lepra autem ſpiritualis quid aliud niſi peccatum eſt?

Confeſſio quoque iſta uocalis in Ioſue demonſtratur, quando enim Achor in furto deprehenſus fuit, expugnata iam ciuitate Hiericho, urgebatur ad faciendam huiuſmodi uocalem confeſſionem, dicẽte ad

eum Ioſue,da gloriam deo,& confitere atque indica mihi quid feceris,ne abſcondas:quilibet enim peccator dum peccati ſui miſeriam manifeſtat atq; deplorat,ut deus de ſua bonitate auferat illud,tunc ſanè miſericordiam eius confitetur & dat gloriam deo.Longum nimis foret oſtendere,quomodo prophetæ ueteris teſtamenti in ſpiritu cognouerint hanc confeſſionem,& tamen ex multis paucula proponemus.Ita enim ait Eſaias:Ego ſum,ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas propter me,& peccatorum tuorũ non recordabor,reduc me in memoriam &iudicemur ſimul,narra ſi quid habes ut iuſtificeris:facit nimirum hoc quilibet peccator dum confitetur.unde & iuſtificatur,& dimittuntur ei peccata ſua.Sapiens quoque non diuerſum ſentit,quum ait:Diligẽter agnoſce uultum pecoris tui,gregesq; tuos conſidera.ibi ſic habet gloſſa,paſtori eccleſię dicitur,diligẽter adhibe curãm eis qbus te pręeſſe cõtigerit,agnoſce animos actusq; ſingulorum, ſi quid uitij in eis inueneris, citius caſtigare memento.Et inde:Qui abſcondit,inquit, ſcelera ſua,non dirigetur:qui autem confeſſus fuerit & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur & inueniet gratiam.Et alius iterum Sapiens dicit:Non confundaris confiteri peccata tua. quanuis ibidem docetur etiam,non cuiuis eſſe confitendum,quum dicitur,ne ſubijcias te omni homini pro peccato. Dauid quoq; pulchrè exclamat: Dixi, hoc eſt, in animo meo mihi propoſui, confitebor aduerſum me iniuſtitiã meam domino,& tu remiſiſti impietatem peccati mei.confitetur ille hoc de homicidio ſuo pariter & adulterio, dicens:Iniquitatem meã ego cognoſco,& peccatum meum contra me eſt ſemper. Ad Nathan quoq; pro-

Ioſ.7. Iſaię 43. Pro.27. Gloſſa. Pro.28. Eccle.4. Pſalm.32. Pſalm.50. 2.Reg.12.

pheram confeſſus eſt,peccaui,inquiēs,in dominum.
Eccle.17. Et Sapiens ait: Ante mortē confitere,à mortuo quaſi nihil perit confeſſio.confiteberis uiuens, quoniam magna miſericordia domini,& propiciatio illius cō-
Leuit.26. uertentibus ad ſe. De filijs quoq; Iſrael graui peccatorum mole onuſtis ait dominus deus,ſi aliq reman ſerint,tabeſcent in iniquitatibus ſuis in terra inimicorum ſuorum,donec confiteantur iniquitates ſuas, & malorum ſuorum recordentur. Hoc eſt quod inquit Iob:Dimittam aduerſum me eloquium meum.
Iob.10. & Salomon,iuſtus principio eſt accuſator ſui. Hæc
Pro.18. non eo induxi,quaſi confeſſio euāgelica fuiſſet in ueteri teſtamento præcepta, ſed ideo,ut antea ,ppoſui, quia ſemper fuerit bona & ſalutaris,interdum quoq;
Iob.15. in ueteri teſtamento uſurpata,& à prophetis in ſpiritu præuiſa atque cognita,iuxta illud Iob: Sapientes confitentur & non abſcondunt patres ſuos,ſ.ſpirituales ſacerdotes.Extende quemcunq; locum & accommoda pro conditione auditoris.Galatinus lib.8.c.8. & lib.10.cap.5.multa ex Hebræis adfert pro confeſſione etiam homini facienda.Nota autem quod ulti
Hunna. mo inducit ex libro dixit Rabi Hunna:Oīs qui tranſgreſſione tranſgreſſus eſt,neceſſe eſt ſingulatim exprimat peccatum . Coronidis loco audiamus quid Iohānes dilectus Chriſti diſcipulus dicat de cō-
1.Iohan.1. feſſione:Si confiteamur peccata noſtra , fidelis eſt & iuſtus,ut remittat nobis peccata noſtra,& emundet nos ab omni iniquitate . Quilibet ergo peccator feſtinet confiteri peccata ſua,ut inde remiſſionem illorum conſequatur & abſolutionem,gratiam quoque impetret coram domino,& poſt hanc uitam æternę gaudia uitæ,Amen.

HOMILIA XLIII. DE TESTImonijs ſanctorum patrum, quod ſemper confeſſio fuerit in eccleſia.

Confitemini alterutrum peccata ueſtra. Iacobi quinto.

QVando in ſuperioribus docuimus ex ſcripturis biblicis, euangelicam hanc confeſſionem neceſſariam eſſe omnibus qui uere cupiũt agere pœnitentiam: perſpicuum autem eſt, quomodo aduerſarij fidei & eccleſiæ, falſis gloſſematis & intelligẽtia peruerſa corrumpere conantur: reliquum eſt auxiliante dei gratia oſtendere, quomodo ille quem docuimus, ſcripturarum ſenſus integer ſit & uere ſolidus, ſpirituiſancto, à quo omnis ſcriptura promanat, conformis, ex eo fundamento quod & in iure uſurpari ſolet, quod conſuetudo optima ſit legum interpres: ita conſtans eccleſiæ conſuetudo obtinuit, ut hic ſcripturarum intellectus ſit uerus, atq; ab omnibus ſanctiſſimis doctiſſimisq; patribus uelut uno ore confirmatus, quæ quomodo non ſatisfaciant ob ſecro cuique, quem non Luciferiana obſedit ſuperbia, ut ſic eiuſmodi confeſſione uocali ſe totum deo aperiat coram ſacerdote? Et quanuis hæc omnia prolixe per nos ſunt tractata lib.2. de pœnitentia, tamen ne huic loco nonnihil deeſſe uideatur, ex multis optima delegimus, & ijs plura adiunximus quæ ibi erant obmiſſa. Confeſſio probatur ex patrib⁹.

1. Primusq; hic nobis teſtis adeſt b. Auguſtinus, dicens: Confitere quęcunq; feciſti, q̃ in uerbo, q̃ in ope, Auguſtin.

quæ in nocte, quæ in die, confitere in tempore opportuno, & in die ſalutis recipies cęleſtē theſaurum.
De ver. domini. Alibi quoq; ſic ait: Cognoſce te infirmum, cognoſce te hominem, cognoſce te peccatorem, apparet in cōfeſſione tua macula cordis tui, & pertinebis ad gregem Chriſti, quia confeſſio peccatorum inuitat medicum ad ſanandum. Idem in libro de poenitentia in
De pœnitentia. hæc uerba loq̃: Qui cōfiteri uult peccata, ut inueniat gratiam, quærat ſacerdotem ſciētem ligare & ſoluere, ne quum negligens circa ſe extiterit, negligatur
Leo. ab illo qui eum miſericorditer monet & petit. Leo etiam hoc docet, inquiens: Sufficit confeſſio quæ primum deo offertur, deinde ſacerdoti, qui pro delictis poenitentium precator accedit. tunc enim plures poterunt ad poenitentiam prouocari, ſi populi auribus non publicetur conſcientia confitentis: quia ſicut publica noxa publico eget remedio, ita occulta ſecreta confeſſione & occulta ſatisfactione purgātur. In ea-
Gregori⁹. dem quoq; ſentētia eſt b. Gregorius quum dicit: Non uult deus ulciſci malitiam, qui cōfiteri delicta ſuadet, optat diſſolui confitentes, ne contumaces punire cogatur. quotidie Chriſti euangelium clemēter uocat, confeſſionem tyranni ex puro corde deſiderat, & cūcta quę delinquimus clementer relaxat. Non abludit
Beda. hinc quod ait Beda: Conueniēs eſt, ut nos qui peccando deo contumaces fuimus, poenitendo ſupplices ſacerdotibus & miniſtris eius ſimus: & homo q ad gratiam conſeruandam mediatore eguit, iam eam niſi ꝑ mediatorem habere non poſſit. (induc tu adhortationem & applicationem cuiuſlibet autoritatis. non eſt neceſſe ut oīa tibi digerā in minutias, adhibe & tu ingeniū tuū ſecundū exigentiā materiæ & auditoꝝ.)

2. Sed horret aliquis & formidat confiteri quod commiſit, ideoq́ plura requirit teſtimonia, ea requi rat is ex lib. 2. de pœnitentia, & tamen audiat inte rim Auguſtinum ſic dicentem: Sunt quidam qui ſufficere ſibi ad ſalutem autumant, ſi ſoli deo, cui nihil eſt occultum, quem nullius conſcientia latet, ſua con fiteantur crimina. nolunt enim aut erubeſcunt, ſiue dedignantur ſe oſtendere ſacerdotibus, quos tamen inter lepram & lepram diſcernere per legiſlatorem conſtituit dominus. Sed nolo ut illa decipiaris opinione, quatenus confundaris confiteri coram domi ni uicario, tabeſcens præ rubore, uel ceruicoſus præ indignatione. Nam ipſius humiliter ſubeundum eſt iudicium, quem dominus non dedignatur ſibi uicari um. Ergo ad te uenire roges ſacerdotē, & fac ipſum conſcientiarum tuarum penitus participem: non te ſeducat ſuperbientium illa ſuperſtitio, quæ in uiſitan do cōfirmat, quia ſaluat ſacerdote incōſulto ad deum peccatorum confeſſio. Inducit ſuper hæc locum Iacobi, Confitemini alterutrū peccata ueſtra. Et adhuc prophano & blaſphemo ore audebunt neochriſtiani oblatrare aduerſus tam apertiſſimum de con feſſione teſtimonium, ſicut obſeruatum etiam fuit temporibus Auguſtini? Li. 2. de uiſit. infir cap. 4.

Inſuper Chryſoſtomus quoq; de baptiſmo Iohā nis differens, multa habet de confeſſiōe, & inter cęte ra dicit: Quia ipſum erubeſcere pœna eſt grauis, ideo iubet nos deus confiteri peccata noſtra, ut uerecūdiam patiamur pro pœna, nam & hoc ipſum pars iudicij eſt. Sed & Hieronymus idipſum apertiſſime teſtat, adeo ut mihi mirum fiat, quomodo tam temera rij eſſe queant iſti, qui præſumunt rem certiſſimam Homil. 9. ſuper Mat. Super Eccle.

Z

infringere, ita enim inquit Hieronymus: Si quem ſerpens diabolus occulte momorderit, & nullo cõſcio eum peccati ueneno infecerit: ſi tacuerit qui percuſſus eſt, & non egerit pœnitentiam, nec uulnus ſuum fratri & magiſtro confiteri uoluerit, magiſter qui habet linguam ad curandum, facile ei prodeſſe non poterit. ſi enim erubeſcat ægrotus uulnus ſuum medi-
1.Iohan.1. co confiteri, quod ignorat medicina, non curat. Quid habet quod hic obganniat neochriſtianus? nũ illud, quòd à ſerpente demorſus non ſit? imò ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt.

Atq; adhuc ad magiſtrũ uenire cõtemnũt, ideoq; ægrotabunt perpetuo. Deus modo eis mentem aliquando det meliorem, ut agnoſcant quæ commiſerunt.

5. Dies hic citius deficeret, quàm omnes ſanctorum patrum de confeſſione ſententias liceret commemorare, & tamen non decet omnes quæ ſuper-
Lib.5.ſuper.Leui. ſunt obmittere. Venio ergo ad Origenem, (quanuis alij allegant Cyrillum, ſed falluntur titulo) is ſic inquit: Eſt aliquod in hoc mirabile ſecretum, quòd iubet pronunciare peccatum. etenim cuiuſuis generis pronuncianda ſunt, & in publicum proferenda cuncta quæ gerimus, ſi quid in occulto gerimus, ſi quid in ſermone ſolo, uel etiam intra cogitationũ ſecreta commiſimus, cuncta neceſſe eſt publicari, cuncta ꝓferri, ꝓferri autẽ à nobis, aut ab illo, q & accuſator peccati eſt, & incẽtor. En quomodo proferri oĩa oportet, neq; ſatis eſt idolo ligneo cõfiteri: ſiqdẽ Origenes tẽporibus apoſtolorũ proximus, nõ ignorauit confeſſionem quoq; ab apoſtolis ꝓmanaſſe.

Volens prætermitto Baſilium, qui tametſi ex ueteribus manifeſtiſſime aſſeruit confeſſionem, tñ q̃a nimiũ immorari non licet, ideo accedo ad Cyprianum martyrem illum longe celeberrimum, qui quũ ſæpe meminerit confeſſionis, ſua etiam propria & Græca appellatione exomologeſin uocans, tum uero de ea præclare loquitur ſermone 5. de lapſis, ubi loquẽs de ijs qui ſolo animo & cogitatione à fide fuerant lapſi, ſic dicit: Hi quanuis nullo ſacrificij aut libelli facinore ſunt conſtricti, quoniam tamen de hoc uel cogitarũt, hoc ipſum apud ſacerdotes dei dolenter & ſimpliciter confiteantur, exomologeſin conſcientiæ ſuę faciant, animi ſui pondus exponant, ſalutarem medelam paruis licet & modicis uulneribus exquirant. Et inde: Confiteanĩ ſinguli quæſo uos fratres delictum ſuum, dum adhuc qui deliquit, in ſeculo eſt, dum admitti confeſſio eius poteſt, dum ſatisfactio & remiſſio facta per ſacerdotes, apud dominum grata eſt. Verba hæc Cypriani ſibi quiſque credat eſſe dicta, modo nolit peccatis ſuis confeſſione carens æternam ſibi accerſere damnationem. Ex innumera doctorum, quos in libro de pœnitentia induxi pro confeſſione, turba, lubet ſolum adhuc autoritate & uerbis uti ſ. Dionyſii, qui diſcipulus fuit Pauli apoſtoli, quo plus fidei tribuitur illi à doctoribus omnibus, ut certum credatur, eum quicquid ſcripſit, id omne ab apoſtolis & diſcipulis CHRISTI uidiſſe, aut certe ex Paulo audiuiſſe, hic ſane ad Demophilum ſic ſcribit: Tu uero ut literæ tuæ indicant, procidentem ſacerdoti impium (ut ais) atque peccatorem, neſcio quo pacto contra diſciplinæ ordinem aſtans calce abieciſti, quum ille quidem uerecunde;

Baſil.

Cyprian⁹.

Dionyſi⁹.

quod oportuit, fateretur ſe ad peccatorum remedia quærenda ueniſſe, neque exhorruiſti inſuper & ſacerdotem optimum lacerare côuicijs, miſerabilem eum dicens, qui pœnitentem atque impium iuſtificaſſet. Ecce quomodo temporibus apoſtolorum moris fuit, ut is qui confiteri uolebat, procideret & procumberet ad genua coram ſacerdote. Vbi obſeruandum eſt, inſolentem iſtum monachum Demophilum, aduerſus diſciplinam eccleſiaſticam nimium appropinquaſſe ad confitentem, unde ſatis liquet, illum tacite fuiſſe confeſſum. Atque in hunc etiam diem curandum eſt, ne nimis prope ad alicuius confeſſionem accedatur. Præterea notatu dignum eſt, quod etiam apoſtolorum temporibus ſacerdos confitentem iuſtificauit, hoc eſt, quod poteſtate clauiũ abſoluit eũ. quapropter nemo Chriſtianus q̃ magni facit animæ ſuæ ſalutem, tam omnino non uilipendere aut contemnere debet confeſſionem.

4. Quid igitur aliud hinc neceſſario ſequitur, niſi quod cuique Chriſtiano huiuſmodi occulta & ſacramentalis confeſſio coram ſacerdote eſt facienda, ſemperq́; habita fuit in uſu eccleſiæ? Vt autem aliquanto diutius hic immoremur, ſuperſunt aliquot errores confutandi, quos Lutherus propoſuit priuſquam totus in hæreſi eſſet demerſus, uniuerſam ſemel abolens confeſſionẽ. docuit enim principio, peccata uenialia nullo modo eſſe confitenda. Erroneum hoc eſt & Chriſtiano homine indignum: quanuis enim nemo tenetur peccata confiteri uenialia, id tamen facere nemini prohibitum eſt, imò ſi quis faciat, male non facit, ſed utiliter & è re atque ſalute animæ ſuæ, maxime ſi confiteatur communiora & quæ

Venialia cõfitenda.

melius nouit, quoniam peccata uenialia hominem uelut dirigunt & præparant ad peccatum mortale. id facilius præuenies, ſi illa frequentius confitearis: ſiquidem qui ſpineta uitat, totam quoq; ſyluam melius effugiet. unde & Auguſtinus ait: Illa peccata, quę quamuis parua, humanæ tamē fragilitati crebra ſubrepūt, ſi quaſi collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt & opprimẽt, ſicut unum aliquod graue delictum. (intellige hoc diſpoſitiue, uel quòd nimis placeat, aut inducat contemptum, iuxta illud Auguſtini: Nullum peccatum eſt adeo ueniale, quin fiat mortale dum placet.) quumq; peccata etiam uenialia multum ſint periculoſa & grauiter offendentia, quid uetat quo minus aliquis ea confiteatur? quum tamen claues ſacerdotales non minus, imò fortius deleant uenialia quàm mortalia peccata? Accedit quod in commune dixit dominus, Cuicunque remiſeritis peccata, non diſcernens inter uenialia. Exemplo nobis eſt ipſe Auguſtinus, qui in libro confeſſionis ſuę multa confitetur uenialia peccata. Atque hoc etiam conſtat, quia quo quis magis eſt pius bonæq; conſcientiæ, eo plus compellitur ad cōfitendā etiam uenialia peccata: ſimilis enim conſcientia eſt panno alicui lineo; qui ſi fuerit craſſus canabeus, nō facile in eo paruos puluiſculos conſpicies: ſin autem ſit tenuis albus & ſubtilis, etiam minutiſſimum in eo puluerem cernes: ſic quoque corda puriora facile labem aliquam agnoſcere poſſunt peccati uenialis, ex qua appareat eis perturbatus ordo piæ ſanctæq; cōuerſationis: ſed homo aliquis rudis & crudus mundi ſectator, non facile comperiet huiuſmodi minutula: ſiquidem tantopere premitur à grauiſſimis malis, ut leuiuſcula

[Margin: Lib. de pœnitentia. — Diſ. 25. crimninis. — Iohan 20. Auguſt.]

iſta non animaduertat. Et hocipſum ſane eſt, ꝙ uirgines ueſtales interdum tam prolixam faciunt confeſſionem, neque ob id ueniunt in calumniam ſapiendæ, ut à pleriſq; dyſcolis attentatur, ſed quia teneriorem habent conſcientiam, in qua etiam uenialia deprehendunt peccata, quæ ſic per confeſſionem declinant & extinguūt.

Alius eſt error Lutheri, contendentis peccatorem non teneri ut omnia confiteatur etiam mortalia peccata, ait enim, fieri non poſſe ut quis omnia cognoſcat mortalia, iuxta illud prophetę, Delicta quis intelligit: ab occultis meis munda me. unde impie docuit iſte & ad perniciem animarum, peccata manifeſta omnia confitenda eſſe ſacerdoti, reliqua tātum deo: atque ſic aliud ex alio deduxit eo uſque, ut iam neochriſtiani plane nihil confiteantur. Meminerit autem catholicus profeſſionis fideiq; ſuæ, recolat quid ſit Chriſtiano homine dignum, fugiat quicquid huiuſmodi ſapit errorem. nam hoc quidem uerum eſt, quod nemo tenetur oblita cōfiteri peccata, quę poſt diligentem recogitationem non uenerunt alicui in memoriam, ſed ibi ſatis eſt, quod in concluſione rerum ſe profitetur omnium etiam oblitorum peccatorum. quicquid adhuc ſupereſt, quod quis peccauit in occulto ſiue cogitatione ſiue uerbis, neque memoria eſt elapſum, id ſane omne tenetur confiteri, iuxta doctrinam & autoritates ſanctorum patrum, quas ſupra induximus. Manifeſtum enim eſt quod ait Cyrillus: Cūcta quæ geſta ſunt quantumuis occulte, ſiue opere ſiue ſermone aut cogitatione, referanda ſunt, ſi nolint in extremo iudicio per diabolum ea referari. Impietas enim eſt (ut inquit Auguſtinus) infideli-

Pſalm. 18.

Peccata manifeſta confitenda.

Cyrillus.

Auguſtin.

tatis, ab eo qui iuſtus eſt & ipſa iuſtitia, dimidiam ſpe- Hierony.
rare ueniam. Inſuper & Hieronymus idem affirmat,
dicens: Anathema ſit, à deo dimidiã ſperare ueniam.
Et alibi manifeſte adſerit, regẽ Ezechiam ideo à deo
tam acriter eſſe punitum, quòd non omnia ſua pec-
cata in lege ſit confeſſus.

Hinc quis non uideat quàm ſit impia Lutheri do- Super Iſaię.39.
ctrina, quæ habet, nos ſi integre conemur omnia cõ-
fiteri, nihil aliud facere, niſi quod miſericordiæ diui-
næ nihil uelimus facere reliquum quod nobis dimit
tat. ſibilus hic nimirum eſt ſerpentis, qui nos ſeducce-
re nititur. nam etſi omnia confeſſi fuerimus, hæc ta
men omnia diuinæ bonitati & clementiæ relinqui-
mus dimittẽda, deinde adhuc ultra ea quæ fuerimus
confeſſi, ſatis adhuc ſupereſt quod dimittat deus in
peccatis oblitis. Præterea conſtat, dominum expo-
ſtulaturum à nobis rationem de quolibet uerbo oci Mat.12.
oſo: ſiquidem iudicem ſuſtinebimus iuſtum & ri- Luce.19.
gidum.

Quid quod uniuerſum illud Lutheri fundamen
tum, nullum eſt: quia quicquid confitemur, id omne
diuinæ miſericordiæ relinquimus dimittendum: q̃d Thre.2.
autem non confitemur, diuinæ iuſtitiæ reſeruatur
puniendum, ne igitur obſequamur erroribus Luthe
ri, ſed potius ſpiritui ſancto, qui per prophetam aliud Hieremi. Thre.2.
nos docuit, dicentem: Effunde ſicut aquã cor tuum
ante conſpectum domini. Sed & Hieronymus ait: Hierony.
agnoſco immẽſam meam miſeriam, ideo infinitam
dei peto miſericordiã. Sequitur inde, quomodo eua-
ſio Lutheri qua nititur effugere, nulla ſit, primũ eñi
anteq̃ rem totã in hunc deformem ſtatum pduceret,
admodũ lente procedebat, ſcribens manifeſta tãtum

modo peccata eſſe confitenda, quod quum ei expro brareτur, gloſſam cōfinxit huiuſmodi, quod manifeſta peccata non ea uocaret, quæ non eſſent occulta, ſed quæ certo conſtent eſſe peccata, & de quibus dubium non ſit. Errorem hunc eo uſq; perduxit, ut ſui iam ſectatores nec manifeſta confiteantur peccata, neque occulta. Ineptū autem & falſum eſt hoc ipſum Lutheri propoſitum, etiamſi in eo perſtitiſſet, quanuis pro ſua inconſtantia nō perſeuerauit. nam quum alicui non conſtat, fecerit ne huiuſmodi peccatum aut non, & ſi fecit, ueniale ſit an mortale, adhuc tantum tenetur idipſum confiteri. tunc enim adripit ſacerdos claues ſcientiæ, ut ſic pro poteſtate ſua dijudi care queat inter lepram & non lepram: quoniam in ueteri quoq; teſtamento quando conſtabat de lepra alicuius, nō magnopere opus erat arduo iudicio, ſed in dubijs tantum penes ſacerdotes erat iudicium: ita quoq; quum confitens dubitat de aliquo, ſit ne pecca tum an non, debet idipſum confiteri, ut ex iudicio ſacerdotis certior fiat. alias certo ſuccedit hæc regula doctorum: quiſquis ſe exponit periculo peccati mortalis, peccatum facit mortale. Conſonat illud ſapientis: Qui amat periculum, peribit in illo. Id ne faciat, ſedulo cauebit omnis catholicus, pœnitentiam agēs & confitens, ſicq; in tali pœnitentia & gratia dei moriturus feliciter, ut à deo tandem æternam percipiat remunerationem, Amen.

Dubia cōfiteri.

HOMILIA QVADRAGESImaquarta, de proprietatibus confeſſionis.

Confitemini alterutrum peccata ueſtra, Iacobi V.

Et ſi inſtituti noſtri non ſit, totam illam pœnitentiæ & confeſſionis materiam ab ipſis inde radicibus funditus repetere, ſed errores tantũ neochriſtianorum oſtendere & confutare, ne inde offendantur catholici: ut tamen ſimplices certum quid habeant de confeſſione, q̃ poterimus breuiſſime, cõfeſſionis etiam conditiones explicabimus. quia enim iam audiuimus ſacramentalem hãc confeſſionem à Chriſto eſſe inſtitutã, nosq́ teneri de iure diuino ad confitendũ, idq́ ſecreto alicui ſacerdoti loco dei conſtituto, reliquum eſt nunc dicere, qualem oportet eſſe confeſſionem.

1. Principio decet, ut ſit confeſſio prius frequenti & diligenti deliberatione põderata & recogitata. quilibet enim ante cõfeſſionem ſuam accurate euoluere debet librum ſuæ conſcientiæ, atq; in eo peccata ſua recolere, ut poſſit illam coram ſacerdote facilius commemorare: ſiquidem cõfiteri nihil aliud eſt, q̃ deo rationem uitæ ſuæ reddere. Quapropter Chriſtus ipſe ſe domino comparat, qui uoluit rationẽ põnere cum ſeruis ſuis. Videmus autem q̃ curioſe mercatores & negociatores omnes omnia ad calculum uocent, quoties ſupputent, ne alicubi fallantur. quanto diligentius oportet peccatorem debitorum ſuorũ catalogum euoluere, ut ſic plenam faciat de peccatis rationem in confeſſione? præmeditationem huiuſmodi confeſſionis docuit nos exemplo ſuo Dauid quum ait: Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meã domino, & tu remiſiſti impietatẽ peccati mei. Dixi, inquit, hoc eſt, meditatus ſum & propoſui mihi ut cõfiterer. Alibi quoq; ſic dicit: Iniquitatem meam adnunciabo, & cogitabo pro peccato meo Faci-

Matt. 18.
Deliberatio in confeſſione.
Pſalm. 31.
Pſal. 37.

at hoc omnis peccator, & circūſpiciat undiq; diligenter recolens ſeipſum, & euoluens totum quid peccarit. nam ſi quiſq; tanto ſtudio meminit eorū quę alicui credidit, temporalis lucri gratia, quanto ſtudioſius in rem & ſalutem animæ ſuæ elaborare debebit,
Matt 16. quæ ex confeſſione pendet, dicente domino: Quid prodeſt homini ſi uniuerſum mundum lucretur, animæ uero ſuæ detrimētum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua?

Quæres, quantam oportet eſſe hāc diligentiam? profecto ea non debet eſſe nimis anxia & moroſa, quia talis faſtidium & nauſeam ingerit confeſſionis, atq; irrequietam facit conſcientiā, ſicut in uelatis religioſis plerunq; fieri ſolet. & in huiuſmodi caſu norunt confeſſores q̄d agere debeāt ex Bernardo, Gerſone & aliis. Sed neq; nimis ignauam & negligētem eſſe oportet, qualis eſt Thraſonū quorundam, quos piget etiam horulam unicam in hanc rem colloca-
Lucę. 19. re. Verum talis eſſe debet diligentia, qualem quis ad-
Mat. 9. hiberet in re maxime ſeria, & ſic tranquilla reddenda eſt conſcientia & pacanda.

Atqui res non ludicra eſt confeſſio, qua peccata abiiciuntur & animarum ſalus acquiritur: quoniam hæc ſunt tanta, ob quę dei filius factus eſt homo, deſcendens de cęlo, crucifixus & mortuus. (extende cū
Matt. 24. allegationibus, ut noſti.) Propterea angelos quoq; & ſanctos colliget de cælo, homines ex pulueribus terræ, dæmones ab inferis in die nouiſſimo: quod ſi res hæc eſt tanta, & in ea tantum momenti hominibus, quis non ſummam impendat diligētiam? Quis
Eſaię. 38. non imitetur Ezechiam dicentem, Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ? ita

enim & deus nobis præcepit per prophetã, Vide uias tuas in conualle; ſcito quid feceris. Aut quidnam eſt uallis, niſi conſcientia & memoria cordis tui? ideo dicit ibidem, Scito & uide, quia malum & amarũ eſt, reliquiſſe te dominum deum tuum, & non eſſe timorem eius apud te. Hiere. 2.

2. Dicas adhuc, impoſſibile eſſe tibi ut peccata confitearis omnia: ſiquidem aliquorum ſis oblitus, ita ut non poſſis recogitare amplius.

Audi, peccata oblita & occulta de quibus nõ conſtat, nemo tenetur confiteri niſi in communi, quãdo in fine dicit confitens, reum profiteor me omnium peccatorum oblitorum & occultorum, quæcunque admiſi opere uel obmiſſione: quiſque tamen diligentiam omnẽ ſedulo debet impẽdere, an peccata oblita queat ad memoriam reuocare, id quomodo quis facere poſſit & debeat, pulchre inſinuant doctores hoc pacto. Ordo confeſſionis.

1. Vt penes tempus aliquis peccata recogitet, ut quid poſt feſta paſchę, pẽtecoſtes, Iohannis &c. egerit, & ſic ab uno feſto ad aliud, quo modo facile reducet ad memoriã peccata alioquin latentia & oblita.

2. Proponat quis ob oculos ſibi conditionem ſuam & uitæ ſtatum, omnemq́; occupationem & negocia ſui artificij uel ſtatus, an ibi quoq; commiſerit aliquid quod ſit confeſſione dignum.

3. Loca etiam ſibi pingat ante oculos, in quibus ſit conuerſatus, quid ubique fecerit: nam & inde nonnihil accedet memoriæ peccatorum.

4. Perſonas inſuper commemoret, quibus cum ſedulo uerſatus eſt: inde meminerit quid cum ſingulis geſſerit.

5. Ponderet illa peccata diligentius, quibus ſe ſentit magis obnoxium, puta luxuriam, ebrietatem, fraudem, calumniam, ſuperbiam, & id genus alia.

6. Sic autem apud ſe inſtituat confeſſionem, ꝓcedat in recogitatione peccatorum per ordinem decem præceptorum decalogi, tranſiens ab alio ad aliud: ſimiliter in ſeptem peccatis capitalibus & quinq; ſenſibus. Eodem plane ordine confiteatur etiam ſingula, ſicut ante ſecum ipſe commemorauit. ita enim fiet ut & nihil obmittat, & minus aberret.

7. Facilis eſſet peccatorum recogitatio crebra confeſſio, ut ſi quis confiteatur ſingulis feſtiuitatibus maioribus Chriſti & beatæ uirginis. frequens enim cõfeſſio animam purgat, auget gratiam, diſtinctam & exactam peccatorum cogitationem præbet homini. Amariuſcula quidem res uidetur eſſe cõfeſſio, propter ſuperbiam noſtrã, & quia non libenter ipſi nos reos ſcelerum noſtrorum profitemur. ita inuenias qui etiamſi ſępe confiteantur, nunquam tamen aſſueſcunt, inſtar lapidis, quẽ etſi millies ſurſum uerſus iacias, tamẽ aſſueſcet nũquam, ut proprio motu & per ſe aliquando ſurſum moueatur.

Duo tamen hic ſunt obſeruanda ſecundum doctrinam Gerſonis: Alterum, quod in recogitatione peccatorum homo nõ debet nimis anxie eruere, uel nimium diu immorari, maxime in cogitatione peccati carnalis, iræ aut odij: quia ſic facile noua poſſet exoriri tentatio, qua quis ſeipſum denuo prouocaret ad uoluptatem turpem aut iram, ſicut eadem quoq; peccata modeſte & honeſte ſunt confitenda, ita tamen, ut inde ſatis intelligat confeſſor genus & grauitatem delicti. Alterum hoc eſt, ut confeſſurus ſibi

proponat in animo ſuo, ſe omnia peccata uelle pro uiribus confiteri, atque ſi à confeſſore ſuper aliquo fuerit interrogatus, ſe pro ueritate reſponſurum, nec quicquam ad ſui excuſationem ultro celaturũ. Hanc notulã prædicator bene inculcet plebi. (ſicce illa induximus, quia feſtinamus. ſi cupis extẽdere cum autoritatibus, uide noſtrum librum 1. de pœnitentia, cap 20. & 21.)

5. Diximus à principio, confeſſionẽ eſſe debere præmeditatam. altera iam eius conditio eſt, ut fiat cum dolore & amaritudine cordis, ſic ut homo recolat omnia peccata ſua, quibus uelut uno faſce colligatis, doleat ſe tot tantisq́ peccatis grauiter offendiſſe deum, ſicut ſupra de contritione ad longum diſſeruimus. Et hoc ſane non parum diſplicet Luthero, uolenti pœnitentiam eſſe debere iucundam & gaudio plenã: quod ut ſacris literis, ita & rationi aduerſatur, deinde naturæ ſimul & uocabulo pœnitentiæ contrarium eſt. Ezechias aliter de pœnitentia loquitur, dicens: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Et inde, In pace eſt amaritudo mea amariſſima. Dauid quoque inquit: Poculum meum cum fletu miſcebam. quomodo omnes pſalmi pœnitentiales pleniſſimi ſunt amaritudine & fletu, ut quum dicit: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratũ meum rigabo. Idem docet Hieremias peccatorem, ut cum dolore pœnitentiam agat. fac tibi planctum, ait, quaſi ſuper unigenitum. & Iohel nos admonet, ut conuertamur ad dominum in fletu & planctu, in ieiunijs. ſic Iob dicit ſe loquuturum in amaritudine animæ ſuæ, & Petrus poſt negatum dominum fleuit amarè. Volens

Pœnitentia amara.
Eſa. 38.
Pſal. 101.
Pſalm. 6.
Hiere. 6.
Iohel. 2.
Matt. 26.

ſuperſedeo autoritatibus patrum inferēdis,cum qſque ſanę mētis agnoſcat delirium Lutheri. Quid q̄d per diametrum pugnat cum uocabulo pœnitentiæ? pœnitere enim dicitur pœnam tenere. quicquid aūt pœnale eſt,dolorem incutit &amaritudinem,ideoq; & pœnitentiam oportet eſſe amaram & grauem,ita ut alicui diſpliceant peccata ſua:non ſic tamen,quaſi neceſſarium ſit hominem habere oportere dolorem ſenſibilem,cuiuſmodi habent homines natura molles & mulieres.bonus ille quidem eſt,ſed non perinde neceſſarius.triſtitia autem in uoluntate pertinet ad confeſſionem,ita ut quis uelit ſe nunquam offendiſſe deum,& ita triſtatur in uoluntate.

Confeſſio humilis. 4. Præterea confeſſio ſit humilis,quando enim iam peccator omnia delicta ſua recogitauit quęcunque commiſit, & ſeipſo toto excuſſo iam dolorem ſibi concipit ex animo ſuo,tunc cum omni humilitate abeat ad ſacerdotem,exhibeat ſe ei humilem, peccata ſua pudice & uerecunde commemoret,non temerarie præcipitando effutiat,quaſi paruifaciens. ea humilitas cum uerecundia coniuncta,in confeſſione optima eſt,quia partem pœnæ aufert pro peccatis debitæ,ſicut ſatisfactio.pudor tamen ille non ſit nimius,ne præ huius magnitudine taceat quod oīm maxime dicendum fuerat.

Confeſſio integra. 4. Debet etiam confeſſio eſſe integra,ut ne quis aliquid ſciens occultet ex uerecundia uel quacūque alia cauſa,iuxta illud Auguſtini: Ponat ſe pœnitens omnino in poteſtate iudicis,in iudicio ſacerdotis,nihil reſeruās ſui.quicquid enim celabit, id ſemel om̄e reuelabunt angeli in die iudicij:ſed ſi quis cōfitetur peccatum ſuum,hoc inde fructus capit quia ei remit

Auguſtin.

titur:ſed ſi occultat, ipſe ſibi damnationem aſciſcit, & tamen reuelandum erit in die nouiſſimo. dæmon homini huiuſmodi pudorẽ ingerit, ut uereatur ipſe ſuam prodere culpam: quoniam in peccato eximit ille homini uerecũdiam, ut citra pudorem peccet:in confeſſione autem uerecundiam ei reſtituit, quo mi nus peccatum confiteatur.

Dæmones nanque hominem infeſtantes, triplices ſunt:alij occludunt cor, ne contritionem habeat:alij obſtruunt os, ne confiteatur:alij peram, quo minus bona iniuſte parta reſtituat. ſicq; diabolus iugulum hominis adripit, ſicuti lupus ouem correptam tenet, ne clamitet:hinc fit quod peccator uno tantum pec cato celato, totam ſuam confeſſionem facit infrugiferam. Anathema enim fit, ut ait Hieronym⁹, à deo dimidiam ſperare ueniam. Immenſa ſane ſtultitia eſt, erubeſcere & timere peccatum ſuum confiteri co ram ſacerdote, & ipſo homine peccatore. unde Auguſtinus dicit ſuper Pſalm. O homo, quid times con fiteri? illud quod per confeſſionem ſcio, minus ſcio quàm quod neſcio. confitere homo peccator homini peccatori. Elige quod uis: ſi confeſſus lates, nõ con feſſus damnaberis. Diſcant hinc confeſſores, ut ſi uiderint forſan aliquem in confitendo trepidare percuſſum & exhorreſcere, atque pudore ſuffundi: eum non durioribus uerbis adoriantur, quia ſic magis eũ permouerent, ut quæ dicturus aliàs eſſet, præcipua celaret:quin potius conſoletur illum, erigat in ſpem bonam, animum ei faciat uerbis mitioribus, oſtendat ſe in hoc adeſſe, ut eum à peccatis abſoluat:ideo quoq; Chriſtum eſſe mortuum, ut pro peccatis ſuis totiusq; adeo mũdi ſatisfaciat. Miſerabile quiddam

Dæmones triplices.

Hierony.

Auguſtin.

Cautela.

eſt & execrabile, ſi confeſſorem nanciſcaris importunum, Porro id ita eſſe, quodq́ oporteat confeſſionem eſſe integram, ſatis teſtatur Hieremias, dicens: Effunde ſicut aquam cor tuũ. ecce ſicut aquam, inquit, nõ ſicut lac, quo effuſo color adhuc adhæret uaſculo in quo fuerat, ubi notatur priſtina conuerſatio in malo: neq; uero uinum uel acetum cõmemorat, ubi poſt effuſionem remanet odor, cogitationẽ paruam ſignificans: non ait etiam ut mel, nam & ibi uas mellis ſeruat ſaporẽ, quo notatur impura uoluptas. beatus ergo eſt, quiſquis cor ſuum expurgat à uitijs, effundens illa inſtar aquæ, hoc eſt, in totum, ut nihil omino reliquum maneat. Duo adhuc ſuperſunt hoc locó præmonẽda: alterum, quod abſolutio diuidi quidem poteſt, quum tamẽ confeſſio non diuidatur, ut in caſibus reſeruatis, ubi confeſſor totam audiet confeſſionẽ, in qua ſi confitens aliquid habeat, quod ipſe non poſſit remittere neq; ab eo abſoluere, ablegetillum ad ſuperiorem, ſiue pœnitentiarium qui abſoluendi habeat poteſtatẽ. is ubi ipſum abſoluerit, rurſus mittat eum ad confeſſorem, q tunc cũ plene abſoluat. (uide cõſilium Capreoli & Iohannem Maioris de caſibus reſeruatis.)

Threni. 2.

Abſolutio diuiditur.

Alterum hoc eſt, etſi confitens non debet confeſſionem diuidere ſciẽter, ita ut multos ſibi proponat confeſſores, non tamen prohibitum hoc eſt, quo minus confeſſio fiat per interuallum temporis: quia ſic aliquis mediam aut tertiam peccatorum ſuorũ partem poteſt confiteri: fieri etiam poteſt, ut ſacerdos propter certa negocia cogatur à confeſſione ſurgere, & paulopoſt reuerſus audiat confeſſionem uſq; ad finem, non utique hoc iniquum eſt, quoniam nõ

eſt neceſſe ut confeſſio fiat continua, modo confeſſor non ſit oblitus eorum quæ is antea fuerat confeſſus. Ad hæc neceſſarium quoq; non eſt, ut ſtatim cõfeſſionem ſequatur abſolutio. potuit enim in confeſſione talis caſus incidiſſe, cuius diſſoluẽdi gratia confeſſor cogatur uel libros uel homines ſe doctiores conſulere. ibi ablegare interim poteſt eum qui cõfeſſus eſt, & iubere reuerti. Sunt quidam uſq; adeo ſtupidi, ut putent ubi priorẽ faciunt in quadrageſima confeſſionem, ibi neceſſario eis habẽdam eſſe & alterã, quod tamen non eſt neceſſe. Deprecemur nunc cõmunibus uotis dominum deum.

HOMILIA XLV. DE CONfeſſione acceleranda, & bis facienda in quadrageſima.

Confitemini alterutrum peccata ueſtra, & orate pro inuicẽ ut ſaluemini. Multũ enim ualet deprecatio iuſti aſſidua. Iacobi quinto.

AVdiſtis, ſi modo meminiſtis adhuc dilectiſſimi in domino Ieſu, homilia ſuperiori, quomodo confeſſionem oporteat fieri præmeditatè, dolenter, humiliter & integrè: ſupeſt, ut oſtendamus eam fieri quoque debere celeriter, non procraſtinandam diu. Vbi admonitos uos uolo geminę faciendæ in quadrageſima confeſſionis, ut & priorem illam faciatis maturè. Nam quum in temporalibus quilibet ſibi ex conſuetudine adripit excuſationem ſui, affirmans ꝙ ea uim habeat legis, hęc autem conſuetudo quũ uergat in gloriam dei & animarũ ſa *Bis conſiteri in quadrageſima*

lutem, quid eſt quæſo te quòd cõtemnitur? quur nõ ſolitum ſeruat uigorem? Eſt ſanè res ea magno argumento, quòd quis uelit ſe diligenter præparare ad ſacramentum euchariſtiæ maiori cum fruge & dignitate ſuſcipiendũ, ſi aliquis bis fuerit confeſſus, & longè quidem magis quàm ſi ſemel tantum. Quamuis ſi fuerit quis grauibus negocijs preſſus, ita ut non poſſit bis confiteri, eum non negarim una tantum confeſſione poſſe ſe adeo diligenter & ſtudioſè præparare ut alius duplici confeſſione. tamen nolim uniuerſaliter pronunciare: ideoq; Chriſtiani cæteri non facile auertere debent animum & uoluntatem à duplici confeſſione.

Dilatio cõfeſſionis. 2. Sunt alij qui confeſſionem protrahunt ultra præceptum eccleſiæ, id quoq; uarijs modis fieri poteſt: Quidam forſan faciunt animo peruerſo & more hæretico, cum contemptu legis eccleſiaſticæ, nolentes ultra confiteri, ut nunc faciunt neochriſtiani, quos reputare debemus ut ethnicos & publicanos: Matt 18. ſiquidem in ſtatu conſtituti ſunt damnationis æternæ, niſi pœnitentiam agant. Alij non hoc animo faciunt, ſed incuria quadam & ignaua oſcitantia, paruipendentes omnia diuina, ſicq; & pœnitentiam differunt, non de die in diem, ſed ex anno in annum, cogitantes etiam hunc annum ita eſſe tranſmittendũ, ut ſequenti tandem ſapere incipiant. Magis autem excæcantur, q prauis cõmercijs & conuerſationibus utuntur, q mercimonia tractant falſa, q ponderibus aut ulnis falſis utũtur, uſurarij, raptores, fures, & alienorum bonorum poſſeſſores, quiq; in manifeſtis & publicis ac in notorijs criminibus degunt &c.

Omnes illi bifariam ſeipſos decipiunt: Primo, qa

nimium ſuæ tribuunt longęuitati. nullus enim, ut ait Auguſtinus, niſi deſperatus, ſperat ſe aliquando uelle conuerti. ꝙ autem differt, inde fit, quia quum ſanus eſt, ſperat ſe longius uicturum. nimirum ij omnes corui ſequuntur clamorē, iuxta illud Sophonię: uox cantantis in feneſtra, coruus in ſuperliminari. Atq; iſta eſt res, inquit Auguſtinus, quæ multos occidit, dum dicunt, cras. quoniam qui pœnitentiam ſemper differunt. priuſquam deniq; pœnitentiam agant, ianua concluditur, ipſiq; à conſortio beatorum ſeparantur cum uirginibus fatuis. fiduciam hanc eximere tibi ô homo debet incertiſſima mortis hora. neq; enim eſt ꝙ fortitudinem tuam uel ſanitatem conſideres, quum fieri queat ut multi male ualentes longæuitate te ſuperent: ſiquidem uita noſtra candelæ ardenti ſimilima eſt. ſi enim accēdas lucernas duas, alteram longam, breuiorem alteram, utraq; quidem ardet ęqualiter, ſed breuior extinguitur citius: ita plane ſi duos obijcias æque ualētes aut debiles, alteri tamen celerius extinguitur lumen uitæ ſuæ. Auguſtin. Sopho. 2. Auguſtin. Matt. 25.

2. Quanuis ſolicitudine non careant qui pœnitentiam ſuam differunt ad aliquot annos, tamen periculoſius eſt de ijs, qui confeſſionem ad extremam uſq; ſenectam, uel etiam ad ultimum ſpiritum protrahūt. uere enim ea ſuggeſtio diaboli eſt, quia poſt mortem nullus ſupereſt pœnitentiæ locus, ſuperueniente tunc nocte in qua nemo poteſt operari: uſq; adeo periculoſior eſt pœnitētia, quo uicinior morti. quanuis melior ſit etiam ſera pœnitentia q̄ omnino nulla, periculo tamē ſe exponit, quiſquis pœnitentiā in ultimum locum differt: quoniam ſicut Auguſtin' de pœnitentia diſtinctione ſeptima, capite ſecundo Johan. 9.

Sera pœnitentia. ca. ſi quis autem, uere dicit: Nullus expectet quando iam non poſſit peccare. nam qui prius à peccatis relinquitur, q̃ ipſa relinquat, ea non libere, ſed quaſi ex neceſſitate condemnat: quæuis enim ſera pœnitentia melior eſt q̃ omnino nulla, tamen periculo nõ caret, etſi non ſit impoſſibilis, ut teſtatur exemplum latronis. unde & Leo papa inquit: Nemo deſperandus eſt, dum in hoc corpore conſtitutus eſt: quia nõnunquam quod diffidentia ætatis differtur, conſilio maturiori perficitur. Addidimus autem quòd non careat periculo.

Leo.

1. Quis enim certus eſt, ne ſubita morte præueniatur? quod tamen à nobis auertat dominus Ieſus.

2. Quis ſcit an nõ eiuſmodi morbo opprimatur, quo amittat uſum rationis, ſicq; non ſit capax pniæ?

3. Quid ſi quis incidat tale periculũ, ubi aliud nõ ſit ei meditãdũ, niſi q̃modo effugiat mortẽ, ut in aqs, incendio, ruina, ſeu lapſus in conflictu & ſimilibus?

4. Quid q interdũ dolor ægritudinis poteſt eſſe tantus, ut non multum cogitare quis poſſit de pœnitentia? unicum enim homini cor eſt, & urgente dolore undiq; in omnibus membris, non multum ſuppetit aut uacat meditari pœnitentiam de peccatis.

5. Aut nónne ſtoliditas eſt magna, ſi quis poſt uniuerſam male tranſactam uitam, finem expectare p̃ſumat felicem? Hinc Auguſtinus ait: Quem morbus urget, pœna terret, ad uerã uix ueniet ſatisfactionẽ, multos enim ſolet ſerotina pœnitentia decipere.

Auguſtin⁹

6. Et ut maxime alicui gratiam hanc conferat deus, ut ijs periculis omnibus careat, tamen periculoſum adhuc eſt homini, maxime diuiti, urgẽtibus hinc teſtamentarijs, inſtantibus inde hæredibus de bonis

tēporalibus, medicis quoque laborantibus circa ſanitatem corporis: uxore & liberis non raro conſolantibus bene, & ſpem ſanitatis reſtituendæ dantibꝰ præter conſcientiam. Præcipue uero ſi is potens ſit & prædiues, atque alicuius nominis & autoritatis, eum ſanè qs audeat ſubmouere & dicere: Ecce p uniuerſam uitam multis arduis preſſus es negocijs, multa in poteſtate tua fuerunt, de quibus nunc demum reddēda ſemel eſt ratio coram iuſto iudice deo. Relinque igitur mundū & omnia quæ ſunt mundi, teq́ꝫ deo reconcilia. Huiuſmodi quid ſi tentet aliquis dicere, ſtatim audiet ex adulatoribus & amicis, Quid tu tibi uis? Quid afflicto addis mœrorem? non illi ſufficit dolor hic corporis, niſi inſuper addas cruciatum animi? faxint ſuperi ne modò aſſentatores blādirentur miſero, cōſuentes puluillos ſub cubito manus, ut ait propheta, ſicq́ꝫ ſuis blanditijs decipiētes infirmū, ut amplius non uideat neqꝫ conſideret grauitatē peccatorum ſuorum. Ezech. 13.

Accedit ijs quòd dubium eſt, an deus alicui gratiam pœnitendi conferat, qui tam diu peſſime uixit. 7.
quanuis enim non abijciat deus peccatorem ingemiſcentem ſuper peccatis ſuis, tamen certum ſatis non Ezech. 18.
eſt, an ei deus ingemiſcēdi quoque gratiam tribuat, & an petentem ſit exauditurus. ſiquidem multis modis docemur in ſacris literis, huiuſmodi peccatores non exaudiri. unde Eſaias dicit, quum extenderitis Eſa. 1.
manus ueſtras, auertam oculos meos à uobis: & quū multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Atque per Micheam dicit dominus: Clamabunt, & non Miche. 4.
exaudiam. Rurſus per Ezechielem ait: Quum clamauerint ad aures meas uoce magna, non exaudiam Ezech. 8.

Iob.39. eos, ſed ut Iob dicit, Clamabunt, & non exaudiet ꝓpter ſuperbiam malorum. (cum concordantibus.) Horum omnium rationem reddit dominus, per Za
Zacha. 7. chariam prophetam dicens: Factum eſt ſicut loquutus ſum, & ſicut non audierunt, ſic clamabunt, & nõ exaudiam.

Præter hæc ſupereſt & illud, quod talis omino apparet ſera iſta pœnitentia, quaſi nec concurrat charitas neq; timor filialis, ſed ſeruilis tantum, qui non ſufficit delere peccata, ſicuti iã inde ab initio diximus. magis enim uidetur eam aliquis facere metu atq; periculo mortis imminentis, quàm amore iuſtitiæ: q̃ni
Auguſti. am ſic ait Auguſtinus de pœnitentia diſtinctione ſeptima, ca. nullus: Quem ſerò pœnitet, oportet non ſolum timere deum iudicem, ſed & iuſtum diligere, quia ſine charitate ſaluari nemo poteſt: ita quiſquis poenitentiam agit, nõ tantum timere debet poenã, ſed etiam eſſe ſolicitus de gloria. Sunt autem plurima quæ infirmum auocant & retrahunt à propoſito. proinde ſera iſta poenitentia ut periculoſa eſt, ita exitio proxima, quanuis donum dei ſit præclarum, ſi cui ſub ultimum agonem deus inſpiret animum agẽdi poenitentiam ueram. Sed ubi hæc ita non eueniunt, & tamen deus pro ſua miſericordia homini tribuit poenitẽtiam, adhuc illud reliquũ manet, quòd non poteſt ſatisfacere pro peccatis commiſſis: & qa poteſtate clauium poena æterna commutatur in tẽporalem, ea quum non reſoluatur hic per ſatisfactionem bonorum operum, reſeruatur in purgatoriũ:
1 Cor. 3. quoniam (ut ait Paulus) adhuc ipſe ſaluus erit, ſic tamẽ quaſi per ignem. uide Tomum noſtrum. 5. Confeſſor enim confitenti ſub extremũ articulũ mortis,

Infirmis non iniungatur pœnitentia.

nullam debet iniungere poenitentiam, hoc quidem ei poteſt dicere, ſi cõualeſceret, pro ſuis peccatis huiuſmodi poenam ſibi eſſe infligendam, quia autem nunc harum uirium non eſt, aliud fieri non poſſe, niſi ut diuinæ relinquat miſericordiæ, iuxta illud Theodori: Ab infirmis in periculo mortis poſitis, pura eſt inquirenda confeſſio peccatorum, non tamẽ illis imponenda eſt quantitas poenitentiæ, ſed innoteſcenda. Et quòd aliquis ſerã agens poenitentiã, huiuſmodi periculis ſit ſubiectus cum ſequentis poenæ perſolutione, ſapiens quoq; teſtatur, affirmans quia ſi nõ egerimus poenitentiam, incidemus in manus dei uiuentis. qui autem poenitẽtiam agit in hac uita, is incidit in manus hominis ſacerdotis. Atq; nõ differendam eſſe poenitẽtiam ad ultimum ſpiritum uſq;, docet nos dominus, quũ ait: Vigilate, neſcitis enim qñ dominus domus ueniat, ſero, an media nocte, an gallicantu, an mane. ubi Gloſſa ſic habet, forte ideo neſcis qñ dominus uenit, ut ſemp te paratũ inueniat. (extẽde illa octo, & habebis duos bonos ſermones.)

26. q. 7. Ab infirmis.

Eccl. 1.

Mat. 13.

3. Cæterũ an quis ſtatim perpetrato delicto debeat confiteri, uidetur ſane Bonauẽtura eſſe totus lapideus contra religioſos, laicis tamẽ eſt mitior: eſtq; hæc communis doctorum ſententia, quotieſcunq; aliquis ſecũ recolit peccatum ſuum & offenſam dei, maxime die quopiam feſto ſiue dominico, tenetur tunc propoſitum & uoluntatem ſibi concipere confitẽdi peccata iuxta ordinationem eccleſiæ, ꝓpoſitũ tñ hoc non tenetur ſtatim ipſo opere adimplere, niſi ſtatuto tẽpore quadrageſimali, exceptis aliquot caſibus. Primo, in morbo periculoſo confitendum cuique eſt, nec differẽda confeſſio ad tempus paſchale:

An mox confitendum poſt peccatum.

1.

2. deinde, eadem ratio eſt in omnibus caſibus ubi periculum eſt de morte, ut circa mulieres prægnãtes, & eos qui bella adeunt periculoſa, uel arduas ſuſcipiũt
3. peregrinationes & nauigationes. Ad hæc, confitendum eſt cuiq; qui rem aliquam ſubire parat, quæ uirum bonum & iuſtum requirit, puta ſacrificium miſſæ celebraturo, ſacramentum ordinis ſuſcepturo, & omnibus qui aliquod ſacramentum accipere uel ad-
4. miniſtrare cupiunt: ſimiliter quum quis ſtatuto aliquo ad confitendum eſt adſtrictus, ut religioſi pro
5. ſui quiſq; ordinis regula. Poſtremo ſi quis caſum aliquem reſeruauit ſuperiori, cuius facultatem quamprimũ habuerit, debebit tũc facere confeſſionem & non differre in quadrageſimam, quando copiam illius habere forſitan non licebit.

Epilogus 4. Conſtat igitur iam, quomodo confeſſionem oporteat eſſe præmeditatam, amaram, & cum dolore coniunctam, humilem quoq;, integram, & acceleratam: reliquum eſt ut oſtendamus, decere etiam ut ſit manifeſta, non ita quidem, ut quis manifeſtè & palam confiteatur, omnibus publicè audientibus quæ-

5. Confeſſio manifeſta. cunque deſignauit, ſed ut ſit aperta ſeu manifeſta ratione peccati, confeſſoris & loci: loci quidem, quia in
1. publico loco oportet audire confeſſionem, non in cellulis & angulis priuatis, ſed palam in ipſo templo, ut ſic procul omnis amoueatur ſuſpicio: ratione peccati autem, ne quis fucum facere conetur & quærere diuerticula, ſed ut intelligenter & expreſſe pronuncientur oĩa, & confeſſor cognoſcere facile queat, quo peccati genere teneatur, ita tamen, ut ubiq; honeſtatis obſeruetur ratio, ut & peccata carnalia non craſſe & impudenter, ſed modeſte & reuerẽter detegãtur.

Quo ad ipſum confeſſorē etiā,ut perſona ſit publica, puta parochus uel eius cooperator,aut ij quibus copia data eſt audiendi confeſſionem, ut religioſi, minores,prædicatores,&c.Angelus tamen & ipſe Franciſcanus in ſumma ſua adfirmat, longe certius eſſe ſi quis confiteatur parocho,eo quod religioſis hoc per priuilegium tantum ſit conceſſum,ita quod exiſtente defectu in parochijs,tunc ſubditi magis excuſentur quàm ſi confiteātur extraneo. Plurimum tamen in eo ſitum eſt,erga quem conſciētia tua ſit inclinatior meliusq́ adfecta,& quem tu ipſe noris uitæ morumq́ integritate eſſe ſpectatiorē.ſed hæc aliàs, &c. Confeſſio fiat in parochia.

HOMILIA QVADRAGESIMASEXTA, quomodo confitendæ ſint circunſtantiæ peccatorū,& quod oportet confeſſionem eſſe occultam ſiue tacitam.

Confitemini alterutrum peccata ueſtra.Iacobi quinto.

DIximus ſuperiori homilia,chariſſimi in domino,quomodo conueniat eſſe confeſſionem apertam & manifeſtam quoad peccata, ne ea quis cum fuco & prætextu uerborum proponat,ita ut grauitatem illorum non intelligat confeſſor. Ad hoc faciet plurimum,ſi confitens circunſtātias quoq; peccatorum non celet,quoniam hæ peccatorum arguunt grauitatem,ſicuti iam oſtendemus.

1. Sunt enim in quolibet opere & facto multum ponderandæ circunſtantiæ,ſiue Chriſtiano more ſi- Circūſtantie peccatorum.

ſtupiditas eſt & induratæ malitię argumentũ, quum tñ q ægrotat in corpore, ipſe morbi ſui circũſtantias aperit medico, quod multo magis faciẽdum eſt peccatori erga medicum animæ.

Circũſtantię duplices.

2. Oportet tamen hic circunſtantiarum uidere diſcrimen. ſunt enim aliquæ quas impertinentes dicimus. hæ nihil addunt uel adimunt, puta ſi fur manu dextera ſiue ſiniſtra ſit furatus, & quod genus monetæ ſublegerit. tales circunſtantiæ non ſunt confitendæ. Aliæ ſunt quæ alleuiant delictũ, ut ſi quis in quadrageſima ueſcat carnibus, additq́ circunſtantiã cauſæ, quia aduerſa laborarit ualetudine, & in ſimilibus: ubi ſunt qui putent circunſtantias alleuiantes peccatum, nõ eſſe cõfitendas, qa in cõfeſſione peccator ſeipſum debet accuſare, iuxta illud Sapiẽtis: Iuſt⁹ principio ẽ accuſator ſui. ſed quũ huiuſmodi circũſtãtias ꝓponit, uſq́ adeo nõ accuſat ſeipſum, ut etiã excuſet. Pro. 18.

Circũſtantia alleuians confitenda.

Sententia hæc nunquam mihi probata eſt, quoniam quum confitens hic coram ſacerdote tãquam iudice ſuo ſit conſtitutus, ut intelligat ergo iudex grauitatem & leuitatem peccati, merito proponere debet ea quæ aggrauant delictum, quur non etiam quæ alleuiant? fieri poteſt interdum, ut tales circũſtantiæ tantopere alleuient delictum, ut tandem comperiaẽ ueniale tantum, aut nullum omnino eſſe peccatum. quur ergo peccator iudici ſuo cõfeſſori hũc relinqueret errorẽ, ut peccatũ ueniale iudicaret eſſe mortale?

Quid quod non raro confitens mouetur ad aliqd confitendum, non quod iudicet illud eſſe peccatum mortale, ſed quia aduerſatur conſtitutioni & conſuetudini eccleſiaſticæ, etiamſi habuerit rationabilem alicuius rei perpetratæ cauſam, ſeipſum tamen pur-

gare cupit, & certiorem facere corã ſuo iudice, ſi forte nimium credulus ipſe ſibi plus æquo tribuiſſet, iuxta illud Gregorij: Piarũ mẽtium eſt agnoſcere culpam, ubi non eſt culpa. Vnde & Iob ait: Verebar oĩa opera mea.

Gregorius
Iob. 9.

Interdum plane neceſſarium eſt, ut quis circunſtantias huiuſmodi quæ peccatum alleuiant, manifeſter, ad uitandum ſcãdalum in confeſſore: Vt ſi forte in itinere amiſero libellum orationalem, eóque die nihil orauero ob defectum libri, ut tranquilliori utar conſcientia, confiteor hoc ſacerdoti alicui iuniori, cui ſi non oſtendero cauſam intermiſſæ orationis, offendi per hoc facile poterit, & cogitare ſibi ꝗꝗ non perinde ſtricte perſoluendas eſſe horas ſuas canonicas, adrepta inde occaſione, ut leuiter orationes ſuas citra rationabilem cauſam negligeret. Quapropter equidem putarim etiam illas circunſtantias eſſe confitendas, quę alleuiant peccatum. Quodq́ ĩſti nobis obijciunt, de eo quod oportet peccatorem accuſare ſeipſum, non excuſare, uerum ſane eſt, ſed ita, quod non durius teneatur ſeſe accuſare quã pro ratione delicti, alioquin eſſet ſibijpſi iniurius.

3. Tertij generis circunſtantiæ ſunt, quæ peccatum aliquod in aliam ſpeciem pertrahunt: ut qui furatur, fur eſt: ſed qui facta irruptione in templum, furatur, ultra hoc etiam ſacrilegus eſt, fur ſcilicet rei ſacræ: ſi quis rem habeat cum ſoluta, fornicationem committit: adulterium autem, ſi cum uxore alterius, ita enim circunſtantiæ peccatum adducunt in aliam ſpeciem, & illæ quidem ſunt confitendæ, ſiquidem confeſſor aliàs neſciret grauitatem delicti. Superſunt adhuc aliæ circunſtantiæ aggrauantes pec-

cata,quæ etiam ſunt omnibus confitendæ, pro capacitate cuiuſq; intellectus.quo enim quis magis ualet in ſcientia & prudentia, eo plus meliusq; poterit & debebit eas confiteri.ſunt autem illæ:

1. Ordo,quia peccare cum perſona ſacra,grauius eſt,quàm cum homine prophano. Circunſtantia peccatorum.

2. Tempus:quo enim tempus ſanctius eſt,eo maius etiam erit quod in eo committitur peccatum. Væ nobis,qui diebus dominicis & feſtis omnibus magis abutimur ad uitia carnis,quàm ut ea impendamus ſpiritui: magis collocamus in uoluptatem & laſciuiam,quàm ad gloriam dei & honorem ſanctorum. (extende illa ex ſermonibus de decem præceptis.)

3. Locus:quoniam in loco ſacro peccare grauius eſt,quàm in prophano. Væ ijs qui uniuerſos contractus malos,amores turpes,& id genus negocia mala in templis tantum tranſigunt.

4. Numerus:puta quoties quis peccauit,ſi id constat,debet hoc indicare:ſi certo neſcit, deploret toties repetitum eſſe peccatũ, ut numerus effugerit memoriam ſuam.

5. Magnitudo:ſicut enim dicere tenetur tantum ſe eſſe furatum, ita debet etiam oſtendere, quantum damni per hoc fecerit proximo ſuo.

6. Multum in ipſa etiam conditione perſonæ poſitum eſt,ut ſi quis offendit uiduam,pupillum,hominem inopem & miſerum,aliquem in poteſtate poſitum,uel cui ſit aſtrictus fidelitate,quæ omnia aggrauant peccatum.

7. Accedit ijs,ſi quis citra tentationem exteriorem,propria malignitate ſe ad peccãdum prouocat, atq; ſi cum præmeditatiõe ſciens & uolẽs peccatum

perpetrauit,ſi diu in peccatis quaſi obſorduit,ſi ultra ſpatium annuum confiteri diſtulit, huiuſmodi profecto aggrauationes multũ ſunt conſiderandæ,quas licet non perinde queant homines rudes perſcrutari, qui tamen intellectu ualent,debent utiq; pro ſua quiſque capacitate & intelligentia diligẽter euoluere ſingulas circunſtantias aggrauantẽs peccata. Præclare docuit id nos Auguſtinus, dicens:Conſideret qualitatem criminis in loco, in tempore,in perſeuerantia, in uarietate perſonæ,& quali hoc fecerit tentatione, & in ipſius uitij multiplici exequutione. Oportet enim pœnitere fornicantem ſecundum ſui ſtatus aut officij excellentiam , & ſecundum modum meretricis,& ſecundum modum operis ſui,& qualiter turpitudinem ſuam peregerit, ſi in loco ſacro , aut cui debuit excellentiam fidei, ut ſunt domus dominorum, ſi in tempore orationi conſtituto , aut in feſtiuitate ſanctorum, aut in tempore ieiunij: conſideret quantum perſeuerauerit,& defleat quod perſeuerãter peccauerit,& quanta uictus fuerit impugnatione.Om̃is iſta profecto uarietas confitenda eſt & deflenda.

De pœnitentia. ca. 14.

In conſideratione & recogitatione peccatorum,uideat quiſq;,qua ætate,qua ſapientia & conditione,cum q̃bus etiam peccauerit perſonis. Atq; hæc nunc de circunſtantijs ſufficiant.

Confeſſio propria & occulta.

4. Fiat igitur confeſſio pręmeditatè,humiliter, integrè,feſtinanter,apertè & cum emumeratione circunſtantiarum,atq; ſuper hæc omnia eſſe debet propria & occulta.Propria quidem ſic, ut quis ſua propria confiteatur delicta, non ut ſolent aniculæ irrequietæ, quæ ſacerdotem obtundere conantur uitijs uicinarum ſuarum,inepte ſanè:uſq; adeo enim uolũt

doctores confeſſionem propriam eſſe debere, quòd ſi cõtigerit aliquem cum perſona multum ſibi cognitam rem habuiſſe, ut cum ſorore: & antea iam dictum eſt, quomodo oporteat confeſſionem fieri cum circunſtãtijs, in hoc caſu aliquis potius ſibi quærere debet cõfeſſorem, qui nec ipſum neq; ſororem cognoſcat ſuam, uel priuſquam ſororem ſuam infamet, taceat interim. & peccatum illud generaliter tantum confiteatur, quoaduſque confeſſorem acquirat, cui neutra perſona ſatis ſit cognita. Adde caſum Richardi de ſacerdote in pago, qui conſacerdoti non cogitur confiteri cognitam mulierem, unde auditor ueniret in cognitionem cõfornicantis. Sit inſuper confeſſio tacita & occulta, quoad cõfitentem, ne is quicquam effutiat ex confeſſione. confeſſor enim interdum ꝑ informatione confitentis utens officio iudicis, exquirit & ſcrutatur nonnulla: quod ſi iam confitens cum ſcandalo uellet exaggerare illud & in diuerſum rapere quàm erat factum, uel etiam iniunctam ſibi ſatiſfactionem manifeſtare, iniquum faceret utrinq;. Super hæc omnia eſſe debet cõfeſſio tacita reſpectu cõfeſſoris, quoniam iudicium hoc & tribunal eſſe decet occultiſſimum, quod ſit in terra. neq; enim uel uerbo uel ſigno uel q̃cunq; ratiõe debet cõfeſſor cõfitentis occulta ꝓdere peccata, uſq; adeo occultũ illud cõfeſſionis iudiciũ ꝓuenit ex naturali, diuino & humano iure. Quid multa? tã occulta eſt cõfeſſio, ut req̃ſitus cõfeſſor ad iuramẽtum, libere poſſit iurare, ſibi nihil de eo cõſtare. aliud eſt em̃ iudiciũ dei, aliud hoĩm. neq; is interĩ iurat inique, q̃a corã externo iudice, & in illo foro ſibi nõ cõſtat, ſed q̃cq̃d ſup hoc ſcit, hoc ipſum ſcit loco dei. Adhuc q̃d amplius dicam, quoniã etiamſi

Nota. C. omnes de penitẽ. & remiſſi.

confitens libere permittat hoc confeſſori aliquid ꝓdere, manifeſtare tamen hoc nemini debet. uſq; adeò tacitum oportet hoc eſſe confeſſiōis iudicium, (contra Innocentium & Panormitanum, nec cōſentimus Thomæ aut Paludenſi.)

Confeſſor non reuelet peccatum.

Quod ſi tamen urgeat confitens, & cupiat aliqd reuelandum eſſe uxori, liberis, aut præcipuo alicuius cauſæ autori, confeſſor diligenter admoneat confitentem poſt completam confeſſionem ſuper ea re, quam ſi adhuc uelit reuelari, deinceps prudenter aggrediatur negocium, quaſi extra confeſſionem per modum conſilij ſibi propoſitum. Plura proſequi, faſtidium & moleſtiã ingereret lectori, & tamen poſſem materiam hanc per aliquot homilias explicare, uerum animus eſt ea potiſſimum tractare, quæ magis neceſſaria & præcipua ſunt in ſacramentis, illaq; tueri quæ iſti neochriſtiani reijciunt. unum hoc addendum eſt, quòd ſiquis obiter audierit nonnihil alterum confitentem, tenetur idipſum celare ſub peccato mortali, quanuis magis peccat confeſſor prodens aliquid ex cōfeſſione, quàm is qui citra attentionem audiuit & manifeſtat, ſed de his ſatis, &c.

HOMILIA QVADRAGESIMASEPTIMA, DE ITERANDA CŌFESSIONE, & quando quiſq; debeat iterato cōfiteri, atq; de alijs quibuſdam ad confeſſionem pertinentibus.

Confitemini alterutrum peccata ueſtra. Iacobi V.

Citra controuerſiam uerũ certumq́ hoc eſſe cõſtar, quod peracta rite confeſſione, & confiten te uere abſoluto, peccata illa nemo tenetur ite rato confiteri: ſed quum interim aliquid occurrit de fectuũ, operæpretium uidebitur ſuper ijs etiam non nihil diſſerere.

1. Et principio quidem, ſi quis confeſſus eſt non habenti poteſtatem abſoluendi eum, tenetur adhuc illa peccata denuo confiteri, ut quum aliquis non in dulta poteſtate confiteatur alteri à ſuo parocho, qui non habeat autoritatem audiendi confeſſionem, ut ſunt fratres mendicantes, Iohannitæ & ſimiles: quia enim ſententia lata nõ à ſuo iudice, eſt nulla, ita quoque abſolutio profecta ab eo qui poteſtatem nõ habet in confitentem: neq́ hic ſufficit poteſtas ordinis, ſed requiritur poteſtas iuriſdictionis: & hinc male faciunt, qui non requiſito parocho, pro ſuo lubitu ſibi quærunt confeſſores, non habentes poteſtatem. Oẽs illi tenentur plenam & integram denuo facere confeſſionem. Iterare cõfeſſ.

2. Caſus eſt de ficto, qui ſimulatam facit confeſſionem, aliud ſentiens in animo quàm ore edicit, & habens adhuc in corde peccandi propoſitum, is quo q; qa abſolutionis nullius eſt capax, ideo omnia peccata tenetur rurſus confiteri. Nota ſententiam ſancti Thomæ. Non abſimilis multũ ab hoc eſt & tertius ille caſus, quum quis uolens & ex propoſito aliquod celat delictum, tunc & de cæteris non abſolui tur, & ea omnia debebit confiteri de integro. Ibi tamẽ ſentiunt doctores, quòd ſi qs pœnitentia ductus ſup malo propoſito uel de peccato nõ cõfeſſo, ſtatim rediret ad cõfeſſorem, qui in recenti adhuc memoria Nota.

haberet peccata ſibi confeſſa,tunc non teneretur integram iterum facere confeſſionem,ſed illud tantũ exprimere peccatum, quod ante celauerat,& propoſitũ ſuũ malum prodere,quod habuerat,& ſi qui fuerint cõſimiles prioris cõfeſſionis defectus, ſuper hoc petat abſolutionẽ ſibi conferri de illis & omnibus alijs antea confeſſis peccatis.

4. Caſus eſt,ſi forſitan cõfeſſor ſit uel excõmunicatus,uel ab officio ſuſpẽſus,uel poteſtate laica introductus in parochiã ſine aliquo iuſto titulo,qa tũc nõ habet iuſtã poteſtatẽ in ſubditos, et extra caſum extremę neceſſitatis, cõfeſſio erit inutilis atq; inualida, ita ut quicũq; ſic abſoluuntur, teneantur de integro nouã facere confeſſionem. Apparet iã inde,quãtũ ſibi ſuisq; ſubditis laqueũ interitus parẽt oẽs q in magiſtratu ſunt poſiti, qui ex laica tantũ poteſtate, nõ requiſitis ijs quorũ intereſt, quiq; poteſtate ſpirituali funguntur,ſine iuſto titulo parochias occupãt: quod quũ fit,hoc eſt,quum ſubditi parochũ aliũ non habẽt, niſi eũ q per fas nefasq; intruſus huic muneri præeſt,hoc unum conſiliũ reliquũ eſt omnibus ſubditis,ut tẽpore paſchali cõferant ſe in aliquod cœnobium proximũ,in q̃ per priuilegiũ & pontificiã poteſtatem liceat abſoluere, ut apud Minores, Prædicatores Auguſtinianos,Carmelitas,Iohannitas,& ꝓfeſſos ordinẽ ſancti ſpiritus. Ab ijs iuſtã poteſt impetrare abſolutionem,ſicut ab ordinario ſuo parocho.

Con. intruſos.

5. Præterea nõ diſſimilis caſus eſt, ſi cõfeſſurus ſciat confeſſorem ſuũ rudẽ eſſe & indoctiorem, quàm ut queat exactũ ſup peccatis ſuis ferre iudicium, maxime quũ grauia ſunt & multũ intricata, neq; cõfitens ita eſt animo ſatis cõfirmato,ut poſſit cũ iudicio cũ-

cta ꝓponere, quũ ſic uolẽs ad ductorẽ cęcũ & ipſe cæcus uenit, tenet adhuc peccata ſua cõfiteri alteri preſbytero doctiori, niſi uelit ſecũ impleri q̃d ait ſaluator: Quum cæcus cæcũ ducit, ambo in foueã cadunt. Mat.15.

2. Superſunt adhuc duo caſus, in q̃bus aliquis tenetur iterare cõfeſſionem. Alter eſt, quum q̃s premitur peccato cuius remiſſionem peculiariter ſibi reſeruauit magiſtratus ſuperior, ut papa uel epiſcop⁹, tũc ſane ſic aget iuxta communem ſententiam doctorũ. (Gerſon eſt difficilis, ſed Durãdus difficilior.) 6. Caſus reſeruati.

Omnia peccata alia confiteatur quis ſuo confeſſori, ſuſcipiat ab eo abſolutionem illorum, excepto hoc uno caſu reſeruato, tunc demum adeat ſuperiorem ſuum uel eius pœnitentiariũ, & ei cõfiteatur tantum peccatum illud reſiduum. reliqua à q̃bus iam eſt abſolutus, non tenet̃ confiteri, niſi ultro uelit, aut poteſt prius accipere abſolutionem illius reſeruati caſus, ut ſupra diximus: & quãuis ibi abſolutio diuiditur, tamen hoc uetitum non eſt, ille iam antea priori ſuo confeſſori plenã fecit de peccatis ſuis rationem. (hæc ſunt ita obſeruanda in practica, & diſputationes in cõtrarium, ſunt ad ſcholas remittẽdę.) In fine homil. 44.

7. Alter autem caſus eſt talis, ſi cui illud incumbat faciẽdum ex ordinis ſui inſtituto, ut in ordine Ciſtercieñ. hoc habet regula, quod abbas aliquot ipſe conſtituit confeſſores, qui fratrum confeſſionem audiunt per totum annum, uſque ad tempus quadrageſimæ, quando omnes oportet generalem facere confeſſionem abbati, non habito reſpectu quo'd quilibet illorum antè confeſſus eſt & abſolutus. nanq; in hoc caſu, quum quis in ingreſſu ordinis regulam huiuſmodi ſuſcepit & uouit, tenetur ſane hanc Statu Ciſtert.

conſtitutionem ſeruare.(Dionyſius frater illius ordinis multum reluctatur)quodq; iam de ſtatuto diximus, idem de uoto quoque uolumus obſeruari: ut quum quis tam exoſum habet aliquod peccatum,ut id magis euitet,uouet ſe bis illud cõfeſſurum,ſi quando ſemel perpetret.Non uideo equidem,quomodo quis non teneatur confiteri illud, quum hoc uotum ſit licitum: quanuis & hoc uerum eſt,quod ſummus pontifex in uniuerſum præcipere non poteſt alicui iterandam denuo eſſe confeſſionem, qui aliàs ſacramentalem confeſſionem legitime obſeruarit coram eo,penes quem eſt abſoluendi poteſtas. (Bonauentura,Antoninus,Gerſon,Paludẽſ.quoniam illud,inquiunt,materiam ſacramenti immutat, quod etiam papa nullatenus facere debet aut poteſt.)

Iteratio confeſſionis voluntaria.

3. Satis autem hactenus diximus, in quibuſnam caſibus teneatur aliquis iterare confeſſionem prius factam:reliquum eſt etiam diſſerere de iteratiõe confeſſionis non coacta,ſed uoluntaria. Atque hoc primum fieri poteſt ita, quòd confitens forſan dubitat de priori abſolutione. id autem laudi non tribuitur, quoniam non decet Chriſtianum in dubium uertere uirtutem ſacramẽtorum,ſed firmiter credere uerbis Chriſti dicentis:Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.Imò qui per ſe nõ credit efficaciam ſacramentorum,uerus iam Chriſtianus non eſt,quod nũc faciunt Zuingliani & reliqua fæx Parabaptiſtarum. (Iohan. 20.)

Si autem quis dubitet,non quidem de ſacramento in ſe, ſed quo ad ſuam ipſius perſonam uereatur, ne aliquod peccatum non ſit ſatis plene confeſſus,ne nõ ſatis acceperit cõfeſſor qualitatem delicti,uel non audierit aliquid, aut non intellexerit ſatis, aut deniq;

metuat, ne ipſe minus recte cicatricē uulneris oſten-
·derit, unde non conſtet ſatis quando illud ſit pecca-
tum, & quando non, uel etiam ſi ambigit de poteſta
te ſacerdotis, an habuerit illam in abſoluendo à ta
li caſu: in omnibus illis caſibus ob meliorem ſecurita
tem maioremq́ conſcientiæ requiem, quanto conſul
tius eſt denuo confiteri, quàm ſcrupuloſam ſeruare
& irrequietā conſcientiam: ita ſalutare eſt denuo cō- *Eccle. 3.*
fiteri peccata, quia qui amat periculum, peribit in il-
lo. (uide Gerſonem de illa regula) curandum tamen
eſt, ne quis nimium ſit puſillanimis, ſibiq́ ipſe faciat
confeſſionem moleſtam & exoſam, quum fortiter
credere debeat uerbis Christi & ſacramentis eccleſię.
(uide Gerſonem de illa puſillanimitate, & poſt eum *Gerſon.*
Kaiſerpergium.)

2. Poteſt adhuc aliquis peccata prius cōfeſſa rur
ſus cōfiteri, ut ſic erga deum maiorem ſuam exhibe-
at diligentiam, ſiue quod ante aliquantulum fuiſſet
neglectus uel in ſacerdote uel ſeipſo, ſiue quia prius
tantū habuit ſacerdotes qui remiſerunt ei peccata,
nunc autem contigerit aliquis abſoluens à pœna &
culpa, uel etiam confitetur iterum ob auctius meri- *Nota.*
tum. Ex quacunque illarum cauſarum denuo confite
ri, non quidem neceſſarium, ſed tamen utile eſt & ſa
lutare: ut ſi quis anno ſæpius confeſſus, adhuc tamen
tempore paſchali plenam facit confeſſionem, quod
pij ſacerdotes habent in uſu: deinde cum aliquis con
fitetur in loco, ubi plenariæ dantur indulgentiæ anni
iubilei, ſimiliter ſi quis Romam uenerit, uel ad Com
poſtellam, uel Hieroſolymam. Ad eundem modum
quis priore confeſſiōne quadrageſimali omnia ſua
confeſſus eſt peccata, & deinde ante communionem

ſacramenti eadem rurſus confitetur unà cum ijs quæ ſuccurrunt in memoriam,quæq; denuo perpetrauit, omnia hæc piarum ſunt mentium, multumq; faciūt ad ſalutem æternam. Vnde Auguſtinus inquit: Quāto pluribus confitebitur in ſpe ueniæ turpitudinem criminis, tanto facilius conſequitur miſericordiam remiſſionis.

De pœnitētia,c.10.

Hoc ita expendunt & ponderant doctores,quanuis ſecunda abſolutio non tollit reatum ſiue culpam peccati,tamen triplici de cauſa eſt bona:primo facit ad remiſſionem & alleuiationem pœnæ,ad augmentum gratiæ diuinæ,idq; tum propter pudorem confeſſiōis,tum ob clauiū poteſtatem: deinde in ſe opus laudabile eſt humilitatis, ideoq; beneplacitum. (an autem ſecunda abſolutio tollat pœnam peccati ex opere operato, & an tollat quātitatiue, aut ſolum in proportione,mitto ad ſcholas & ad Iohannem Maioris.)

Secunda abſolutio quid facit.

5. His ſupradictis omnibus addunt quidam hūc caſum,ſi quis non compleuit ſatisfactionem ſibi à cōfeſſore iniunctam & à ſe ſuſceptam. Articulus hic amplisſimus eſt, & poſſent ſuper eo induci quampluri- ma,ſed nos breuiter ea proponemus, quæ ſanctis patribus uidebuntur conformiora.

Non implenspœnitentiam iniunctam

1. Si is ſatisfactionem ſuam nouit, poteſt eam adhuc complere,etiam elapſo iam tempore,confiteatur negligentiam ſuam, & non completam ſatisfactionem: roget ſacerdotem atq; ex eo petat ſibi indulgeri,ut adhuc compleat,uel quatenus in aliam ſatisfactionem ei illam immutet &c.

2. Sin autem fuerit ſatisfactionis oblitus,& ea tamen impoſita ſit non ſuper aliquo caſu reſeruato,

ruſus tenetur huiuſmodi ſuam negligentiam confiteri, atq; inde nouam ſuſcipere ſatisfactiōem. (ratio, quia ſatisfactio hodie non imponitur ſecundum ſeueritatem canonum, ut olim, & ſecundum reſpōdentiam ad magnitudinem peccatorum, ideo nec præſens, nec præterita æquiualet peccato.) ſi ſit autem caſus quiſpiam reſeruatus, tūc debet ille ſuperiorem ſuum rurſus conuenire in confeſſione uel extra eam, & conſuetudinem requirere ſuper huiuſmodi caſu de adſumenda uel iniungenda ſatisfactione. Melius tamen eſt facere hoc in confeſſione. Vide doctores.

4. Non exigua ſe nobis hic offert quæſtio, quid agendum ſit pijs & catholicis hominibus hoc ſeculo in ijs locis, ubi non permittitur eis ut more eccleſiaſtico confiteantur & communicent, an hæreticis ſacrificulis debeant confiteri & ſacramentum ab eis accipere, aut ſine ſacramento eis ſit ibi moriendum. Inter hereticos pū non confitentes.

Perplexa ſane hæc & multum ambigua quæſtio eſt, ſuper qua audiui equidem multorum doctorum conſilia, eorum tamen mihi ſemper diſplicuit concluſio, proinde breuibus hoc quoq; expediam ad cōſolationē catholicorum, qui nunc paſſim opprimuntur ab hæreticis.

Et principio quidem conſtat, baptiſmum in caſu neceſſitatis accipi poſſe ab hæretico, excommunicato ſiue ſuſpenſo. ea ſententia eſt Auguſtini quum ait, Si quem forte coegerit extrema neceſſitas, & ubi catholicum per quem accipiat, non inuenerit, & in animo pacem catholicam cuſtodiens per aliquem extra unitatem catholicam poſitum acceperit, quod in ipſa erat catholica unitate pcepturus, ſi ſtatim etiam Lib. 1. de bap. con. Dona. c. 5.

14.q.1.ſ quem. de hac uita migrauerit,non eum niſi catholicum deputamus.Nunc tamen in ijs locis ubi ſacramenta eccleſiaſtica ſunt ſuſpenſa,malim paruulum baptizandum tradere cuilibet laico,modò catholico,quàm hę retico & Lutherano ſacrifico.

2. Vbi autem incumbit periculum ſeductionis uel magni ſcandali, nemo Chriſtianus debet ſacramentum uel pœnitentiæ uel euchariſtiæ ſuſcipere, ſed ſe potius diuinæ miſericordiæ committere, cum fiducia tali,quod ſummus ille pontifex & ſacerdos Ieſus ipſum ſit abſoluturus:ſic nimirum beatus Gregorius commendat Ermigillum(alij nominant Hermigillum) filium Leogilli regis Gotthorum in Toleto Hiſpanię,quem pater captiuum ceperat & detinebat eo quòd conſentire nollet in hæreſim Arrij,tempore autem paſchali miſerat ei in carcerem uſq; epiſcopum Arrianum,à quo ſacramentum ſuſciperet,ſicq; recõciliaretur patri,adhuc renuit ille & exprobrauit epiſcopo impietatem erroris ſui, unde pater grauiſſime commotus,filium propter fidem in uinculis pręcepit occidi. ſic & papa Iulius uetat ſacramentum ab ijs accipi,qui hæretica ſint prauitate corrupti. Idem affirmat Gratianus, & multis in hoc citatis probat autoritatibus:quanuis à ſacerdote Simoniaco uel in publico crimine uiuente poſſunt accipi in neceſſitate ſacramenta,ab hæretico nequaquam,niſi ſolus baptiſmus. In caſu ſcandali idem hoc lõge certiſſimum eſt, quũ deinceps gloriari facile poſſent hæretici corã ſimplicibus,ſuæ ſectæ nonnihil acceſſionis eſſe factũ, unde maior fieret à catholica fide & ueritate defectio.

[Margin: C cepit. 14.q.1. Li.3. dial. cap.31. — 14.q.1.ſ quis 32. diſt.pręter.per totum & gloſ.]

3. In caſu neceſſitatis tamen baptiſmus poteſt accipi ab hæretico, aliàs minime.uſque adeo, ut poſſit

[Margin: C frater de cle.ex. co.mini.]

aliqs in ultima neceſſitate mori ſine ſacramento pœnitentiæ &eucharistiæ, potius q̃ ut ſumat ab hæretico. Extra periculum autem ſcandali poteſt homo Christianus imminente morte & deficiente ſacerdote catholico, confiteri etiam hæretico, ab eo abſolui, & ſacramentum pœnitentiæ ſuſcipere ſalubriter, ita ut illa peccata confeſſa non teneatur amplius confiteri, nactus iam ſacerdotem catholicum. Nota.

Atq; in hoc caſu longe certius eſt ſuſcipere ſacramentum pœnitentiæ etiam ab hæretico, q̃ omnino intermittere: id facile perſuadebit bonus ille pater Angelus de Clauaſio, Franciſcani inſtituti monach⁹, ſic dicens: Ego credo quod niſi ſit periculum peruerſionis in cõfitente, quod etiam in tali caſu liceat confiteri hæretico, aut excommunicato, aut præciſo, & abſolui ab ipſis, ſi alius ſacerdos haberi nõ poſſit, & ſit paratus audire. Ratio eſt, qa poteſtas clauis q̃ eſt abſoluendi à peccato, & ex conſequenti ad pœnam æternam commutandam in temporalem, & ad gratiam conferendam: per modum applicantis meritũ paſſionis Christi fundatum in charactere ſacerdotali, qui quidem eſt indelebilis: & quamuis ab eccleſia in tali ſit ligata talis poteſtas, tamen in tali caſu neceſſitatis non credo. I. quia neceſſitas nõ ſubiacet legi poſitiuæ, dum autẽ ille utitur poteſtate, ſummus ſacerdos operatur & dat gratiam in ſacramento, ſicut Auguſtinus probat de baptiſmo, qui gratiã confert etiam baptizante hæretico. Eadem quoq; ſententia eſt Petri de Palude, ſi ẽm in neceſſitate poteſt ſacramentum baptiſmi ſuſcipi ab hæretico, quur non & ſacramentum pœnitentiæ, quum utrunq; ſit ſacramẽtum neceſſitatis? Hoc ipſum affirmat & Gloſſa in c. non

In verbis confeſ. 3. para. 2.

Aureoli lib. 4. diſt. 17.

Tra. 6. ſup Johan.

eſt, de ſponſ. ubi papa Alexander præcepit epiſcopis Angliæ, ut uniuerſum cultum diuinum tollerent in ijs locis, ubi rex filiorum ſuorũ uxores detinebat captiuas, exceptis duobus ſacramẽtis, baptiſmo & poenitentia morientium. dicit enim Gloſſa: Iſta duo ſacramenta, baptiſmus & poenitentia ſemper expiuntur in quolibet interdicto, quia ſunt ſacramenta neceſſitatis, unde etiam in neceſſitate poſſunt recipi ab hæretico. Circa ſacramentum tamẽ euchariſtiæ oẽs uelut uno ore conſentiunt doctores, non ſumẽdum eſſe illud ab hæretico, ſed in tali caſu exercenda cuiq; eſt ſua fides & deuotio, ut ſumme deſideret recipere à ſacerdote catholico, quia tunc ſufficiet ei illud Auguſtini: Crede, & mãducaſti. Concordat Angelo Pclbarti par. 4. in uerbo confeſſio. 5. para. 19. Et Antoninus par. tertia, titulo decimoquarto, cap. decimonono, para. 17.

Gloſſa.

Auguſtin⁹

Celare peccatum in confeſ.

5. Iam erã finiturus hæc de materia ſacramenti huius, & ecce occurrit illud neutiquam tacẽdum, quando poſſit aliquis cõfitens celare peccatum, uſq; dum perueniat ad confeſſorem, qui poſſit abſoluere à tali caſu. Præter ea autem quæ ſupra diximus, poteſt quis tacere caſum alicuius peccati in cõfeſſione. Primo, quum uerſimiliter & probabiliter conijcere poteſt, quia confeſſor ſibi confitentẽ ſit ad illud peccatum prouocaturus.

2. Si multum in eo peccato ſitum ſit confitenti, ita q; ex manifeſtatione huiuſmodi peccati graue ſibi periculum immineat, ipſeq; pro comperto habeat id genus peccati etiam ante eſſe manifeſtatum ex confeſſione, uel etiam ſi conſtet ipſum quoq; confeſſorem leuiuſculum eſſe, de quo periculum ſitne quid

prodat,&tunc ſane reſeruare poteſt illud peccatum, eouſq; dum copiam habeat alterius confeſſoris,de q̃ nihil ſit periculi.

3. Quando confitẽs forſan haberet caſum,quē ſi confiteatur,futurum tunc eſſet ut proderetur peccatum ei antea in confeſſione reuelatum. tunc enim quis confeſſor poſſet animaduertere perſonam quę huic antea erat confeſſa, in hoc caſu non tenetur illud confiteri,imò tenetur & cogitur minime confiteri.Exempli gratia, percuſſerit aliquis clericũ clam &ſit excommunicatus,hunc abſoluit parochus,neque tamen abſoluendi habet poteſtatem: deinceps ita res fert,ut & parochus confiteatur ſacellano abſoluiſſe ſe aliquem excommunicatum,cuius rei poteſtatem non habuerit, ſtatim ſuſpicaretur ille alter, audiſſe parochum confeſſionem iſtius excommunicati,qui clam percuſſerit clericum, id iam foret iniquũ, eo quòd ſigillum confeſſionis decet eſſe occultiſſimum in terris.

4. Huic ſimile eſt illud, ſi quando quis nõ poſſit cõfiteri peccatum, niſi exprimeret perſonam quoq; cum qua ſic peccaſſet,id ſane faciendum non eſt,niſi ueniat ad ſacerdotem cui neutra perſona ſit cognita:ut ſi aliquis cum nouerca,cum ſorore, cum uxore fratris ſui fornicatus fuiſſet,& utraq; perſona ſit confeſſori nota,iam non tenetur hanc circunſtantiã confiteri, donec habeat confeſſorem qui perſonas illas nõ cognoſcat.nam in hoc uerum eſt illud beati Bernardi,quia quod eſt inſtitutum pro charitate, non debet militare contra charitatem.plures huiuſmodi caſus inuenies in doctoribus.Hęc ſane uoluimus breuiter inferre citra allegationem ſcripturarũ,ne multi- Bernard.

tudo locorum & prolixitas faſtidium uobis ingereret, nunc tandem de circunſtantijs tantum dixiſſe ſufficiat, Oremus dominum Ieſum.

Concluſio homiliarum de confeſſione.

Obſerua hic quiſquis es qui prædicandi munere fungeris, & memento eius quod ab initio diximus, nos non uniuerſam confeſſionis materiam ſuſcepturos explicandam, ſed præcipua tantum, & quæ nobis ſint factura ad refellendos neochriſtianorum errores, & ad confirmandam fidei catholicæ ueritatē. ultro enim hic iſta quæ ſequuntur, prætermiſimus.

Omiſſa hic

1. Quomodo mutus & qui confeſſionem non intelligit, confiteatur.

2. Quo pacto Italus aut Hiſpanus, & quiſquis tenetur confiteri, poſſit hoc in ſcripto proponere.

3. An in articulo mortis poſſit aliquis confiteri laico, q tamen nullam habeat abſoluendi poteſtatē.

4. An ſacerdos queat confiteri alteri à ſuo parocho.

5. Vtrum etiam confeſſi ſint apoſtoli.

6. An poſſit cum aliquo diſpenſari, ut non confiteatur.

7. Diu multumq; diſputatum eſt, liceat ne religioſis audire confeſſionem in paſchate.

8. An oporteat confeſſorem eſſe doctum, & carere aliquo peccato mortali.

9. Qua utatur modeſtia & quo iudicio confeſſor in interrogando confitentem.

10. Quid operet cōfeſſio manifeſta & generalis.

11. Quur tandē ceſſarit in eccleſia confeſſio pæ

nitentiæ ſolennis.

Hæc & id genus alia multa, quæ ipſi per ſexenniū prædicauimus in quadrageſima, ultro trāſeuntes ſtudio breuitatis, ꝓperabimus ad ea quæ adhuc ſuperſunt circa materiam pœnitentiæ explicanda.

HOMILIA XLVIII. DE ABſolutione ſacerdotali, quæ inſequitur confeſſionem.

Miſſa hic ſunto om̄ia ea quæ ſupra diſſeruimus tomo ſecundo, per duas homilias de poteſtate clauium.

Accipite ſpiritumſanctum, quorum remiſeritis peccata. Iohannis XX.

QVum ea ſit noſtra conditio pro uitæ huius ſtatu, ut ſubinde per peccatum excidamus à gratia dei & iuſtitia baptiſmali, miſericors & miſerator dominus alteram nobis poſt naufragium reliquit tabulam, ut ait Hieronymus, pœnitentiam ſcilicet, de qua per aliquot hactenus homilias diſſeruimus, quomodo pœnitētiam uolens agere, uerā debeat habere cōtritionem in animo ſuo, integram confeſſionem in ore, proxime nunc ſequitur abſolutio ſacerdotalis: non eſt autem contritio hoc ipſum ſacramentum, neq; confeſſio, quia illa opera ſunt hominum, ſed proprie conſiſtit hoc pœnitentiæ ſacramētum in abſolutione ſacerdotali, ideoq; tunc ſe humiliare quiſq; debet & cum reuerentia inclinare, neque amplius cogitare opus id eſſe hominis, ſed uir- Hierony.

tutem & operationem ſpiritusſancti, quum iam ſacerdos exprimit uerba quę commiſit Chriſtus. tunc enim operatur uirtus paſſionis & mortis Chriſti, ſanguis quoque illius abluit peccata noſtra, accipiente tũ pœnitente gratiam ſpiritusſancti ex ui ſacramenti, eaque prouenit ex clauium poteſtate, quas ante paſſionem ſuam dominus promiſit apoſtolis, & poſt reſurrectionem die ſancto paſchæ, conſidentibus undecim largitus eſt nocte, inſufflando in eos & dicendo: Accipite ſpiritumſanctum. quorum remiſeritis peccata, remiſſa erunt: & quorum retinueritis, retenta erunt, &c.

Matt. 18.

Johan. 20.

Aue Maria.

1. Quomodo non æqualis ſit clauium poteſtas circa remiſſionem peccatorum in deo, in Chriſto & ſacerdote, ſatis declaratum eſt alibi. quãtum ergo ad hoc noſtrum inſtitutum ſatis eſt, principio & decuit & neceſſarium fuit nobis, ut pro ſua immẽſa clementia dominus Ieſus poteſtatem ſacerdotalem (quam nos illum ſequuti, clauium nomine intelligimus) eccleſiæ ſuæ, priuſquam aſcenderet ad patrẽ, relinqueret: ſicut enim dominus quicunque aut princeps aliorſum profecturus, miniſtris ſuis claues committit, ita Chriſt⁹ miniſtris eccleſiæ ſuæ claues illas tradidit, poteſtatem ſcilicet ſacerdotalem, propter ſimilitudinẽ: quoniam ſicuti clauis materialis ad hoc utilis eſt, ut fores reſeret atque patefaciat, ita per hanc poteſtatem ſacerdotum hominibus aperitur & clauditur regnũ cælorum. nam & hoc clauditur alicui per peccatum, uel per obligationem ad pœnã peccati: aperitur aũt, quando utrunque id inſtar obicis retruditur.

Ubi ſupra.

Poteſtas clauium.

Sequitur inde, quur non fuerint illæ claues etiam

in ueteri teſtamento, ut ibi quoque ſacerdos ſecundum ordinationem Aaronis habuiſſet eiuſmodi poteſtatem, imò & nomen clauium antea fuit inauditum, uſque dum ueniſſet Chriſt⁹, qui clauem domus Dauid, hoc eſt, crucē portauit in humeris ſuis. & inſuper pollicitus eſt Petro, atque poſt eum omnibus apoſtolis claues regni cælorum. Ratio autē ꝙ ante Chriſtum in ueteri lege non habuit ſacerdos legalis has claues, eſt illa, quia ante paſſionē & mortē Chriſti cælum nondum fuit apertum, quod denique reſerauit dominus Ieſus cruce ſua, in cuius efficaci uirtute etiamnum ſacerdotes reſerant cælū per uerba abſolutionis, ſicut ab initio diximus, omnia ſacramenta habere efficaciam ſuā ex morte Chriſti, ideoq́ claues ſacerdotales non quidem in ueritate, ſed ſub figura tantum fuerunt in ueteri teſtamento.

Claues nō in lege.

Eſaie. 22.
Mat. 16.

Siquidem officium illud uetus & Moſaicum, ferè ſitum erat in tribus. primum, quia claudebant & reſerabant templum materiale mundis & immundis, iuxta diſpoſitionem legis: deinde conſiſtebat in oblationibus ſacrificioꝛ & ſacramentoꝛ legalium. Poſtremo, in purificationibus quarūdam irregularitatum, in quibus aliquis demeruerat nōnihil iuxta legis determinationem. In primo figuram geſſerūt eccleſiæ catholicæ, in ſecūdo ſacramentorū eccleſiæ, in tertio remiſſionis peccatoꝛ: quapropter theſaurus hic longe precioſiſſimus eſt, quem reliquit nobis Chriſtus in ijs clauibus, ad conſolationem omnium afflictoꝛ peccatorum, ut ſic habita contritione de peccatis, ut reḉ cōfeſſi, ſignum habeamus infallibile remiſſionis peccatorum & collatæ gratiæ diuinæ.

Officium ſacerdotis legalis.

Leuit. 21.

2. Ex ijs liquet, triplicem eſſe occluſionem cæli.

Triplex

clauſura cęli. primum enim cõcluſum eſt cælum omnibus in uniuerſum hominibus propter præuaricationẽ primorum parentum. concluſio hæc etſi generalis, non tamen fuit perpetua, quia dominus Ieſus iterum aperuit. ipſe enim eſt qui aperit, & nemo claudit. Apoc. 3.

2. Clauſum quoq; erit cælum in die nouiſſimo, per horribilem ſententiam iudicis omnibus damnatis in æternum. atq; hoc eſt quod ait dominus, quæ paratæ fuerant, introierunt cum ſponſo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. Eodem pertinet quod in ſuperiori loco Iohannes dicit de Chriſto: Claudit, & nemo aperit. O concluſionem miſerandam, quando dãnatis perpetuo claudetur cælum. ſunt tamen qui intelligant de limbo, quem etiam clauſit dominus. Matt. 25. Apoc. 3.

3. Inſuper adhuc clauditur cælum quibuſdã hominibus, ſpecialiter ad tempus, propter peccata uel pœnam pro peccatis debitam, ut ijs qui in purgatorio detinentur. Harum clauium poteſtas & uſus eſt penes miniſtros eccleſiæ, quorum intereſt aperire cęlum in abſolutione ſacramentali. Vnde patet intellectus uerborum Iohannis, quando dicit in perſona Chriſti habere ſe claues mortis & inferni, quoniam & ibi intelligitur poteſtas Chriſti. Non diuerſum eſt quod clamat uidiſſe ſe oſtium in cælo apertum. Vere enim apertũ eſt & quidem à Chriſto, quoad oſtiũ in ſe, ſed prohdolor multi peccatores per ſua peccata ipſi ſibi occludunt. Apoca. 1. Apoca. 4.

Diligenter & ſæpe hoc ſecum recolat quilibet peccator, q̃ acerbum fuerit Chriſto quoaduſque aperuit nobis ianuam regni cælorum per paſſionem ſuam & mortem: rurſus, quæ ſit ingratitudo peccatoris illã ſibi denuo claudentis per peccata ſua, idq; ob exi-

guam,ſordidam & momentaneam uoluptatulam. Accedit & hoc,quod quãuis claues illæ datæ ſunt ad claudendum & aperiendum,pręcipue tamen in hoc ſunt commiſſæ & traditæ,ut per eas aperiatur cælũ, ſicut & paſſio Chriſti principaliter eſt completa ad reſerandum regnum cælorũ, quod tamen nihilo mi nus concluſum eſt infidelibus. Ratio illius hæc eſt, quòd claues datæ ſunt in ſalutem & utilitatem eccle ſię:Concluſio autem inutilis eſt & damnoſa miſeris, quapropter clauium ſacerdotalium uſus præcipuus eſt in aperiendo cælum,atq; per accidens tantũ concludunt cælum ijs,qui ſeipſos non pręparant ad huiuſmodi reſerationem & apertionem cæli. Quanuis & hæc ipſa cõcluſio medicabilis eſt, ſiquidē ideo qs ligatur à ſacerdote, ut ſui ipſe rationem habens, ſeq; ipſum euoluēs totum,agnoſcat peccata ſua,& quod inde enaſcitur damnum immēſum,ſicq; conteratur, & hinc rurſus ſibi aperiatur cælum, ſicut & canones excommunicationem remedij appellatione exprimunt & intelligunt.

3. Sed dubitas nonnihil adhuc,neq; ſatis tibi uideris intelligere, quidnam ſit hæc ſacerdotalis apertio & concluſio,audi quædam paulo apertius.Profecto concluſio & apertio clauium ſacerdotalium pri mo intelligi ſic poteſt,quod faciat illud dum iudicat examinata iam & explorata conſcientia,ſit ne apertum ei aut concluſum adhuc cælum. Confeſſor mul tum durus & rigidus fuit Chriſtus Iudæis,quãdo eis reuelauit diuinum ſuum iudicium,dicens: In peccatis ueſtris moriemini.& de Iuda ſic inquit, Melius ei fuerat ſi natus non fuiſſet homo ille. Apertio clauis ſacerdotalis. Iohan.8. Matt.26.

2. Deinde aperit quoq; ſacerdos dum remittit

partem pœnæ pro peccatis debitæ, uel quum obligat & conſtringit eum ad pœnam, quam aut hic pro peccatis ſuis ſuſtineat, aut tãdem in purgatorio pro illa grauius torqueatur.

Excommunicare an ſit clauiũ.

3. Præterea dum aliquem excommunicat, etiã concludit cęlum: abſoluens iterum ab excommunicatione, aperit cęlum. de excommunicatione tamẽ hic plura non dicemus, quia magis pertinet ad forum ſpirituale externum quàm ad iudicium pœnitentiæ, quãdo etiam qui claues ſacerdotales non habet, excõmunicare alium nõ poteſt, ut archidiaconus. (excommunicare eſt iuriſdictionis, & non fundatur in poteſtate clauiũ de ꝓpinquo, ut patet in archidiacono, ſed bene remote, quia ille habet iuriſdictionẽ ab habente poteſtatẽ clauium papa uel epiſcopo, &c.)

Claues plures.

Quæris adhuc, quot tãdem ſint claues ſacerdotales, eo quod hic ſemper claues commemoramus? Sane plures ſunt claues ꝙ una, ſiquidem Chriſtus tã ad Petrum quàm ad reliquos apoſtolos ſemper de clauibus loquutus eſt in plurali. uide inducta per nos in li. de pœnitentia. Sunt qui dicant dominũ ideo multas dixiſſe claues, propter ligatiõem & ſolutionem. nos iter ingrediemur conſuetum & bene tritum patrum noſtrorum, atq; ſic minus aberrabimus. Sunt ergo geminæ claues ſacerdotis, prior eſt poteſtas ſciẽtiæ, qua dignoſcit dignum aliquem eſſe uel indignũ abſolutione. Ecce ꝗmodo non idẽ eſt, poteſtas ſcientiæ & ipſa ſcientia. (uide Gab. in canone miſſæ poſt Gerſonẽ) oẽs enim ſacerdotes legitime ordinati, poteſtatem habent diſcernendi, & tamen ex ijs plurimi rudes ſunt & indocti. Accipe eius rei exemplum, ſi quando princeps iudicem conſtituit in

ſua ditione,is iam poteſtatem habet iudicandi inter iuſtum & iniuſtum.neq; minus interim deficit ille ſæpe in ſuo iudicio,ut nõ ſatis diſcernat æquum ab iniquo. Ita plane ſacerdos in ſacramẽto ordinis accipit clauem ſcientiæ,ſed non ideo etiam ſcientiam ſimul recipit:q̃uis uerum ſit, ꝙ nemo poteſtatẽ ſibi debeat uſurpare,imò neq; epiſcopus aliquem conſecrare, qui non ſufficientem habeat ſcientiam ad huiuſmodi poteſtatem exequendam. ſiquidem cura animarũ ꝓfecto ſciẽtia eſt,quæ oẽs lõge ſuperat &excellit ſcientias,quia eſt ars artium. Inde ſequitur,laudatã eſſe quarundam diœceſum cõſuetudinem, in quib⁹ etiã ſi omnes ſacerdotes in ordinibus æqualem ſuſcipiũt poteſtatem,tamen quia alius ad ſui officij exequutionem alio aptior eſt,prudenter ibi agitur,ꝙ nonnulli ad orationes tm̃ & ad miſſæ ſacrificium admittuntur,alij etiam ad curam animarum ſuſcipiendam. ꝙ ſi tamen ſacerdos uideat ſe in exequendo officio ſuo paulo eſſe inferiorem, minusq; idoneũ, is ſequatur illud conſilium Gerſonis:doctorum & piorum hominum ſæpe utere conſilijs.

Clauis ſcientię non eſt ſciẽtia.

C cum ſit de ętat. & quali. ord.

Altera clauis poteſtas eſt ferendi iudicium: prior illa in primis foribus eſt. primum enim dijudicandũ eſt,quid faciendum,quidve obmittendum, quid iuſtum ſit aut iniuſtum,ac deinde tandem edicit & ꝓnunciat ſententiam in cauſa pro ſuo &aſſeſſorum ſuorum iudicio. Eſſe autẽ claues illas duas inter ſe diſtinctas,uel hinc manifeſtum fiet,ſi quãdo princeps uni ſiue pluribus cognitionem cauſæ cõmittit & iudicium relinquit, quid deniq; ſuper eo ſit pronũciandum,illi nondum habẽt poteſtatẽ ferendi ſententiã: ſed quicquid cognouerint,tandem proponũt, oſten

Clauis poteſtatis.

dentes quid in ea re facto ſit opus:Ita demum princeps,ſiue arbiter cauſæ uel conſul ipſe,poteſtatē habet ferendi ſententiam. unde ſatis apparet diſtincta illa poteſtas in diuerſis perſonis.ſin autē fuerit princeps uel iudex ipſe eius intelligentiæ, ut poſſit per ſe diſcernere de ijs quæ ſint agenda,ſtatim ſine ulteriori cognitione feret ſententiam.Et ſic gemina hęc poteſtas clauium eſt in quolibet ſacerdote. Cæterū poſſe presbyterum utriuſque hui⁹ clauis uti miniſterio, requirit adhuc tertiam poteſtatem iuriſdictionis, ut ſic tanquam ſuperior iuridicialem poteſtatem habeat in eum quem abſoluit.(poteſtas clauium per ſe dicitur poteſtas ordinis, quia omnis ſacerdos ordinatus habet illam poteſtatem, licet non exequutionem)de hac poteſtate tertia nōnihil infra dicturi ſumus circa ſacramentum ordinis.opinio enim Armacani & Durandi in 4.quód quilibet ſacerdos quēlibet poſſit abſoluere,nec autoritati nec rationi innititur. Volens hic obmitto, an illæ duæ claues idem ſint eſſentialiter in ſacerdote uel non,& an duæ tantum dicantur propter operationem. Ad ſcholas eñi ſunt releganda:uide Gabrielem in canone poſt Gerſonem & Aliaceñ.

Iuriſdictio

Lib. 11. de quæſt.Arm.

4. Effectus itaq; clauium & maxime clauis ipſius poteſtatis eſt hic,ut ſacerdos abſolutionem pronunciet confeſſo ſuper omnibus peccatis ſuis:atque hoc ipſum ſane uerum & eſſentiale eſt ſacramentum pœnitentiæ,quia ut reliqua ſacramēta,ita hoc etiam ſuas habet partes:materię enim locum ſubit hic peccator confitens, miniſter autem ſolus eſt ſacerdos, qm̄ nullus laicus poteſt aliū ſacramentaliter abſoluere.ſed forma eſſentialiter conſiſtit in abſolutiōe,quā

cõplet ſacerdos ex clauiũ poteſtate, de abſolutiõe er go immorandũ nonnihil eſt, & hęc breuiter dicẽda.

1. Conuenit, ut ad finem confeſſionis quilibet confitens concluſionẽ proponat generalem, ſeq; reũ pronunciet omnium aliorum peccatorum uenialium & mortalium, eorum etiam quæ confeſſus ſit uel nõ confeſſus, quorum oblitus forſitan fuerit, uel quę non ſatis ſciat eſſe peccata, ſicut eum deus reum agnoſcit &c.

2. Decet etiam ſacerdotem præſcripta uti abſoluendi formula, quanuis hic non perinde certa & inuariabili ut in alijs ſacramẽtis, puta baptiſmo & eucharistia, quia hoc ſacramentum eſt quaſi iudiciale, ubi ſacerdos ueluti iudicis fungitur officio inter deũ & hominem peccatorẽ, ſicut Moyſes iudex erat inter deum & populum Iſrael. In ſecularibus autem iudicijs non eadem ſemper obſeruatur ferendæ ſententiæ formula, quoniã Agricolaus huiuſmodi tulit ſentẽtiam ſuper S. Blaſium, Blaſium doctorem Chriſtianorũ, contemptorem uenerabilium deorũ noſtrorũ gladio animaduerti, ad exemplum cæterorum iubemus. Sup Tecla huiuſmodi lata ſentẽtia eſt: Teclam pietatis ac dei cultricem relaxo. Galerius tali ſententia condemnauit B. Cyprianum: Inimicũ te dijs Romanis & ſacris legibus conſtituiſti, ideo quũ ſis neqſſimi criminis autor & ſignifer deprehenſus, ad exemplar aliorũ in te gladio animaduerti placet. Quapropter neque ſacerdos certis eſt uerbis adſtrictus in ſua ſententia ferenda, modo iſtiuſmodi uerbis utaẽ, quæ ligatum illum ſiue abſolutum eſſe inſinuent.

Forma abſolutionis.

Blaſius.

Tecla.

Cyprian⁹.

3. Inde ſequitur, uerba illa ſacerdotis nõ eſſe abſolutionem quum dicit, Miſereatur tui omnipotens

Oratio ante abſolutionem.

deus, & dimiſſis omnibus peccatis tuis perducat te dominus noſter Ieſus Chriſt⁹ ſine macula cum gaudio in uitam æternam, Amen. Indulgentiam & remiſſionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens & miſericors dominus, Amen. Hæc inquam abſolutio non eſt, ſed pia tãtummodo precatio pro remiſſione peccatorum. Verba autem ſacramentalia efficaciam ſuam ex diuina habent inſtitutione, ideoq́; oportet ibi uti uerbis quæ inſtitutioni diuinæ ſint conformia. Chriſtus autem ait: Quo-

Iohan. 10.

rum remiſeritis peccata, &c. Ecce quorum, ait, remiſeritis, non quorum petieritis remitti: deinde quilibet iudex libere debet ferre ſententiam, non rogare aut petere, q̃uis in hac re pium eſt, utranq; hãc precationẽ p̃mittere ante abſolutionẽ, non quód ſint neceſſariæ, ſed ut ſic confeſſor deũ roget, quatenus pœnitentẽ ſua gratia faciat capacem ſacramẽtalis abſolutionis, ſi forte adeſſet aliquod impedimentum.

Confutatio ordinationis Nurenbergenſis.

4. Rurſus hinc conſequitur, formam recẽs iam à quibuſdam neochriſtianis excogitatam, inualidã eſſe ad abſoluẽdum, eo quod tantum petit, nihil abſoluit, ſicut eorum ordinatiõem nouam de integro refutauimus.

5. Eſſentialiter in hoc conſiſtit forma, quod uerbis proprijs declaret ſacerdos, ſe ei quẽ abſoluit, remittere peccata. fit hoc plerunq; ĩis uerbis, Dominus noſter Ieſus Chriſt⁹ dignetur te clemẽter abſoluere, & ego autoritate ipſius, qua in hac parte nũc fungor, abſoluo te à ſententia excommunicationis minoris,

Forma abſolutionis.

& ab omnibus peccatis tuis, in nomine patris & filij & ſpiritusſancti, Amen. In hac iam forma ſacramenti pœnitentiæ confertur gratia ſacramentalis, quam

operatur efficaciter amariſſima paſſio & mors Chriſti in animam abſoluti.

6. Nemo tamen ſuſpicetur om̃ia hęc uerba eſſe neceſſaria. nam & illa prima poſſunt obmitti, dominus noſter Ieſus Chriſtus: ſimiliter & hæc ultima, in nomine patris &c. ſicuti neq; neceſſarium eſt, ut ſacerdos faciat crucẽ inter abſoluẽdum: omnia tamen hæc pulchre ſibi conueniunt, & ſubinde admonẽt ſacerdotem ſummi huius officij miniſterijq́; ſui, & unde habeat hoc ſacramentum ſuam operationem: p̃cipue enim & ut ita loqui liceat, autoritatiue fit abſolutio à ſumma & ſupbenedicta trinitate, ſacerdos autem miniſter tantum eſt dei, loco cuius abſoluit, deinde ſacramentum quoq; ipſum omnem ſuam uirtutẽ & efficaciam habet ex merito paſſionis & mortis Chriſti. unde bene conuenit, ut ibi tam præclara fiat Chriſti memoria, & paſſionis ſuæ atque mortis commemoratio.

7. An autem debeat ſacerdos ſuper caput pœnitentis digitos ſuos ponere, dum pronunciat abſolutionem, uideo hanc eſſe beati Thomæ & Antonini ſententiam, ut hoc minime ſit faciendum: quoniam impoſitio manuum proprie tãtum pertineat ad ſublimiora ſacramenta, quæ ſuperexcellentem conferunt gratiam, ut ſunt cõfirmatio & ſacerdotalis ordo. Equidẽ putarim, ſi qs abſoluatur q peccarit in eccleſiam, ut hæreticus, ſchiſmaticus, aut excommunicatus, nõ male fieri ſi ſacerdos imponat illi manũ in ſignũ reconciliationis, ſicut hoc teſtatur Auguſtinus libro 3. de uni. baptiſm. contra Donatiſtas, dicẽs. Manus impoſitio nõ ſicut baptiſmus, repeti nõ poteſt, quid eſt enim aliud, niſi oratio ſuper hominem?

Impoſitio manuum.

Auguſti. cap. 16.

Agat. concilium. Ita & concilium Agathenſe decreuit, ut ſacerdos priuſquam aliquem abſoluat ſolenniter, imponat ei manus ſuper caput & aſpergat aqua benedicta. ideoq; quum fere per Germaniam mos hic ſit imponendi manus ſuper caput ſub abſolutione, nolim ſanè reluctari: ſicut nec improbãdum cenſeo, quod quidam crucem faciunt dum abſoluunt pœnitentem.

C. in capite 2. diſtin. Profecto enim illa quoq; beati Thomæ ratio nihil concludit, quaſi manuũ impoſitio gratiam cõferat ſuperexcellentem. uerum id quidem eſt in confirmatione & ordine, aliàs autem non ſemper: in multis nanque diœceſibus mos obtinet, ut in ſacramento unctionis imponantur manus ſuper infirmos, iuxta illud uerbũ Chriſti: Manus imponent ſuper infir- Marci. 16. mos, & bene habebunt.

Pœnitentia iniũcta 8. Etſi hoc quoque neceſſarium non eſt, laude tamen non uacat, quod quidam addunt, paſſio Chriſti & meritum beatæ Mariæ uirginis, labor quoque tuus ſacerdotalis (ſi ſit ſacerdos) & omnia opera bona quæ feciſti, uel adhuc es facturus, ſint tibi ad ſalutem & remiſſionem peccatorum tuorum, ad incrementum gratiæ in hoc tempore, & glorię in futuro. Ratio huius eſt, quod omne opus bonum, quum fit ex impoſitione clauium ſacerdotalium, magis ſatiſfacit pro peccatis quàm ſi faceret aliqs ſine iuſſu clauium, ut ſi proprio motu ieiunet, minus acceptũ eſt deo, q̃ ſi ieiunaret ex impoſitione ſacerdotis. ſed de ijs plura infra de materia ſatisfactionis.

9. Ex ſimili cauſa bene ſit etiam, ſi addat ſacerdos, omnia mala & aduerſa quæ pateris, ſint tibi in remiſſionem & abſolutionem peccatorum, ſicuti ſupra in quadam homilia de pœnitentia diximus.

10. Perinde & ſalutare & neceſſarium eſt, quòd ſacerdos in abſolutione ſua confitentem abſoluit à ſententia excommunicationis minoris, & (ſi poteſtatem habeat) etiam maioris, atq; inſuper addat, & ab omnibus peccatis tuis: quia oportet primum amouere impedimentum huius ſacramenti, puta excommunicationem: & ſi habeat ſacerdos poteſtatem abſoluendi ab excommunicatione maiori, dicat: Abſoluo te ab excommunicatione maiori ſeu grauiori, & reſtituo te communioni fidelium & ſacramẽtis eccleſiæ, atq; eadem poteſtate abſoluo te ab om̃ibus peccatis tuis &c. Abſoluit à poena excommunicationis.

11. Quod autem addunt nonnulli, Abſoluo te ab omnibus peccatis tuis contritis & confeſſis & oblitis, etiam non perinde probant doctores, quia diſputatione non uacat quid interſit inter attritionem & cõtritionem, ibi multo ſatius eſt huiuſmodi dubium uitare, ideo communiter concludunt doctores, quo generalior ſit abſolutio, & paucioribus uerbis comprehenſa, eo meliorem illam eſſe. Abſolutio ſuper contritis, confeſſis, oblitis. Nota.

12. Si quãdo ſacerdos abſoluere uult quempiam perfecte in anno Iubileo, uel ubi quis bullam habeat confeſſionalem à ſummo pontifice, ut poſſit abſolui à poena & culpa: de ijs uide ad longum in Antonino, & qualis obſeruanda ſit forma, quum quis ſolẽniter uel ab anathemate abſoluit, aut hæreticus, ſiue ſchiſmaticus, & autor hęreſeos, omnia hæc eſt reperire in pontificali libro tertio, titulo nono & decimo.

Ex ſupradictis omnibus ſequitur, quòd ſicut ſolus ſacerdos poteſtatem habet ſuper corpus Chriſti uerum, ad conſecrandum illud in ſacramento altaris, ita ſolus ille poteſtatem quoq; habet ſuper corpus Chri

ſti myſticum, hoc eſt, ſuper fideles, abſoluendi eos à peccatis: quoniam ſi in caſu & periculo mortis confiteatur aliquis laico, non poteſt hic illum ſacramentaliter abſoluere.

Effectus clauium.

5. Ad extremum dicendum nonnihil eſt de effectu clauium in abſolutione. (obmiſsis diſputationibus doctorum, uide Scotū, Adrianum papam, &c.) id ut magis pateat, digeremus more noſtro in articulos.

Contritio delet peccata.

1. Quicunq; peccator in animo ſuo perfectam concepit contritionem ſuper peccatis ſuis, iamq; uoluntatem habet firmam ea confitendi, & abſolutionem ſuper ijs à ſacerdote ſuſcipiendi, huic iam dimiſſa ſunt peccata, priuſquam abſoluatur à ſacerdote: conſtat hoc ex uerbis prophetæ, dicentis: Conſiderans & auertens ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis, quas operatus eſt, uita uiuet & non morietur. conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus ueſtris, & nō erit uobis in ruinam iniquitas, proijcite à uobis omnes iniquitates ueſtras, in quibus præuaricati eſtis, & facite uobis cor nouū & ſpiritum nouum. Id ſatis manifeſte cernere licet in figura pœnitentis. Auguſtinus enim & Gregorius teſtantur, reſuſcitationem Lazari eſſe typum reſurgentis alicuius à peccatis. Chriſtus autem ipſe utique uiuificauit Lazarum, quem ubi iuſsit prodire foras, adhuc tamē ligatum, adhuc commiſit apoſtolis ut eum ſoluerent. Ita in contritione peccator ſuſcipit gratiam dei & reuiuiſcit, quanuis deinceps apoſtoli, hoc eſt, ſacerdotes, uincula diſſoluunt.

Ezech. 18.

Super Iohā. 2 libro de queſtio ni. Euangel.

Iohan. 11.

Solus deus dimit-

2. Certum adeo hoc eſt, quòd in omnibus pœnitentibus ſolus deus præcipue peccata dimittit, &

poſt eum ſacerdos quoq; tanquam miniſter per poteſtatem clauium. ita enim dicit per propheta͂: Ego ſum ipſe qui deleo iniquitates populi. ſic & Ambroſius ait: Solus peccata dimittit, qui ſolus pro peccatis noſtris mortuus eſt. Et concordat Auguſtinus, contra Iulianum inquiens: Nemo tollit peccata niſi ſolus deus, qui eſt agnus qui tollit peccata mundi. Quod autem ſacerdos etiam ut miniſter dimittat peccata, ſatis apertè teſtatur & affirmat Chriſtus, dice͂s: Quorumcu͂q; remiſeritis peccata, remiſſa erunt. ſimili modo in pluribus locis probat Auguſtinus eccleſia͂ ſuſcepiſſe poteſtate͂ dimitte͂di peccata, ita ꝙ qbuſcunq; ſacerdotes dimiſerint peccata, ijs remittat etia͂ deus: qua͂uis nemo abuti debet hac poteſtate uel liga͂di tale nil co͂meritu͂, uel remittendi peccata ijs q etia͂ non meruerint, ſicut Hieronymus inuehit co͂tra eos, qm̃ apud deu͂ no͂ ſente͂tia ſacerdotu͂, ſed reorꝫ uita q̃ritur.

tit pecca-ta. Iſaie.43. Ambroſ. Auguſtin. Iohan.1. Iohan.20. Super Iohan.7 de pœni. Super Mat.16.

3. Communis hæc ſententia eſt, quòd ſi peccator contritionem haberet imperfectam & defectuoſam, quæ ipſum non ſatis præparet ad ſuſcipiendam gratiam dei, & tamen cum humilitate accedit ad confeſſorem, neq; tum habet propoſitum pecca͂di, nec obicem ponit gratiæ diuinæ, in illo ſanè operatur abſolutio ex poteſtate clauium & gratia ſacrame͂tali, qa Chriſtus præſens & propicius adeſt ei, remiſſionem peccatorum & gratiæ infuſionem largiendo: non ꝙ ſacerdos tribuat gratiam, ſed ſicut in baptiſmo, ita hic omnia adimplet ut miniſter, faciens ea quæ fieri ordinauit dominus. ibi tum ſummus ſacerdos Chriſtus operatur, ſicut ab initio diximus in præfatione de ſacramentis.

Quando clauis abſoluit.

4. Id ita intelliges, quod ſacerdos quaſi mediator

Deut.5. eſt inter deum & hominem peccatorē,ſicut fuit Moyſes inter deum & Iudæos. Quod ſi ergo mediator eſt, utique peccator quaſi per eum aſcēdit ad deum, & deus per illum ſeſe demittit ad peccatorē,in aſcendendo quidem ad deum orat,uti ſupra diximus,quomodo ſacerdos oret ante abſolutionem, Miſereatur tui &c.&, dominus noſter Ieſus Chriſtus per meritum paſſ. Quantum autem & quomodo deus per operationem & effectum gratiæ ſuæ deſcendit medi ante ſacerdote, ibi ſacerdos poteſtatem habet loco dei diſcernendi & iudicandi tāquam ſuperior,atq; ea ſane uelut radix eſt, quare ſacerdos in abſolutione ſe habeat per modum petentis & præcipientis:quo ad deum enim,petit:quo ad ſacerdotium, præcipit.

5. Etſi iam peccatori peccata ſua ſunt per præuiam contritionem dimiſſa, tamen ea minime dimittuntur,ſi non habeat propoſitum & uoluntatem illa cōfitendi, quia aliàs reſiſteret ſpiritui ſancto,qui per ſacerdotem peccata dimittit. prius enim quàm dominus apoſtolis tradidit claues,ait euangeliſta: Inſufflauit,& dixit eis:Accipite ſpiritum ſanctum.contrarium id eſſet poteſtati eccleſiaſticæ,quam q́ſquis contemnit,deum ipſum contemnit: & quicunque poteſtati reſiſtit,dei ordinationi reſiſtit.

Johan.20. Luce.18. Roma.13.

6. Huiuſmodi homini cui peccatum per præmiſſam contritionem dimittitur, multum adhuc commodi emergit ex remiſſiōe peccatorum.nam quum nemo certo ſcit,odio ne an amore ſit dignus, unde & dominus ait:Si feceritis omnia quæ præcepi uobis, dicite:Serui inutiles ſumus, ideo quis ſemper in ambiguo adhuc ueluti ſuſpenſus eſt ſuper remiſſione peccatorum:ſuſcepta autem abſolutione,ſicut inſti-

Eccle.9. Luce.17. Abſolutio prius contriti.

tuit dominus, nihil amplius dubitare poteſt de eo quod Chriſtus promiſit eccleſiæ, quin illud ſit ſeruaturus, ipſe enim eſt uia, ueritas, & uita. Ita autem habet promiſſio Chriſti: Quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælis. Gaude igitur & lætare quiſquis confiteris, dum illud reconciliatorium & ſacramentale ſignum ſuſcipis à ſacerdote, animum tuum & fiduciam erige in deum, non aliud tecum cogitans, niſi te ab ipſo Chriſto eſſe abſolutum certo, quando prius per contritionem & confeſſionem teipſum, ut edoctus es, præparaſti. glorifica deum cum turba, eo quod talem poteſtatem dederit hominibus remittendi peccata. Vnicum hoc eſt remedium, quo pacatur hominum conſcientia, promiſſio euangelica Chriſti, dicentis: Quorumcunque remiſeritis peccata. ſummum hoc ſolatium eſt hominis peccatoris in hac uita, ſicut & Eſaias conſolabatur Ezechiam, & Chriſtus ſubinde in euangelio dicere ſolitus eſt ad infirmos: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Matt. 9. Iohan. 20. Matt. 9. Luc. 7.

7. Ad hoc etiam confert abſolutio ſacerdotalis, quod pœnitentem reconciliat cum eccleſia, qui paulo ante per peccatũ mortale ſe ipſum fecerat membrum mortuum & inualidum. Atq; ut maxime peccator per ueram contritionem acquirit gratiam dei, pœna tamen ſolummodo æterna ei mutatur in temporalem, iuxta magnitudinem & ardorem contritionis. ſacerdos autem per abſolutionem & clauium poteſtatem adimit quoq; magnam partem illius pœnæ temporalis, ſicut ex hiſtorijs beati Gregorij in dial. poſſet induci, & dominus quoque culpam & pœnam ab inuicem non ſegregat, quando uel promiſit, uel tradidit claues: quia arbiter ſeu iudex nõ diſcer Uis clauium. Libro. 4.

nit neque fert ſententiam pro ambarum partiũ placito ac deſiderio.

8. Poſtremo præterquam quod ſacerdos per poteſtatem clauium adimit multum de pœna temporali, dũ abſoluit, longe plus tamen aufert, eo quod illa ipſa poteſtate clauium ſatisfactionem ei imponit, quæ tertia eſt pœnitẽtię pars, de qua in ſequentibus homilijs differemus. interim hæc nunc de abſolutione dicta uobis ſatis facient. rogemus communibus uotis dominum Ieſum &c.

HOMILIA QVADRAGESImanona, de ſatisfactione, & quod ipſa quoq; ſit neceſſaria.

Facite fructus dignos pœnitentiæ. Lucæ III.

PRæclaram nos docuit dominus regulam, cuius ope omne bonum agnoſcamus tam in perſonis, quàm legibus, doctrinis, ſectis & alijs, licebit hac amuſſi uti, quæ paucis ijs uerbis eſt propoſita, Ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Hac regula
Mat. 7. ſi diu uſi fuiſſent noſtrorum neochriſtianorum principes & magiſtratus, intellexiſſent utiq;, quomodo
2. Petri. 2. prædicatores eorum carnis deſideria ſectantes, ſectã doceant perditionis, planeq; talem, quæ nil boni nec ferat, nec faciat: cui adhęrẽt ij, q nullã ſui emẽdationẽ conſiderant, neq; eorum quos ſuis adiungunt peruerſis dogmatibus. Diuerſum docuerunt nos ſuis exemplis & uerbis Iohannes, Chriſtus, Petrus & omẽs pij prædicatores: quia qui ad nouam Petri prædicationem ſunt conuerſi, compuncti ſunt in cordi-
Actu. 2. bus, baptizati q̃q; perſeuerarũt in doctrina apoſtolo

rum,in oratione & fractione panis,hoc eſt, communione corporis Chriſti,erant illis etiam omnia communia. Prædicatio inſuper Chriſti quantum bonorũ fructuum in omnibus pijs ſit operata, tota euangelica teſtatur hiſtoria,ſimiliter & ad prædicationem Iohannis conuenit uniuerſa Iudæa & tota ciuitas Hieroſolymitana,baptizabantur autem ab eo confitentes peccata ſua:neque hoc ſatis fuit apud Iohannem, qui ſuper hæc requirebat ab illis ut facerent fructus dignos pœnitentiæ,contritionemq́ꝫ ſuam ipſo facto declararẽt. Vox hæc clamãtis in deſerto,etiamnum reſonat in omnibus templis apud catholicos: quia ille adhuc quoqꝫ præparat uiã domino,adhuc clamat ad omnes contritos de peccatis ſuis,facite dignos fructus pœnitentiæ &c. Matt. 3. Iohan. 1.

Aue Maria.

Duas hactenus pœnitentiæ partes abſoluimus, dilectiſſimi in domino Ieſu,contritionem & confeſſionem:illæ enim ſacramentalem præcedunt abſolutionem:reliquum nunc eſt,auxiliante dei gratia, nonnihil differere de ſatisfactione,quæ pœnitentiæ pars tertia eſt,& in exequutione quidem ſequitur abſolutionem. decenter aũt,ut audiſtis,in impoſitione eam præcedit ueteri inſtituto, quanuis ſi pôſt quoqꝫ fiat, nihil erit deterius, eo quod ſacramentum illud quaſi iudiciale eſt:ſępe autem iudex ei cui confertur gratia, pœnam reuelat ante liberationem,nonnũquam poſt eam,iuxta qualitatem temporis & cauſæ.Nos autem ut hic quoqꝫ ſicut in alijs uideamus fundamentũ materiæ,& uos expeditius intelligatis,principio in communi dicemus de ſatisfactiõe,hinc deſcenſuri ad eam quæ ſequitur pœnitentiæ ſacramentum. Satiſfactio.

diligẽdo deum,& pulchre inducit cum illo uerſiculo Dauid, Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? nam quum me totum illi debeam, quod me plaſmauit, quid retribuere potero ei quod me redemit? etſi millies me ei totum impenderem, quid hoc futurum erit collatum deo? Imò hoc affirmant doctores, quum non poſſit homo aliquid boni facere, niſi adſiſtente gratia dei, iuxta id quod ſcriptum eſt, Sine me nihil poteſtis facere, nemo profecto ſatis poteſt gratias agere deo pro immenſa bonitate quam ei confert in tali opere bono. Sin autem non nudum aſpiciamus peccatorem, ſed etiam præſidium gratiæ dei, meritum Chriſti, bonitatem & clementiam diuinã, unde nobis præſcriptus eſt modus quo poſſimus declinare peccata, non quod opera noſtra in ſe tanti ſint ponderis, ſed quia ſola tam miſericors eſt dei miſerentis uoluntas, ut opus per ſe indignum tale uelit acceptare, quaſi ſit æquatũ & remiſſioni peccatorum & merito uitæ æternę. ſic Paulus inquit, Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam. profecto uerum eſt, quia paſſiones in ſe, condignæ non ſunt: ſed quum firmantur per uoluntatem dei cum merito Chriſti, tum efficiuntur dignæ. Atq; hoc eſt quod ait Auguſtinus in enchir. nullus patrum abſq; fide mediatoris Chriſti ſaluari potuit. (& ſic reddit deo æquiualens, non per eſſentiam, ſed per diuinam acceptationem.)

Pſal. 115.

Iohan. 15.

Homo poteſt ſatisfacere pro peccato.

Auguſtinus

Satisfactio pœnitentialis.

2. Conſtat nunc ex ijs, quid ſit ſatisfactio in communi, iam de ſatisfactione ea quæ in poenitentia eſt, tantum differere animus eſt, & non tantum ſicut in efficaci conſiſtit uoluntate, ſed ut ipſo opere compleatur. Eſt ergo ſatisfactio opus externum poenale, uo

luntarie ſuſceptum pro peccati poena. Vel etiam eſt
poena, quam quis uolens ſubit & ſuſtinet ad placan
dam iram & offenſam diuinam. Hæc omnia deinceps fuſius explicabimus. Auguſtinus ſic ait: Satisfactio poenitentiæ, eſt cauſas peccatorum excidere, nec earum ſuggeſtionibus aditum indulgere. Quum ergo quis opus ſuſcipit moleſtum, puta ieiunium, orationem, eleemoſynam, peregrinationes, ijs ipſis exciduntur peccata præterita: quum autem quis propoſitum habet amplius non peccandi, id ipſum eſt quod Auguſtinus uocat cauſarum ſuggeſtionibus aditum non indulgere. Iam uero ſatisfactio uel à ſacerdote impoſita, uel uoluntarie ſuſcepta, ſemper pro parte poenitentiæ habita eſt, ſicut à principio oſtendimus tres eſſe poenitentiæ partes. Hinc quis facilime colligat, quomodo uarijs peccatis diuerſæ quoque ſatisfactiones iniungantur extrinſecus, ſicut in primitiua eccleſia obſeruatum eſt diligentiſſime, quamuis refrigeſcente deinceps charitate, hæc pia ſatisfactionis diſciplina ſuſtineri non potuit: aliàs enim faciendum omnino eſſet iuxta illud quod Gregorius dicit in homilia, ſi qs uult: Dominus noſter IESVS CHRISTVS contraria oppoſuit medicamenta peccatis, ut lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracundis manſuetudinem, elatis præciperet humilitatem. Vide antiqua poenitentionalia Theodori, Bedæ, Rabani, Haymonis, quæ paſſim reperies in bibliothecis eccleſiarum cathedralium, nolumus plura de ijs dicere. In hoc ergo ſtat intentio uera & propoſitum Chriſtianum, quum iam peccator tantum gratiæ impetrauit apud deum, ut humili corde conteratur de peccatis, effundens ea coram ſacerdote per ue-

De eccleſ. dog c. 54.

De poenitent. d. 3 ſatisfactio.

Gregori⁹.

ram confeſsiónem,ſicq́ per ſacerdotalem abſolutionem conſequutus unctionem ſpiritus ſancti, adhuc tamẽ miſericors illa dei iuſtitia requirit, nonnihil fieri aut ſuſtineri pro peccato: quanuis enim iam pœnitens effugit iram & odium dei, remiſſa ei iámque deleta culpa, poena etiam æterna conuerſa in temporalem, eam ſcilicet adhuc dilui oportet, quod deinde fit ieiuniis, orationibus, & ſimilibus operibus bonis, dicente Leone: Per orationẽ remiſſio apud deum tẽtatur, ieiunio autem, incenſa iam carnis concupiſcentia extinguitur, & eleemoſynis tandem redimuntur peccata. Leo.

5. Tertiam hanc poenitentiæ partem uel a ſacerdote impoſitam, uel á deo iniunctam, & pro peccatis ſuſtinendam, reiicit Lutherus cum ſuis, atq; eius erroris falſum fundamentum in duobus conſiſtit. Primum enim dicit, quod quum deus alicui culpam dimittit, quod maius eſt, dimittat etiam poenam, quod ſit minus: deinde clamat Chriſtũ ſatisfeciſſe pro peccatis noſtris, ideóque nemini iam neceſſariam eſſe ſatisfactionem. At nos in diuerſum manifeſtis ſcripturarum teſtimoniis ſuſtinebimus facile, neceſſariam eſſe ſatisfactionem. id principio patet ex uerbis Chriſti, dicentis: Agite poenitentiam, appropinquabit enim regnum cælorum. Expende uerba hæc. iubet enim nos poenitentiam agere, utique operibus, quoniam ſatis non eſt, quod iſti aiunt, cogitare uel credere poenitentiam, ſed operęprecium inſuper eſt, agere opera poenitentiæ. idem ante CHRISTVM apertius monuit Iohannes, clamans: Facite dignos fructus poenitentiæ. Et ne Iudæi tanquam non indigentes poenitentia, eo quod Iudæi eſſent efferrentur,

Erro: Lutheri negãtis ſatisfactionem.

Matt. 4.

Lucę.3. ſubiecit, ne coeperitis dicere, patrem habemus Abraam. dico enim uobis, quia potens eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abraæ: idem nunc obijci poteſt neochriſtianis noſtratib⁹: Ne coeperitis dicere, Chriſtiani ſumus, filij dei ſumus per baptiſmum. nihil enim hoc ſatis facies, quia potens eſt deus ex lapidibus, hoc eſt, gentibus, ſuſcitare Chriſtianos, quod nũc Lucę.3. cernimus omnes fieri in inſulis nouis & antea incognitis terris, in India, Spaniolia, America & alijs. Atqui intelligere Iohannem per fructus ipſa opera, ex Homil.33. ijs uerbis quoq; ſuis liquet, quum dicit ibidem: Iam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. omnis arbor quæ non fert fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Eius rei exemplum proponit Gregorius, inquiens: Quot in ſe habuit Maria oblectamẽta, tot de ſe inuenit holocauſta. conuertit ad uirtutũ numerum, numerum criminum.

Hoc etiam inde probatur, quum enim iam Adam in paradiſo peccaſſet, quanuis ei tunc culpa ſit remiſſa, quia poenitentiam egit & ſaluatus eſt, ſicut antea Tom.2. ipſi docuimus: nos tamen quotquot adhuc uiuimus in uniuerſo terrarum orbe, ſui peccati poenas luere cogimur. (extende ex uerbis Auguſtini, c. ſicut primi de poenitentia diſ. 1.)

Videre hoc ipſum licet in principibus quoque noſtris. ſi enim quis uel indignationem principis incurrit, uel mortem cõmeruit, etiam indulta iam rurſus uenia & gratia impetrata, quanuis, quod maius eſt, princeps ei indignationem remittit, ipſum tamen omnino impune abire non permittit: ſicut in bello pleriq; gaudent, ſibi tantummodo uitam prorogari, ubi maius dimittitur, minus non item. Hoc eſt quod

Satisfactio neceſſaria.

Auguſtinus dicit ſuper Iohannem: Cogitur homo tolerare etiam remiſſis peccatis, quanuis ut in eam ueniret miſeriam, primum fuerit cauſa peccatum, productior enim eſt poena quàm culpa, ne parua putaretur culpa, ſi cum illa finiretur & poena. Ac p hoc uel ad demonſtrationem debitæ miſeriæ, uel ad emendationem labilis uitæ, uel adexercitationem neceſſariæ patientiæ, temporaliter hominem detinet poena, etiam quem iam ad damnationem ſempiternam reum non detinet culpa. Neque multo diuerſum idem alibi dicit: Non ſufficit mores in melius commutare, & à præteritis malis recedere, niſi etiam de ijs quæ facta ſunt, ſatisfiat domino per poenitentiæ dolorẽ & per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus eleemoſynis & ieiunijs. Tra. 124. Lib. de mg dic. poenitent. c. 5.

2. Manifeſtum huius rei exemplum habemus & in ſacris literis. quum enim iam Dauid peccaſſet adulterium ſimul & homicidium, atq; propheta Nathan ei illud denunciaſſet, poenitentiam egit, & peccatum confeſſus eſt, cui dixit Nathan: Tranſtulit dominus peccatum tuum, non morieris. ueruntamẽ quoniam blaſphemare feciſti inimicos nomẽ domini, propter uerbum hoc, filius qui natus eſt tibi, morte morietur. Ecce quomodo peccatum Dauid tranſtulit dominus in filium, non utique quoad culpam, quoniam filius non portabit iniquitatem patris, ſed anima quæ peccauerit, ipſa morietur: ergo trãſlatio illa peccati facta eſt quo ad poenam temporalem, ſicut catholici in eccleſia ſentiunt & dicunt, remiſſo iam peccato, requiri adhuc ſatisfactionem poenalẽ pro peccato ſubeundam. Cõfirmatur hoc idem per gloſſam quæ habet, Deus delictum delet, ſed inultum non de- 2. Reg. 12. Eze. 18. Gloſſa.

ſerit:aut enim homo in ſe pœnitens punit, aut deus cũ homine uindicans percutit.docemur hinc, quod licet nõ poſſit alter alterius hominis culpam delere, niſi in quantum ſacerdos facit per poteſtatem clauium loco dei, poteſt tamẽ pro temporali pœna ſatis facere.(uolo dicere, purus homo non delet culpam peccati alterius,ſed bene pœnam.)

Sicut ergo paruulus hic ſatisfecit pro peccatis Dauid, alioqui propter peccatum morituri,ita filius poteſt complere ſatisfactionem patri ſuo impoſitam, ſic nimirum & uiui ſatisfaciunt pro defunctis, ſic in fraternitatibus alius ꝓ alio ſatisfacit.ſic in coenobijs fit,quum aliquis in hoc recipitur,ut particeps fiat bonorum quę ibi perficiuntur.ſic oramus deum,ut ſuſcipiat ſupplicia ſanctorum ꝓ peccatis noſtris, id eſt, pro ſatisfactione omnium peccatorum noſtrorum, & in ſimilibus caſibus. An autem alter alteri poſſit mereri primam gratiam,uariàm de eo dicatur oportet:abſolute enim hoc non permittitur,quoniam ſic alius alteri promereretur remiſsionem peccatorum, quo ad culpam,& oſcitanter quaſi per ſomnum obtingeret illi regnum cælorum. Vide Chryſopaſ.noſtrum centur.2.nu.80.

Alteri mereri primã gratiam.

Gerſon.

Eccle.

Cæterum bonam & piam aliquã motionem poteſt quis alteri impetrare à deo, quam ſi recipit,tunc demum acquiret gratiã primam:ita legimus in euãgelio, quomodo Chriſtus reſpexit fidem eorum qui paralyticum demiſerunt per tectum,quem ille protinus ſanauit,& peccata ei ſua dimiſit, ubi gloſſa ait,Si tantum profuit fides aliena, quid proderit propria? Ad eundem quoq; modum,quum mater Auguſtini Monica defleret filium ſuum adhuc in erroribus Ma

Mar.2.

nichæi demerſum,nec baptizatũ,conſolatus eſt eam b.Ambroſius affirmans fieri non poſſe ut pereat filius,pro quo tantum materni fletus profunderet.hinc ipſe etiam teſtatus eſt, ſe per interceſſionem matris perueniſſe ad agnitiõem fidei. Quando igitur culpa dimittitur per contritionem & abſolutiõem,operibus adhuc ſatisfactorijs declinãda eſt pœna pro peccatis debita,iuxta illud Gregorij:Poenitentiam agere,eſt præterita peccata deplangere,& plangẽda non amplius committere.Hoc eſt,quod pręcepit Apoſtolus:Sicut exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem,ita exhibete ea ſeruire iuſtitię in ſanctificationẽ.ſicut & Petrus p omne reliquum tempus uitæ ſuæ deplorauit peccatum ſuum abnegati domini: ita plane nos quoque peccata noſtra plangamus,& faciamus fructus dignos poenitentiæ,ne præuenti igne purgatorij, quæramus ſpatium poenitentiæ,neq; tũc inuenire poſſimus:ſed potius ut hic per poenitentiã declinatis peccatis noſtris, poſt hanc uitam lætemur & exultemus cum ſanctis omnibus in ſecula,Amen.

Ambro. li.5. cõfeſ. ca.9. Gregori. Roma.6.

HOMILIA QVINQVAGESIma,adhortatoria ad agendam pœnitentiam de peccatis commiſſis.

Facite fructus dignos pœnitentiæ, Lucæ tertio.

NIſi poenitentiam egeritis, inquit ſaluator, omnes in unum peribitis.itaq; quum per peccatum amittit homo innocentiam & gra- Lucę 13.

tiam baptiſmi, ſolita motus miſericordia Chriſtus, inſtituit nobis ſacramentum pœnitentiæ, ſicut Leo ſcribit ad epiſcopum Foroliuieñ. Mediator dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, hanc dedit poteſtatem prælatis eccleſiæ, ut confitentibus tribuerēt effectum pœnitentiæ, eosq́ꝫ ſalutari ſatisfactione purgatos, admitterent per oſtium reconciliationis ad communionem ſacramentorum. Ita ſemper in eccleſia prædicatum, doctum & creditum eſt, poenitentiam eſſe agendam per confeſſionem & dignam ſatisfactionem, donec ab aquilone, unde panditur omne malum, angelus malus concitauit uentum, qui uniuerſum ſemel ordinem eccleſiaſticum primo nitebatur impetu ſubuertere, iamq́ꝫ ſane euertit aliquot caſas imbecilles & tuguria inualida, in quibus iſti nouatores multas tentant hucuſque nouas ordinationes, & moliuntur neſcio quam reſtaurationem, ſed fruſtra omnia: quia quo plus nouitatum adgrediuntur, eo in ampliorem errorum uoraginē ipſi ſe demergunt. Vnde egregie iuxta b. Hieronymū dicit pſaltes, Decidant à cogitationib⁹ ſuis. quotidie enim hæretici im mutāt dogmata ſua. non quærunt quemadmodum ſaluentur, ſed quomodo ſuperēt. Inter reliquos iſtorum errores hic ſane non minimus eſt, quòd aſſerunt hominem non debere pro peccatis ſuis ſatisfacere, eo quod ſimul poena remittatur cū culpa. huius contrarium iam ſupra docuimus, nunc idem q̄qꝫ fortius adſtruemus.

[Margin: Hiere. 11. — Hæretici ſemper cadunt in deteriora. — Super Pſal. 5.]

1. Poſſet hic principio induci hiſtoria de peccato Dauidis in numerando populum, quum & is ſtatim poenitentiam egit, & peccatum confeſſus eſt, q̄ ſic habet textus: Percuſſit cor Dauid eum, poſtquam nu

[Margin: 2. Reg. 24.]

meratus eſt populus, & dixit ad dominum: Peccaui ualde in hoc facto, ſed precor dñe, ut transferas iniquitatem ſerui tui. Vſqueadeo etiam pœna Dauid non fuit dimiſſa cũ culpa, ut propter illud peccatum 70000. uirorum mortua ſint, et inſup ipſe Dauid iuſſus à propheta Gad peculiarem facere ſatisfactionẽ, ædificare ſ. altare & offerre ibi ꝓ 50. ſiclis. Iſtiuſmodi exemplis plena undiq; eſt ſcriptura, ſicut teſtantur & Niniuitæ, quorum urbi quũ minaretur deus excidium poſt dies quadraginta, annunciauerunt illi ieiunium, induebantur ſaccis, à maximo uſq; ad minimum, adeo ut cogerentur etiam pecudes ieiunare. præcepit quoq; rex, ut conuertatur quilibet à uia ſua mala & ab iniquitate. ſequitur ibi, & uidit deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de uia ſua mala, & miſertus eſt deus. Vbi iam deliteſcit animicida Luther cum blaſphemijs ſuis, clamans deum non conſiderare opera noſtra bona, neq; illorum egere? profecto nõ eget, ſed nos indigemus, ut à nobis credatur uerax. Audi inſuper iſtum blaſphemum: Eget, inquit, deus fide noſtra, qui tamẽ nulla indiget creatura in uniuerſo orbe, dicẽte pſalmiſta: Bonorum meorum non eges. Perinde impium eſt dicere, ꝙ opera noſtra bona non conſideret, quum diuerſum etiam ex Iona ſit auditum, & Chriſtus ipſe in euãgelio affirmet ſe illa remuneraturum in die nouiſſimo, & corũ intermiſſionem exprobraturum malis. Quæ tanta Lutheri temeritas eſt, ut negare auſit, deo curæ eſſe opera noſtra bona, contrarium undiq; teſtante uniuerſa ſcriptura? ſuperuacuũ fuerit inducere exempla Adę, Euæ, Abel, Cain, Noę, & totius mundi diluuio perditi, Abraæ, & Chaldęorum. Loth & Sodomitarum, Iu

Ione. 3.

Deo curæ ſunt opera noſtra bona.

Pſalm. 15.

Matt. 25.

Luc.12. dæorumq́ in deſerto &c. Quod ſi curæ ſunt deo paſſerculi, quorum quinq; duobus uæneunt minutis, q̃d ſi apud eum numerati etiam ſunt capilli capitis noſtri, quanto magis opera noſtra bona? ſed nunc hæc ſufficiant, quoniam de operibus errorē Lutheri aliâs refutauimus ſępiſſime. Vt ergo ad ſatisfactionem redeamus, eam quoq; manifeſte uidemus in Achab ieiunante, dormiente ſuper ſaccum, aſpergēte caput

3.Reg.21. ſuum cineribus, & ambulante demiſſo capite, atque placuit deo hæc ipſa eius humilitas. ſimiliter de poenitētia regis Manaſſes & Iob in fauilla & cinere, atq; filiorum Iſrael nō ſemel, ſicut libri Regum, Iudith &

Iud.4. Machabæorum teſtantur. Vndiq; enim hic impletū

2.Mach.3. eſt, quod ait Apoſtolus, Si nos iudicaremus, nō diju-

1.Cor.11. dicaremur à domino: quoniam quum quis peccatū in ſeipſo punit per poenitentiam, præuenit poenam

Super Matth. homil.42. & ultionem diuinam. Ita Chryſoſtomus: Terribile illud iudicium eſt, ineuitabilis pœna, intolerabilia tormenta. ſed ſi uis (quod ego conſulo) nec hic quoque aliqua poena cruciari, tu ipſe tibi iuſtus ſis iudex, referas tibi ipſi rationes uiuendi.

Audi Paulum dicentem, Si noſmetipſos iudicauerimus, non utiq; iudicabimur. Conſimili modo quū iniunxiſſet deus Dauid peſtem triduanā per uniuer-

2.Reg.24. ſum regnum, & Dauid adhuc angeretur clamans ad dominum, miſertus eſt eius, & contentus fuit unica die ultionis, reliquos duos attribuit poenitentiæ Dauid. Accedit huc & Hieremiæ teſtimonium, quo ſatis conuincitur, per noſtram ſatisfactionem auerti

Hiere.18. iram & poenam diuinam, quum dicit: Si poenitentiam egerit gens illa à malo ſuo q̃d loquutus ſum aduerſus eam, agam & ego poenitentiam ſuper malo

quod cogitaui ut facerem ei.

2. Quanuis hæc ſufficerent ad ſuſtinendam fidei noſtræ ueritatem, & omnibus pijs ſatisfacere deberent & perſuadere, ut tamen aliquanto plus accedat roboris, & ſcripturis & rationibus adhuc inſtitutum illud probabimus. quis enim tam ſtupidus erit, qui tibi credat contendenti magnum & paruum peccatorem æqualiter puniri in pœnitentia? profecto homines, æquales peccatores non ſunt, ſicuti nec peccata æqualia, ut impie docuit Iouinianus, ipſumq́ imitatus Lutherus, quum dicit: Fuimus, ſumus, & manemus coram deo æquales ſemper. Non autem eſt hæc doctrina ſani doctoris, ſed inſani & furioſi hominis. ſed neque ſcriptura idipſum patitur, quoniam ſic dicit Iohannes: Quantum glorificauit ſe & in delicijs fuit, tantum date illi tormētum & luctum. Atque in ueteri teſtamento ſic habet ſententia diuina: Secundum menſuram delicti, erit & plagarum modus. Reſiſtit igitur Lutherus ſpirituiſancto, dum contendit poenam & culpam æqualiter in omnibus peccatoribus dimitti: quod ſi fieret, quid eſſet illud Dauidicum, Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo? Quid quod Auguſtinus ait, Continue dolendum eſt de peccato, ut ſemper puniat in ſe ulciſcendo, quod commiſit peccando? docuit hanc pro peccato ſatisfactionem & Sapiens filium, dicens: Fili, peccaſti? non adijcias iterum, ſed & de priſtinis deprecare ut tibi dimittantur. & alibi, De propiciato peccato tuo noli eſſe ſine metu, neq; adijcias peccatum ſuper peccatum: & ne dicas, Miſeratio domini magna eſt, multitudinis peccatorum meorum

Nō ſimul remitti culpam & pœnam.

Apoc. 18.

Deut. 25.

Pſalm. 6.

De vera pœniten- tia ca. 19.

Eccle. 21. 23.

Pſalm.50. miſerebitur. Miſericordia enim & ira ab illo cito ꝓximant, & in peccatores reſpicit ira illius. Quid hic uult aliud, niſi ut quis remiſſo iam ſibi peccato, tamē in continuo maneat timore pœnæ, uſq; dum ſatisfaci at: ſic Daud exclamat, Iniquitatē meam ego cogno ſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Non, ut uolunt iſti, per contritionem deleri pœnam ſimul
Dani.4. & culpam. Rectius dedit conſilium Daniel regi Nabuchodonoſori: Conſilium, inquiens meum placeat tibi ó rex: peccata tua eleemoſynis redime, & iniqui
Roma 8. tates tuas miſericordijs pauperum. forſitan ignoſcet deus delictis tuis. Non redimitur autem peccatū ele emoſynis quoad culpam, oportet ergo intelligatur redemptio hæc de pœna temporali, quoniam nullū malum relinquit deus impunitū, qui etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradi dit illum. Præclare intellexit hoc beatus Hierony-
Hierony. mus ſuper Daniel. & habetur cap. uide, de pœn. diſ. 1. Vide, dicēs, benignum dominum, miſericordiam cū ſeueritate miſcētem, & ipſius pœnę modum iuſta &
Matt.25. clementi deliberatione penſantem: & ideo non tradidit in perpetuum pœnę delinquētes, ſed tantiſper, dum ei ſeruierūt: non hoc ille dicit de ijs, qui nec pœnitentiam agunt, nec confitentur, quoniam ijs paratus eſt ignis æternus, ſed de peccatorib⁹ quibus iam culpa dimiſſa eſt, & tamen iuſtitia dei ab eis requirit pœnam temporalem ſatisfactione declinandam.

5. Ita plane à temporibus apoſtolorum obſeruatum eſt in eccleſia ad nos uſq;, ſicut libro 5. de pœnitentia ipſi induximus ſanctorum patrum teſtimonia, Cypriani, Ambroſii, Auguſtini & Leonis, atque Gratiani. Magnam eius rei copiam congeſſit de pœ-

nitent.diſt.1.& 3.& 26.q.7.c.his qui,cum multis ſimilibus,omnia hæc uolẽs obmitto,ne faſtidium uobis ingeram,&tamen omnia præterire non poſſum, audiamus ergo beatum Auguſtinum de fide ad Petrum,capi.3.ſic dicentem: Omni homini in hac uita poteſt eſſe utilis pœnitentia, quam quocunq; tempore egerit, quamlibet iniquus, quamlibet annoſus, ſi toto corde renunciauerit peccatis præteritis, & ꝓ eis non ſolum corporis,ſed etiam cordis lachrymas fuderit,& malorum operum maculas bonis operibus diluere curauerit,omnium peccatorum indulgẽtiam mox habebit. Ecce quomodo maculæ peccatorum bonis ſunt operibus diluendæ,quoniam opera bona & accepta non poteſt facere peccator, niſi prius iuſtificatus. maculam ergo intelligit, reatũ & obligatiõem ad pœnam temporalem. Vide eum de pœnitemtia uera & falſa ca.10.& 18. Non multo diuerſum eſt quod alibi inquit:De quotidianis,breuibus leuibusq; peccatis,ſine quibus hæc uita non ducitur,quotidiana oratio fidelium ſatisfacit.delet eñ omnino hæc oratio minima & quotidiana peccata, delet & illa,ã quibus uita fidelium,ſcelerate etiã geſta,ſed pœnitendo in melius mutata,diſcedit. An nõ eſt hæc ſatis manifeſta Auguſtini ſententia,quod etiam oratio dominica delet uitia,prius tamen ꝑ contritionem tranſmutata? ſi autem,ut iſti uolunt,culpa & pœna deleretur ſimul,nihil reliquum fieret orationi poſt pœnitentiam diluendum. Obſerua & hoc quod dicit,mutata.hoc enim illud eſt, quod omnes dicimus in eccleſia, pœnam æternam mutari in temporalem. Sanctus Ambroſius quoq; multa præclara habet de ſatisfactione in libro de pœnitentia,&ma-

Auguſtin.

Idẽ.ca.71.

Li.1.c.16.

Pœnitētia magna. ximein apologia Dauid inquit: Cognoui quoſdam in poenitentia ſulcaſſe uultū lachrymis,exaraſſe continuis fletibus genas,ſtrauiſſe corpus ſuum calcandū omnibus,ieiuno ore ſemper & pal'ido mortis ſpeciem ſpirantiin corpore prætuliſſe.& ca.2.Maiora crimina maioribus abluuntur fletibus.Rurſus quoque ſuper Lucam:Peccati poena charitatis compenſatione ſoluitur,uel alĳs operibus aut ſatisfactione.His accedat & facundiſſimus eloquentiæ torrens Chryſoſtomus,qui ſic ait:Solers & prōptitudine feruens & multo cum ſtudio gerens poenitentiam, & breui temporis momento multi temporis peccata delere poterit.& inde: Parem,inquit,peccatis poenam exhibeamus. Multa habet ibidem, quæ nos monent æqualem facere pro peccatis retributionē. Vide totam homil.2.ſuper pſal.50.dicit enim,Glorifica deum indeſinenter,quia ablatum eſt peccatum tuum. ſed uolo,inquit,&cicatricem extenuare.ablatum eſt uulnus?uolo & pulchritudinem recipere.

Homil.80. de pœnit.

Li.3.epiſtola.8. Cyprianus etiam præterquam quòd conqueritur ſuper hæreticis Nouatianis ad papam Cornelium & Antonium,ſic ſcribit ad Fidum:Legimus literas tuas frater chariſſime,quibus ſignificaſti de Victore quodam presbytero, quod ei antequam poenitentiam plenam egiſſet, & domino deo in quem deliquerat, ſatisfeciſſet,temere Therapius collega noſter immaturo tempore & prępropera feſtinatione pacem dederit &c.

4. Quid multa?uſqueadeo hæc certa ſunt & liquido conſtant apud doctores,ut affatim ſuppetant undique & ſeſe offerant legenti,nos tamen receptui canemus,ubi unum aut alterum adhuc locum indu-

xerimus. Origenes quoque in hæc uerba more ſuo prorumpit: In uulneribus corporum, poſteaquam curata fuerint, remanet interdum ipſius uulneris ſignum, quod cicatrix appellatur. uix enim eſt qui ita curetur, ut nullum ſuſcepti uulneris reſidere uideatur indicium. tranſi nunc ab iſta legis umbra ad ueritatem eius, & intuere quomodo anima quæ peccati uulnus acceperit, etiam ſi curetur, tamē habet peccati cicatricem in loco uulneris reſidentem. Et inde, Vide quia etiamſi quis mundetur à peccato, & non ſit iam in opere peccati, ipſa tamen ueſtigia ſceleris commiſſi purificatione indigent. Enumerat deinde uaria genera purificationis. Prçterea Chryſoſtomus homil. 41. de poenitentia ſic dicit: Poenitentem nūquam oportet obliuioni peccatum tradere, ſed deū quidem rogare ne eius meminerit, ipſum uero nunquam ipſius obliuiſci. deus ipſius non obliuiſcetur, ſi non eius meminerimus: deus obliuiſcetur, ſi à nobis ipſis ultionē ſumamus. nos ipſos accuſemus, ita placabimus iudicem. En quum affirmat Chryſoſtomus & iubet nos meminiſſe peccati, utique innuit non ſimul culpam & poenam dimitti. In ea plane ſententia eſt beatus Hieronymus ſuper Malachiā, ut citat Roffeñ. quum ait: Qui peccator eſt, & quem mordet propria conſcientia, cilicio poenitentiæ accingatur, & plangat uel propria delicta uel populi, & ingrediatur eccleſiā de qua fuerat egreſſus, cubet & dormiat in ſacco, ut præteritas delicias per quas deū offenderat, uitæ auſteritate compenſet. Non ſatis ergo eſt, tantum conteri, niſi bona malis compenſentur, ſicut ille commendat Paulam, quæ tantam poenitentiæ acerbitatem in ſe ſuſceperat.

Sup Leuit. homilia 8.

Chryſoſt.

Nō ſimul deletur culpa & poena.

Hierony.

Hinc eſt quod patres adeo aggrauant pœnitenti am,quam quis facit ante ultimum uitę ſuę terminũ.
Auguſtin. Auguſtinus enim conſtanter quidem aſſerit,quod ſi aliquis baptizetur iamiam moriturus,is ſaluetur citra purgatorij pœnam, non audet autem hoc affirmare de pœnitentia. Et Ambroſius in exhortatione
Ambroſ. ad pœnitentiam,dicit: Agens pœnitentiam ad ultimum & recõciliatus,ſi exierit,an ſecurus hinc exeat, ego non ſum ſecurus. pœnitentiam dare poſſum,ſecuritatẽ dare non poſſum. quod dico,attendite. ego illud planius expono, ne aliquis me male intelligat. nunquid dico, damnabitur? non dico, ſed nec, liberabitur,dico. Quàm aperte etiam Ambroſius non audet eum liberatum iri ilico,etiamſi poenitentiam agat,&reconcilietur? Iſti autem temerarij uana præſumptione inflati, audent polliceri miſeris remiſſionem poenæ & culpæ, atq; eos citra impedimentum intrudere in cælum.

Vos autem dilectiſſimi ſcitote errorem hunc non hodie demum aut heri eſſe natum,ſed iam olim ante 1300.annos fuiſſe quibuſdam perſuaſum. eſt enim ea Lutheri conſuetudo,ut omnes hæreticorum ſentinas percurrat: & ubicunq; aliquid Chriſtianæ pietati contrarium inuenit,hoc ipſum producit, & extollit tanquam Chriſtianum. id ita eſſe,en teſtem uobis ſatis magnum, glorioſum martyrem Cyprianũ,
De lapſis ſer. 5. qui ſic dicit: Agite poenitẽtiam plenam, dolentis ac lamentantis animi probate moeſtitiam: neque uos quorundam moueat aut error improuidus, aut ſtupor uanus,qui quum teneantur in tam grandi crimine, percuſſi ſunt animi cęcitate,ut nec intelligant delicta,nec plangant: & inde pacem ſibi ultro nemine

dante ſumpſerunt,falſa pollicitatione ſeducti,& apo ſtatis ac perfidis iuncti, errorē pro ueritate ſumpſerūt. Submonet eos deinde,quomodo ſibi cauere debeant, nec quicquam cum ipſis habere commune, ſiquidem ſermo illorū ut cancer ſerpit, ut Paulus loquitur. Quum ergo neochriſtiani ſic uiuunt & docent,ut hic Cyprianus improbat,om̄ibus ſane Chriſtianis ſunt uitādi:& ſacræ ſcripturæ teſtimonijs,ſanctorum patrum ſcriptis & cōſuetudini eccleſiæ ſtandum,ut per pœnitentiam & ſatisfactionem hic quiſque iudicet ſeipſum,ita deinceps emūdatus, coronā conſequuturus æternam,Amen. 2.Tim. 2.

HOMILIA LI. ET VLTIMA de pœnitentia & ſatisfactione.

Facite dignos fructus pœnitentiæ. Lucæ tertio.

NEmini credo ex uobis iam dubium eſt chariſſimi,ſatisfactionem tertiam eſſe pœnitentiæ partem,atq; cuiuis peccatori neceſſariā, niſi forte pœnitens tantam haberet animi ſui contritiōem,ut dolor hic pœnam unà cum culpa tolleret, quoniam lachrymæ pro peccatis effuſæ,plurimum habent uirtutis & efficaciæ.ſic nimirum pœnitentiā egit Maria Magdalena, quando fleuit tantopere pro Luc.7. ſuis peccatis,ut etiam lachrymis irrigaret pedes domini & tergeret capillis,quare plenam indulgētiam peccatorum pro pœna & culpa eſt cōſequuta, iuxta illud quod dominus dixit: Dimiſſa ſunt ei peccata multa,quia dilexit multū. Aliàs tamē quia in uniuerſum & illis maxime temporibus quādo refrixit charitas multorū, rarā huiuſmodi reperias pœnitētiam,

quæ ſufficiat delere pœnam & culpam, quapropter ſatisfactio neceſſaria eſt. Aliud eſt, quo miſerè ſeducunt iſti ſimplices & indoctos, quum clamant Chriſtũ ſatisfeciſſe pro nobis omnibus, ideoq́ȝ nos nulla indigere ſatisfactione, quando Chriſtus in cruce ſua ſuſtulit omnia. Placent iſta pigris & ignauis hominibus, amant euangelium hoc ſummopere & amplectuntur, dum audiunt in luſum uerti, imò nihil fieri ieiunium, orationem, & omnia opera bona: atque huiuſmodi dogmatibus gaudent iſti animicidę, & eo uſq́ȝ adduxerunt, donec iam ipſi uident tam induratos eſſe homines & obſtinatos, ut fiant plus quàm impŋ, nunc demum recipiunt prædicare iram dei & uindictam malorum. Ne ergo offendantur catholici ab iſto fuco & p̃textu hæreticorꝝ, breuiter oſtendemus q̃modo ſatisfecerit Chriſtꝰ ꝑ peccatis noſtris.

Chriſtus ſatisfecit pro peccatis.

1. Et principio quidem dubium non eſt de merito Chriſti pro ſe ipſo, quo meruit ſibi nomen ſuper omne nomen. ut clarificetur, inquit Auguſtinus, reſurrectiõe, ideo humiliatus fuit prius paſſione, adeo ut humilitas ſit meritum claritatis, hæc autem merces ſeu præmium illius, quapropter maximã ille habet beatitudinẽ in cælis. ſed hæc in paſſione declaraui mus. Quoad nos aũt paſſus eſt Chriſtus ita, ut paſſio ſua ſit ſufficiens pro omnibus totius mũdi peccatis. id teſtantur paſſim ſacræ literę. ita enim inquit Iohã nes: Si qs peccauerit, aduocatũ habemus apud patrẽ Ieſum Chriſtum iuſtũ, & ipſe eſt propiciatio ꝑ peccatis noſtris. non pro noſtris autem tm̃, ſed etiam pro totius mundi. Affirmãt hoc ipſum & prophetę, qm̃ ſic ait Eſaias: Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, uulneratus eſt ꝑpter ini-

Phil. 2. Sup Iohã.

1. Johã. 2.

Eſaię 53.

quitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Et apud eundem deus pater dicit: Propter ſcelus po puli mei percuſſi eum. In nouo quoq; teſtamento Io hãnes ait: Quia dilexit nos, & lauit nos à peccatis no ſtris in ſanguine ſuo. & Petrus, peccata, inqt, noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum. Ita iam largi ter nos redemit ille ſanguine ſuo, ut etiam ſi ſupereſ ſent mundi centum, ſufficienter pro omnibus effu ſus eſſet ſanguis Chriſti. (qa natura illa fuit unita hy poſtaticè perſonæ diuinę infinitæ dignitatis, ideo nõ poteſt æſtimari magnitudo meriti Chriſti) ſic ſi alte ri lanci libræ imponas uniuerſa totius mundi pecca ta, alteri autem ſanguinem Chriſti, quãtum hic præ ualebit & præponderabit?

Apoc. 1. 1. Pet 2.

2. Quanuis meritum Chriſti ſufficiens eſt pro omnibus peccatis totius mundi, non tamen in om̃i bus operatur efficaciter, ſed ijs tantum quibus appli catur & cõmunicatur. obſtaculum eſt inde, quia no lunt ſe participes facere huius meriti. Manifeſtũ hoc eſt ex eo, quia aliàs neque inferi eſſent, nec purgato rium, neque alia plaga diuinitus immiſſa, non mor borum tot genera, infidelitas nulla, nulla hęreſis &c. quia pro omnibus ijs ſufficiens eſt ſatisfacere paſſio Chriſti, ſed non æqualis illius ubiq; capacitas & parti cipatio eſt. Vnde Paulus inquit, Deus hui9 ſeculi ex cæcauit mentes infidelium. Et qd ultra deſideras ò miſer? quod ſi ſatisfecit Chriſtus pro omnibus, ut tu pro falſa intelligentia tua iactas, quare ergo excæca uit infideles? quur dixit ad Iudæos, In peccatis ue ſtris moriemini? Quur etiã permiſit poſt 40. deniq; annos dirui Hieruſalem? Age nunc eloquere uiciſ ſim hoc mihi, ſi, ut tu ſentis, pro omnibus ſatisfecit

2. Cor. 4.

Chriſtus non ſatiſfecit pro omnibus efficacit.

Chriſtus,quare Iudas,Nero,Pilatus,Arrius &aliȷ innumeri damnati ſunt? quur non & pro illis ſatisfecit, ſi ſatisfecit pro omnibus? Quis non uideat,quantopere hic hallucinentur miſeri? Aut quis præſumet dicere,pctā Cain,Nemroth,Iudæ & aliorꝫ eſſe abolita, pro quibus dānatione crucianť ęterna? Atqui audio eos hic reſilire ab inſtituto,& affirmare,iſtos nō credidiſſe.præclare ſane & nimis quàm ſubtiliter,ſed audi rurſus quod inferimus,non erit igitur plane ſufficiens paſſio Chriſti,niſi illius participem ſe quis faciat per fidem: fatere ergo impudentiam erroris tui, & dic neminē habere ex paſſione Chriſti plus quàm pro portione & menſura fidei, adde ijs, quæcunque tota prædicat ſcriptura & cenſura eccleſiaſtica. Alıȷàs enim quorſum faceret,quod toties deus omnes homines uocauit,& ad ſe uenire monuit,qūū dicit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos? uocationē quoqȝ hanc multis modis expreſſerunt prophetæ in ueteri teſtamento. Matt 11.

3. Conſtat ergo, Chriſti paſſionem ſufficere ꝓ omnibus omnium hominum peccatis,& tamen efficaciam ſuam habere tātum ex applicatione.ſupereſt nūc,ut oſtendamus quo id modo fiat.etſi autem materia hæc ampliſſima eſt,nos tamen breuiter aliquot applicationis huius modos indicabimus,unde liquidum fiat, quo pacto nos meriti Chriſti efficiamur participes. Applicatio meriti Chriſti.

2. Alij capaces illius fiunt ex mera gratia præueniente,ſicuti Paulus,& q iuſtificati ſunt in utero matris. Deinde meritum Chriſti diſpenſatur per ſacramenta à Chriſto relicta eccleſię,ut ab initio diximus, omnia ſacramenta uirtutem ſuam habere ex merito Actu.9. Hiere.1.

paſſionis & mortis Chriſti. Atqui nec ſacramenta æqualiter omnia operãtur. baptiſmus enim præterquam quod originalis peccati culpam tollit, pœnã etiam & culpam aufert actualium peccatorum, ut ſupra docuimus de baptiſmo. neque hoc illi commune eſt cum aliquo alio ſacramento, quoniam baptiſmus eſt regeneratio ſpiritualis, ubi ſane cõuenit uniuerſam & culpam & pœnam auferri ac dilui. id ſi etiam fieret in pœnitentia, deum immortalem q̃ tepidos, imo frigidos, ignauos & impios eſſemus habitu ri Chriſtiani? Johan. 3.

5. Ad hæc, quę quiſq; facit opera, in ſe nulla ſunt & minime meritoria apud deum, teſtante Paulo: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum uelut æs ſonans aut cymbalũ tinniens. Et ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia & omnem ſcientiam, & ſi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatẽ autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Hinc & Chriſtus ait: Sine me nihil poteſtis facere. Et iterum: Nemo uenit ad me, niſi pater meus traxerit eum, &c. 1. Cor. 13. Joh. 6. 15.

Ita opera quoque bona in ſe nihil ſunt, uerum gratia dei facit ut ſint aliquid & quidem meritoria, ſicut alibi diximus. Quid quod opera alicuius bona, etiam aſſiſtente gratia dei, non eſſent ſufficientia (ponatur hoc per poſſibile) ad ſatisfaciendum pro peccatis? peccatum enim infinitam habet malignitatẽ, unde & commeretur pœnã infinite æternam, ideoq; nulla creatura pura neque potuit, neque etiam nunc opera meritoria.

poteſt ſatisfacere pro peccatis: & hinc neceſſarium erat, ut deus fieret homo, cuius ſupplicium infinite reconciliaret deum, & unde infinitum deo bene placitum emergeret: ſolum ergo meritum Chriſti poteſt pœnam æternam commutare temporali & ſatisfacere pro peccatis, ut Auguſtinus libro decimotertio de trinitate, capite decimo, & Anſelmus in libro, quur deus homo, pulchre explicāt. In huius meriti uirtute poteſt homo auxiliante gratia Chriſti ꝓ peccatis ſuis ſatisfacere, ſicut Paulus ait nos in ſanguine ſuo eſſe iuſtificatos, ſuper quæ uerba dicit Auguſtinus, ꝙ per nullam aliam hoſtiam potuit nobis aditus ad deū aperiri, & ſalus obuenire, niſi per mortē unigeniti dei. Ita iam ſatis liquet ex canonicis ſcripturis, quomodo dominus Ieſus pro nobis ſatisfecerit, & tñ nobis quoq; reliquerit nō nihil faciendum, puta laborandum in uinea, ut ſic talento noſtro aliqua fiat per lucrum acceſſio. Aut quam ſpeciem rationis habebit, ſi dicas Chriſtum pro nobis pium ſanctumq; fuiſſe, nos tales eſſe non oportere, Chriſtum pro nobis paſſum, nobis nihil eſſe patiendum, Chriſtum eſſe pro nobis mortuum, at nobis non eſſe moriendum? Ita plane nō ſequitur, Chriſtus pro nobis ſatisfecit, neq; nobis amplius eſt ſatisfaciendum.

Auguſtin. Anſelmus Heb. 10. Auguſti. Matt. 20. Matt. 25.

5. Non tamen uelim uos hæc ita accipere, quaſi ſine gratia dei nō poſſit aliquis ſatisfactionem ſuam exequi: ut ſi quis cōfitetur tempore paſchali, & à confeſſore ſuſcipit ſatisfactiōem certarum precum quotidie uſq; ad feſtum pentecoſtes perſoluendarū, utiq; dum ſuſcipit & incipit perficere eas, adhuc in gratia dei: quum autem inde prolabitur rurſus in peccata,

Satisface re in pec-

non ideo intermittere debet orationem iniunctam, quòd amplius non ſit in gratia, quia tunc de integro peccaret, imò talis oratio à deo ſuſcipitur tanquam ſatisfactio ꝓ peccatis: quapropter & à ſacerdote ali cui iniũgitur, dummodo is non errauit in clauibus: neque enim pronior eſt deus ad condemnandum quàm miſerendum, eo quod miſericordia ſuperexal tat iudicium. Iam ergo puniret eum deus, ſi neglige-ret orationem ſibi impoſitam. quur ergo non pro-deſſet ei ſi perſoluat? Volunt hic doctores, quia con-feſſus aliquis peccata, pœnitentia deſuper & ſatisfa-ctione ſuſcepta, ſi recidat in peccatum mortale, in quo moriatur & damnetur, quòd tamen non æter-num torquebitur pro peccato à quo eſt abſolutus. Videant hic & conſiderent omnes quàm ſalutaris ſit pœnitentia: in qua quiſquis perſeuerat, ſaluabitur: ſin excidat, in peccatis ſuis moriatur. minus tamen affli getur in cruciatibus gehennæ, quàm ſi confeſſus nũ-quam fuiſſet: quoniam ſententiam ſemel latam ſu-per peccatis remiſſis, ratam ſeruabit deus: & quia ab-ſoluto pœna ęterna commutata eſt in temporalem, id quoq; permittit deus, nec retractat ſentẽtiam. Vi de gloſſam in cap. quod quidam, de pœnit. & remiſ-ſio. Sequitur inde, quomodo quis ſatisfacere poſſit ꝓ uno peccato ſine alio, ſi ſatisfactio referatur ad pec-cata perpetrata, ut ebrio propter temulentiam ſuam imponitur ieiunium, propter luxuriam eleemoſy-na: alterum facit, alterum forſitã intermittit: ſicut qs partim ſatisfacere poteſt pro pœna peccati, reliquũ negligit. Rurſus conſequitur hinc, quòd nemo ſatiſ-facere poteſt ꝑ aliquod opus præcepti, ut ſi incũbat pro ſatisfactiõe ieiunare quatuor dies in ſeptimana,

[Margin: ęsto mortali.]

[Margin: Satisfacere per opꝰ præcepti.]

& incidat dies aliquis ex præcepto eccleſiæ ieiunio addictus, tunc non poteſt illum ſuæ ſatisfactioni imputare, ſed cogitur alio die ieiunare, quo ſatisfaciat pœnitentiæ, eo quod aliàs tenetur ex præcepto ieiunare illo die, neque ſic una fidelia (quod aiunt) duos poterit dealbare parietes, niſi forte concurrerent præcepta, ita ut ſit circa uigilias Matthæi & Thomę in angarijs, ubi quis ſatisfacit uno ieiunio & uigiliæ apoſtoli & angariæ, quia ſunt præcepta quæ ueniunt accumulatiue. Inſuper opus aliquod bonum pro ſatiſfactione impoſitum, & in gratia dei completum, nō minus utique eſt meritorium, quàm ſi non ſatisfaceret eo ipſo: quoniam omne opus quod ex radice charitatis enaſcitur, meritoriū eſt. unde multum eſt ſalutare, eiuſmodi ſatisfactiōes in ſe recipere, quas qui in dilectione & gratia dei perficit, geminū inde fructum acquirit: nā ſatisfacit pro pœna peccati, & gradum meretur felicitatis æternæ. Sic apparet in Chriſto, cuius opera & ſibi & nobis fuerūt meritoria, atque ultra hoc, ſatisfecit ille per ea pro peccatis noſtris.

Opus ſatisfactorium & meritorium.

Satisfacere pro alio.

4. Vt autem hęc tandem finiamus quoque, conſiderandum eſt, poſſe alium pro alio ſatisfacere, & filium implere ſatisfactiōem patris. Imò & in eodem opere poteſt quis pro ſeipſo mereri remunerationē gloriæ æternę, & nihilominus pro alio ſatisfacere, ſine aliquo meriti ſui defectu ſeu diminutione. id iam apparuit in Chriſto, & probari poteſt etiam aliunde. En tibi & Moyſen. is orauit dominum, ut deleretur de libro uitæ, aut ut ille dimitteret populo peccata ſua. hæc utique oratio Moyſi ex tam ardenti charitate profecta, remuneratione carere nō poteſt. opera eñ eorum ſequuntur illos, & tamē ex parte ſatisfecit, pro

Exodi. 32. Rom. 2.

Apoc. 14.

peccatis populi. Ad eundem modum ex præcepto domini inſtituit Moyſes, ut ſacerdos oraret pro iis qui pro peccatis ſuis eſſent oblaturi hoſtias, ut propicius eſſet ipſis deus. Vbi oratio ſacerdotis ſatisfacit pro ſacrificantibus, & ultra hoc meretur aliquid ſibi: ſic Stephanus orans pro lapidantibus ſe, multũ profuit Paulo, neq; interim ipſe orationis ſuæ meritum ex charitate amiſit, quia, ut ait Apoſtolus, unuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem. Ita etiam qui pro mortuo orat, nihil in de damni acquirit: quoniã merito ſuo nihil ideo decedet, ſicut pulchrè docent Auguſtinus & Gregorius orandum eſſe pro mortuis, & nos in feſto animarum diligenter oſtendimus. Hoc quoque fundamentum eſt indulgẽtiarum, quas eccleſia elargitur ex theſauro quem habet ex merito Chriſti & ſanctorum, quorum opera non tantum fuerunt meritoria uitæ æternæ, ſed & ſatisfactoria, quumq; illi non habuerint peccata propria, de quibus necdum ſatisfecerint, eccleſia illa aliis impẽdit hominibus magis indigentibus, ſed hæc aliàs. Leuiti. 4. Actuum. 7 1. Corin. 3.

Concluſio huius materiæ.

Audiſtis iam nunc, quàm ſit utilis pœnitentia, nobiſq; neceſſaria, audiſtis de contritione, de abſolutione & ſatiſfactiõe, qua ſatisfaciamus pro pœna peccati dimiſſi. audite nunc egregiam b. Gregorii ſententiam ſuper Iob: Quũ deus nullum peccatum ſinat impunitum, oportet enim illud aut nos perſequi plangendo, aut deum puniendo, hoc unũ nobis reliquũ eſt, ut exacte animus noſter uigilet ad emendationem: infra, Et tunc dies amaritudine inuoluitur, quũ animus ad ſui cognitionem reuertitur, & poeniten- Lib. 4. moral. capi. 18 & inde.

tiæ pœna ſequitur dilectionem peccati. Diem ergo inuoluimus, dum prauæ uoluptatis oblectationem conſideramus,& eam quæ inde cōſequitur pœnam. Ad finem etiam libri ſæpe dicit: Quum cogitat mēs ream eſſe ſe, tunc luget:& quicquid deliquit, id omē punit amara quadam mœſtitia:& dum meminit delicti, terrore efficitur metuq; iudicij: quūq; ſic homo perfecte conuerſus eſt, nondum tamen perfectē ſecurus exiſtit. cōſiderans enim extremi iudicij rigorem, inter ſpem & metum medius contremiſcit, ignorās an adhuc ſatis deplorauerit peccatum. Itaq; quiſquis ſecundum ea quæ diximus, ſe conformē exhibet conſuetudini eccleſiaſticæ,& ſequitur cōſilium illud Auguſtini, qui dicit, Ponat ſe omnino in poteſtate iudicis, in iudicio ſacerdotis, nihil reſeruans ſui, ut omnia eo iubente paratus ſit facere pro reparanda animæ uita, quæcunq; faceret pro uitanda corporis morte. Quicunq; inquam toto cordis affectu conteritur, integre confitetur,& impetrata abſolutione obedienter ſatisfacit, is gloriam ſimul & gratiā inuenit apud dominum bonorum omnium largitorem, id nobis contingat omnibus, Amen.

Auguſtin. de pœnit. c. 15.

HOMILIA QVINQVAgeſima ſecunda, de ſacramento extremæ unctionis.

Infirmatur quis in uobis? inducat presbyteros eccleſiæ,& orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine domini. Iacobi quinto.

LEgis euangelicæ lator, legem nobis tulit gratiæ, legem perfectiſſimam, & omnibus (ut aiunt) numeris abſolutam, cõtra ueterem duram, rigidam & lapideã legem Moyſi. hæc enim noſtra, ſi pręcepta conſideres, iuſtiſſima & æqſſima eſt: ſi ea quæ fidei ſunt reſpicias, certiſſima: ſi opera meritoria uideas, longe acceptiſſima: & ſi ſacramẽta intuearis, gratia ſimul & uniuerſa ſanctitate pleniſſima eſt, (uide Aliaceñ. in ſuis principijs) quoniam altiſſima dei ſapientia Chriſtus Ieſus prudentiſſime inſtituit ſacramenta, planeq; ſalubriter, ꝓ immenſa noſtra neceſſitate, homini iam ex utero matris in hãc lachrymaꝝ uallẽ prodeũti ordinauit baptiſmũ, quo renaſceretur ſpiritualiter ex aqua & ſpiritu ſancto, ſicq; intraret in eccleſiã, & incorporaretur domino Ieſu. Quia autem uita hominis militia eſt ſupra terrã, non quod in perpetuo nobis agẽdũ eſſet conflictu, ſed ſic ut Paulus ait, Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mũdi rectores tenebraꝝ harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus: ideo nobis inſtituit dominus pro robore ſacramentũ cõfirmatiõis, & pro ſpirituali refectione in uia ad uitam ęternam, propoſuit & parauit nobis menſam cibumq; ſanctiſſimi corporis & potum ſanguinis ſui, ut quiſquis ijs fruatur dignè, habeat uitam æternam. Sed quum omnis cogitatio & ſenſus in nobis iam inde ab adoleſcentia prona ſint in malum, nóſque adeo carnales uenditi ſimus ſub peccato, habitante in nobis & dominante in membris noſtris, ac reluctante

Aliacen.
Iohan.3.
Roma.12.
Iob.7.
Ephe.6.
Septẽ ſacramenta.
Iohan.6.
Gene.8.
Roma.7.

legi diuinæ, quæ humanæ fragilitatis miſeria eſt, & ad peccandum inclinatio, huic quoq; mederi uolens medicus animarum noſtrarũ, inſtituit ſacramentum pœnitentię. Sed quum non tantum ingreſſus noſter in uitam, ſed multo magis exitus periculoſus exiſtat, etiam hic conſultum nobis uoluit dominus, atq; prę-ſcripſit unctionis ſacramentum, cuius promulgator fuit Iacobus apoſtolus, dicens: Infirmatur quis in uo bis? &c.

Aue Maria.

Euãgelium Matthæi. 6. Quocunque introieritis.

Principio hic pro repetitis haberi uolo omnia, quæ ſupra de ſacramento confirmationis dicta ſunt, de oleo & unctione, ſimiliter quàm uaria ſit unctio. ſunt enim duæ unctiones ſacramenta, ut cõfirmatio & hæc noſtra: pleręq; ſacramentales, ut in baptiſmo & ordine: alia nec ſacramentũ, neq; ſacramentalis exiſtit, ut quando imperatores & reges inungũtur, ſicut rex Galliæ ungi ſolet oleo ſancti Remigij, quod in urbe Remeſi. ſeruatur. Nunc tãtummodo dicemus de unctione hominis iam morituri. ea ſic deſcribitur, Unctio. quòd ſit unctio hominis infirmi pœnitentiam agentis de peccatis ſuis, facta in certis membris corporis à ſacerdote cum oleo ab epiſcopo conſecrato, obſeruatis in hoc uerbis præſcriptis, & cum intentione diuina efficaciter ſignificãs remiſſionem uenialium & releuationem mentis, &c.

Hæc priuſquam explicemus, probandum eſt aduerſus ueteres nouosq; hæreticos, eſſe hoc uerum ecclesiæ catholicæ ſacramentum, quoniam oblatrarũt contra hoc Vualdenſes, dicentes extremam unctionem non eſſe ſacramentum benedictionis, ſed male-

dictionis. Errorē hunc ſequutus eſt Vuicleph, & poſt eum Lutherus. Nobis autem contra ſentinam & colluuiem omnium hæreticorum, ſatisfaciat communis eccleſiæ conſenſus. ſemper enim atq; adeo omnibus retro ſeculis catholici omnes conſtantiſſime crediderunt hoc eſſe ſacramentum. id cōuincitur etiam ratiōe tali: quoniam omnis medicina diuina inſtitutione ordinata pro efficaci ſigno exteriori ad adiuuandam uitam ſpiritualem, eſt utiq; ſacramentum, ſicut ab initio materię de ſacramentis declarauimus: unctio autem hęc ipſa olei, eſt tale remedium, teſtante id Iacobo, erit igitur & ſacramentum. Accedit etiam teſtimonium Innocentij, qui ante mille & cētum annos uixit, is ad Decentium ſcribēs, ſic inquit: Non eſt dubium, hoc de fidelibus ægrotantibus accipi uel intelligi debere, q ſancto oleo chriſmatis perūgi poſſunt, quod ab epiſcopo confectum, non ſolum ſacerdotibus, ſed omnibus uti Chriſtianis licet in ſua aut ſuorum neceſſitate inungendo. ac deinceps affirmat eſſe hoc genus ſacramenti. Nemini ergo Chriſtianorum dubium eſſe de hoc debet, quoniam hic uidet ꝑ oculis externum illud ſignum unctionis, adeſt etiam effectus ſacramentalis, aſſiſtentia gratiæ diuinæ, ſicut nobis adeſt teſtimonium forte ex ſcriptis Iacobi, quæ obſignata ſunt ſignaculo ſpiritusſancti. Ad hæc facit autoritas Auguſtini libro ſecundo, capite quarto, de uiſitatione infirmorum quum ait: Non prętermittendum eſt illud Iacobi apoſtoli præceptum: Infirmatur quis in uobis? inducat presbyteros eccleſię, &c. Ergo ſi roges de te & pro te fieri, ſicut dixit apoſtolus Iacob⁹, imò per apoſtolū ſuum dominus, ipſa uidelicet olei ſacri delibutio, intelligitur typica ſpiri-

Unctio eſt ſacramentum.

Iacob. 5. Innocentius.

Illud. 25 distinctio.

Auguſtin.

tus ſancti unctio. Obſerua quòd oleum dicit ſacrum, innuens illud prius eſſe conſecrandum, ſicut infra dicemus. Animaduerſione quoq; dignū eſt, quòd Auguſtinus uult non apoſtoli tantum eſſe uerba hæc, ſed quia dominus per os eius loquutus eſt. Idem ſentit ille parte quarta, ſermone nono, quum dicit: Quoties aliqua infirmitas ſuperuenerit, corpus & ſanguinem Chriſti ille qui ægrotat, accipiat, oleum benedictū humiliter à presbyteris & fideliter petat, & inde corpuſculum ſuum ungat, ut illud quod ſcriptum eſt, impleatur in eo, Infirmatur aliquis ex uobis &c.

Auguſtin.

2. Conſtat ex ijs, unctionem hanc eſſe ſacramentum, ſupereſt nūc, ut probemus à quo ſit inſtitutum. atque hic uolens obmitto ea, quæ diſputant nonnulli & contendunt, etiam ſpiritum ſanctum per apoſtolos potuiſſe inſtituere ſacramenta: quia iam inde ab initio ratam credidi eſſe ſententiam quæ concludit, omnia ſacramenta nouæ legis eſſe inſtituta à Chriſto: unde necdum recedendum puto, & conſtanter credēdum, hoc quoq; ſacramentum eſſe inſtitutum à Chriſto. ſic enim legere eſt apud Marcum: Exeuntes apoſtoli, prædicabant ut pœnitentiam agerent, & dæmonia multa ejciebant, & ungebant oleo multos ægros, & ſanabant. Super eum locum Beda inducens uerba Iacobi, dicit: Hinc patet, ab ipſis apoſtolis hunc ſanctæ eccleſiæ morem eſſe traditum, ut energumeni uel alij quilibet ægroti, ungantur oleo pontificali benedictione conſecrato. Idem ſuper epiſtolam Iacobi ſic ait: Hoc & apoſtoli in euangelio feciſſe leguntur, & nunc conſuetudo eccleſiæ tenet, ut infirmi oleo conſecrato ungantur à presbyteris, & oratione comitante ſanentur. In hāc ſententiam con

Bonauen. Bulifer. Magiſter.

Marci. 6.

Beda.

Sacramē tū vnctionis inſtitutū a Chriſto.

cedit & Nicolaus de Lyra ſuper Marcum, ut omninò ridiculum ſit, contrà mutire eos qui dicunt ſacramentum illud eſſe à primo concilio Hieroſolymitano inſtitutum, & ab apoſtolo Iacobo denique promulgatum. Quid quod etſi in loco illo non inſtituiſſet dominus hoc ſacramentum, tamen inde non ſequeretur, non eſſe ab eo inſtitutum? uſqueadeo multa facta ſunt, neque tamen deſcripta. Et longe magis credendum eſt, habuiſſe hoc apoſtolum ex uero ſuo præceptore CHRISTO, quàm ex quolibet alio. An autem uſi ſint apoſtoli eadem hac forma eccleſiaſtica, in cõtrouerſia ponit Gerſon: quoniam ad tempus potuerunt forſitan diſpenſatiue uſi fuiſſe alia forma, ſicut in baptiſmo, ubi contra præceptum Chriſti, ut baptizarent in nomine patris & filij & ſpiritusſancti, ex rationabili cauſa uſi ſunt alia forma, baptizantes in nomine Ieſu. Iohã. ulti. In cõpen. Matt. ulti.

5. Sacramentum hoc peculiare habet præ cæteris, quod multas habuit figuras præuias in ueteri teſtamento, ſed in lege Moſaica nullum fuit ſacramentum loco huius. de figuris typicis quadrifariam loquuntur doctores hoc modo: ſicut enim Dauid ter unct⁹ eſt, primo in domo patris ſui, ad regnũ futurũ, deinde ſuper Iuda in Hebron, poſtremo ſuper oẽm populum Iudaicum, quãdo regnauit in pace: ita quilibet Chriſtianus ter inungitur, in baptiſmo, confirmatione, & hac ipſa unctiõe, ſicut ſupra ad longũ oſtendimus in materia cõfirmationis. uide Altiſiodor. Alij proponunt figuram de quatuor illis quæ ungebantur in ueteri teſtamento, puta pontifices & ſacerdotes, uaſa templi, reges quoque & prophetæ. Ea pulchre Actuũ. 19. 1. Reg. 16. 2. Reg. 2. 5. Exod. 29. 1. Reg. 10. 3. Reg. 19.

Cyprian⁹. ad Chriſtianos applicat Cyprianus in ſermone de unctione, uide Franciſcum Maronis, quoniam & unctio in quatuor ſacramentis uſurpatur, baptiſmo, cōfirmatione, ordine & hac unctione: præcipue tamen prophetica unctio ad hanc noſtram refertur, omnes enim Chriſtiani ex reuelatiōe diuina & lumine fidei illuſtrati, conſtanter profitentur, futurum aliquādo, ut corpus quod in morte deponunt, ubi placitum id fuerit deo, in die nouiſſimo idem illud immortalitate recipiāt ueſtitum, eiusq; felicitatis gloriam quam tantopere deſiderant, ueluti cum ardore prophetāt.

Cæterum quod reliqua ſacramenta habuerunt alia quoq; in ueteri lege ſibi reſpondentia, ſicut baptiſmus circunciſionem, ſacerdotium euangelicum habuit illud Aaronicum, coniugium itidem matrimonium, & poenitentia uarias purificationes & oblationes pro peccatis, unctio autem nullum habuit ſibi reſpondens, idq; factum doctores affirmant ideo, quia imperfecta erat lex illa, dicēte Paulo, quòd neminem

Heb.7. ad perfectum adduxit lex, atqui ſacramentum hoc præparat hominem ad digne ſuſcipiendam gloriam cæleſtem, atq; idcirco confertur iamiam morituris, ſed in ueteri lege inutilis fuiſſet iſthæc præparatio, quando nemini patebat cælum, uerum in limbum detrudebantur omnes, atq; ideo ſacramentum hoc nullo alio indigebat præuio, maximeq; nihil utilita-

Diſtinct.23 quarti. tis allaturo. Albertus Magnus ſimul atq; cauſas illas ex ordine ponderaſſet, ſubiecit: Hoc optimè in euangelio Nicodemi innuitur, quòd Adam miſit filium ſuum Seth ad accipiēdum ab angelo paradiſi oleum miſericordiæ, quo ungeretur corpus ſuum ęgrotum, & negatum fuit ei, donec ueniret Chriſtus, qui ſua un-

ctione corpora & animas reficeret. (uide locum pene ad finem euangelij illius, quia Michaelem nominat angelum conſtitutum à deo ſuper corpus humanum, & ait poſt annos 5000. uenturum amantiſſimum dei filium, qui oleo miſericordiæ perungat oẽs credentes in ſe &c.) Non eo quidem inficias, euangelium hoc non recipi ab eccleſia, ideo neque pro cõſtanti ueritate propono, niſi quantum Albertus illud inducit.

4. Ex ijs facile conſequitur, quare ſacramẽtum hoc dicatur extrema unctio, nimirum reſpectu reliquarum trium unctionum in baptiſmo, confirmatione & ordine, quanuis non ſit ordo ſubſtantialis inter hæc ſacramenta, dempto baptiſmo. poteſt enim inungi, qui nec confirmatus eſt, neque ordinatus, nemo autem niſi baptizatus ſuſcipere debet hoc ſacramentum, quia baptiſmus ueluti ianua eſt omnium ſacramentorum. Prætere extrema dicitur, quoniam conferri nemini debet, niſi ei de cuius uita periculum ſit, nimirum urgente morbo, non quod ob eius uehementiam conferatur unctionis ſacramẽtum, ſed ꝓpter emigrationem ex hac uita. ideo recte extrema dicitur, quod in extremis homini conferatur, quanuis non adeo ſit extrema, ut non poſſit homo etiam illa inunctus, conualeſcere & ſanari. Imò & eccleſia in illius adminiſtratione precatur dominum ne ſit extrema, ſed omnes illæ orationes, ut infra docebimus, eò tendunt, ut ille ad ſe reuerſus, non moriatur. *Extrema vnctio.*

Etſi in communi Iudæis prohibitum fuit, ne ungerentur oleo ſacro, poſtquam tamen uenit unctus ille noſter dominus Ieſus, is nobis inſtituit hoc ſacramentum unctionis, id enim uiſibile eſt unctionis ſi- *Exod.30.*

gnum, inde & orationes palam pronunciantur ſuper infirmum à ſacerdote, quæ efficacia ſunt diuinæ gratiæ ſigna, dicente apoſtolo, quoniam oratio fidei ſal-

Iacob.5. uabit infirmum: & ſi in peccatis fuerit, dimittentur ei. Decretum hoc idem eſt in magno concilio Florentino, collecto ex Latinis & Græcis eccleſijs, unde nec decet hominem Chriſtianum diuerſum ſentire uel credere, niſi eccleſiam nolit audire, & malit haberi pro ethnico aut publicano. Quin potius omnes pij ſacramentum hoc cum gratiarum actione ſuſcipiāt, & gratias agant domino Ieſu pro ſua immenſa pietate & miſericordia, pro tantis gratiæ ſuæ donis, ex quibus affatim nobis largiſſima & innumera bona redundant, ſicut infra docebitur de effectibus huius ſacramēti. interim orem⁹ dñm noſtrū Ieſum, ut &c.

C. abolendam de hæreticis.

Matt. 18.

HOMILIA QVINQVAGESIMATERTIA, de ſacramēto extremæ unctionis.

Si quis infirmatur in uobis, inducat presbyteros eccleſiæ, &c. Iacobi v.

PRobatum iam ſatis eſt, extremam hanc unctionem eſſe ſacramentum, & quidem à Chriſto inſtitutum, & à beato Iacobo promulgatum, habuiſſeq́ in ueteri teſtamento figuras, non tamen aliud ſacramentum ſibi reſpondens. Conſequens nūc eſt, diſſerere de materia ſacramenti illius. uerum nos hic impediunt canes quidam rabidi, oblatrantes contra hoc & alia eccleſiæ ſacramēta, ut merito dici queat ad catholicos: Videte canes, uidete malos operarios, uidete conciſionem, ſicuti nunc Lutherus & Zuinglius à nobis ſunt conciſi, & quidem operarij mali,

Phil. 3.

quia nec ieiunãt,nec orant,nec templa uiſitant, neq; corpus in minimo caſtigant. Ecce canes impudentes quàm calumniantur pontifices, imperatores, reges, cardinales, principes & epiſcopos,omnesq; quotquot renuunt ipſorum accedere impietati. Hic oportet in lucem protrahatur, quicquid in uſu eccleſiaſtico uel fuit à temporibus apoſtolorũ.nos hic audiemus tantum,quomodo Lutherus cum ſuis allatret hoc ſacramentum & calumnietur unctionem. (obmittimus gloſſam in ca.uir.de ſec.nup,& de conſe. diſtinctiõe quinta in ſumma,quæ etſi in uerbis labantur,arbitramur tamen intentionem habuiſſe eccleſiæ obedientem)quum enim ferè omnes doctores innitantur uerbis Iacobi,Lutherus more ſuo allatrat, contendens epiſtolę huius non fuiſſe autorem Iacobum apoſtolum,neq; dignã eſſe ſpiritu apoſtolico, ſed ſtramineã eſſe.ideo & reiecit atq; exploſit è ſua biblia,neq; finit eam eſſe in canone.latratus hic uos nil moueat, chariſſimi.eccleſiam quæ errare non poteſt, ſectemini. uerum quidem eſt,in primitiua eccleſia dubitaſſe nõnullos de autoritate huius epiſtolæ.nemo tamen pius poſt eccleſiæ conſtitutionem ambigere potuit ſuper hoc. Decretum eſt autem in concilio Aphricano,quod approbauit Bonifacius papa,ubi omnes libri biblici utriuſq; teſtamenti nominatim exprimuntur,& in ijs hæc quoque Iacobi epiſtola connumeratur. Ita & Innocentius papa primus ad Exuperium epiſcopum Toloſanum, inter cæteros libros bibliæ numerat etiam hãc epiſtolam Iacobi. Teſtatur idem Hieronymus in prologo,dicens:Iacobus,Petrus,Iohannes & Iudas ſeptẽ epiſtolas ediderũt,tã myſticas

Heretici canes.

Sanctus Iacobus autor epiſt.

Can.24

Inno.1.

Hierony.

quàm ſuccinctas,& breues pariter & longas, breues in uerbis,longas in ſententijs, ut rarus ſit qui non in earum cæcutiat lectione. Et in alio prologo ait ſeptẽ eſſe epiſtolas canonicas, quarum prima Iacobi, duę Petri,tres Iohannis,& una ſit Iudæ.Porro quod ab initio dubitatum eſt ſuper hac epiſtola, affirmat b.Hieronymus de uiris illuſtrib. inquiens Iacobum fratrem domini tantum unam ſcripſiſſe epiſtolam, quæ & una ſit ex canonicis,ea eſt quæ fertur ab alio edita ſub Iacobi titulo,quanuis inde paulatim quoq; ſuam recuperauit autoritatem.

Lib.2.c.23 Idem ſentit Euſebius,de ſ.Iacobo ſic dicens: Cuius illa habetur epiſtola, quæ prima ſcribitur inter eas,quę catholicæ appellantur. Sciẽdum tamen eſt, quod à nonnullis non recipiatur,nec facile quis antiquorum meminerit eius, ſicut nec illius quæ dicitur Iudæ,quæ &ipſa eſt una de ſeptem,nos tamẽ ſcimus etiam iſtas cum cæteris ab omnibus penè eccleſijs recipi.

Cur epiſtola Iacobi aliquandiu fuit dubia. Dubitandi autem cauſa hæc fuit, quòd circunferebatur tunc falſa quædam epiſtola ſub alterius Iacobi Zebedæi nomine,ſicut meminit Innocentius,ideoq; quum percrebuiſſet illud, quomodo epiſtola falſa ſub titulo Iacobi haberetur, neque quiuis potuit alteram ſub altera ſecernere, factũ eſt ut hæc quoque in dubium uenerit.

Nihil autem hoc promouere poteſt cauſam Lutheranam.quanuis enim quippiam fuerit aliquando in ambiguo poſitum,de quo tamen deinceps certo ſtatuit eccleſia,illudq; autoritate condigna donauit, minime permittẽdum eſt Luthero uel conſimili alicui, poſt tantũ temporis illud rurſus in controuerſi

am adducere, & autoritatem eccleſiæ celeberrimam multisq́ ſeculis obfirmatam ac prgſcriptam uelle e ̃e uare. Quis obſecro non abhorreat os iſtud impudẽs Lutheri, qui epiſtolam hanc ſanctam, à ſpirituſancto per organum electum ſcriptam, & ab eccleſia in continuo uſu conſtantiſſime obſeruatam, tot contumeliis & opprobriis impetere non ueretur, uſque adeo, ut ſtramineam uocet, & indignam dicat apoſtolico ſpiritu? Hæccine loqui & blaterare perfidum ex monacho apoſtatam, deſertorem eccleſiæ, fideiq́ deſolatorem? aut quid tandem eſt, ſi non hæc temeritas eſt, hominem perfidum ſeſe comparare apoſtolo ipſumq́ calumniari? aut Paulus ſibi uidetur forſitan, qui Petro reſtitit in faciem? Verum iam olim rex Anglię declarauit ſatis, unde enatum ſit ei tantũ huius epiſtolæ odium: & uir pietate ſimul & eruditione clarus Hieronymus Emſer feliciſſ. memoriæ, omnes eius obiectiones abunde ſatis refutauit, quibus utitur cõtra hanc epiſtolam. tota nanq; apoſtolica & Chriſtiana eſt epiſtola, patientiam docens in aduerſis, in tentatione gaudium, & quod omne bonum ſit à deo, ut homo tardus ad irã & in ſermone exiſtat, ut quiſque linguam ſuam domet, quod Lutherus minime facit, ut uiſitentur uiduæ & orphani in tribulatione, ne extollamus diuitem cum contemptu pauperum, ut ſimus in iudicio miſericordes, ut quiſque fidem ſuam exornet uirtutibus. plurimus eſt ibi apoſtolus in corrigendis uitiis linguæ, in reprimenda ira, coercendo odio & reprimenda ſapientia humana, docet nos dominari concupiſcentiis prauis, eo quòd deus ſuperbis reſiſtit, humilibus dat gratiam, & ut in omnibus deum habeamus præ oculis, reprehendit diuites

Gal. 2.

Emſer.

Laus epiſtolę Iacobi.

non uiuentes ſecundum uoluntatem dei, ſed opprimentes pauperem, docet patientiam Iob, uetat iurare, oſtendit utilitatem ſacræ unctionis, confiteri iubet & orare. aut non ſunt hæc apoſtolici ſpiritus? nõ ſunt hæc pia & catholica dogmata? Reliquum eſt, ut dicamus Lutherum cum ſuis mendacijs contumeliam inferre ſpirituiſancto, & iniuriam facere ſancto apoſtolo.

2. Neque uero ijs contentus eſt Lutherus, ſed multa alia adcumulat. Ait enim, ut maxime ſit hæc epiſtola Iacobi, non decuiſſe tamen eum ex proprio ſuo propoſito inſtituere ſacramentum, quoniam id ad Chriſtum proprie pertineat, & in prologo ſuo conatur inde probare epiſtolam hanc non eſſe Iacobi apoſtoli, quoniam is cito & mature ſit occiſus ab Herode, multo ante Petrum & Paulum, & tamen utatur dictis illorum.

3. Ad hęc clamat, ſacramentum hoc eſſe ſignum ſanitatis, quam tamen raro confert, unde conſtet ſignum id falſum eſſe.

4. Deinceps reprehendit catholicos, quod quũ Iacobus de infirmantibus ſimpliciter loquatur, illi tamen non niſi morituris porrigant hoc ſacramentum, priuantes ſic reliquos infirmos utilitate huius ſacramenti. Nihil autem hæc moueant quenquam, ſed potius conſtanter perſeueret cum eccleſiaſtica conſuetudine. Principio enim hic patet eorum cæcitas & ſtoliditas, quod Lutherus etiamſi Iacobus autor eſſet huius epiſtolæ, nõ tamen uereretur ſanctiſſimo apoſtolo impingere & exprobrare, quoniam non licuerit ei aliquod inſtituere ſacramentũ: de ſan-

Tom. 3. ctimonia hui⁹ apoſtoli multa diximus in eius feſti-

nitate, cui quis non merito plus fidei tribuat quàm apoſtatę pfido? ipſe enim eſt unũ ex duodecim fundamentis eccleſiæ, ipſe & columna eſt eccleſiæ, ipſe ex numero eſt illorum undecim, quibus Chriſtus ꝓmiſit ſpiritum ſanctum, qui nos docet omnem ueritatem: quumq; ab utero matris ſit ſanctificatus, & in die pentecoſtes ſpiritu ſancto repletus, dominoq; iubente unxerit infirmos, quis neget eum melius tenuiſſe uoluntatem Chriſti, quàm os blaſphemum & impudens Lutheri? Quod ſi Lutherus temerario ſenſu ductus, putat Iacobum potuiſſe errare quum hanc ſcripſit epiſtolam, quid ſentiendum erit de Luca & Marco? an nõ prodiret ſtatim aliquis, qui clamet nõ licuiſſe eis quicquam tale ſcribere, ut nunc Lutherus impurat Iacobo? ꝓfecto ſimili temeritate, imò blaſphemia inflatus Lutheri diſcipulus Iohannes Campanus, inſtar gigantis cælum ipſum ſtultitia petens, conatur impetere trinitatem. Neq; iſtiuſmodi commentum careret fuco, & tanto quidem minus, quanto magis autoritas Iacobi ſuperat Marcũ & Lucam, ita tandem futurum eſſet, ut claudicaret aut omnino periret uniuerſa fides noſtra, ſicut om̃ibus uiribus elaborat in hoc Lutherus.

Apoca. 21. Eccleſ. Actu. 2. Marc. 6. Campa. Arrianus. Pro epiſtola Iacobi.

Melius autem nobis cõſuluit Chriſtus, quãdo rogauit pro Petro, ut non deficiat fides ſua, quando dixit portas etiam inferorum nihil præualituras aduerſus eccleſiam, quando promiſit manſurum ſe nobiſcum uſq; ad conſummationem ſeculi. Sic itaque confirmabit deus Chriſtianam ueritatem, fidemque eccleſiæ ſuæ, etiamſi rumpantur omnes hæretici, quorum iam penè innumeri diſiecti ſunt & pereunt, quaſi lapis in profundum maris dimerſus, &

Lucę 22. Mat. 16. Matt. vlt.

ſicut plumbum in aquis uehementibus, uerbum autem dei triumphat, eccleſia adhuc conſiſtit inuicta, fides uera illius permanebit in æternum. Sed faceret forſitan fucum Lutherus coram ſimplicibus, quum ait ſ. Iacobum non potuiſſe inſtituere ſacramentum, atqui ſuper eo non contendent cum ipſo catholici, quoniam nec ipſe apoſtolus dicit, ſe inſtituere hoc ſacramentum, neque doctores communiter affirmant Iacobum hic inſtituiſſe ſacramentum, ſed quia & ipſe unus fuit ex duodecim, quibus concredita eſt eccleſia plantanda, utique hoc ille habuit ex magiſterio legis euangelicæ latoris domini Ieſu: non ergo ipſe inſtituit hoc ſacramentum, ſed à Chriſto inſtitutum promulgauit: nos quoque hoc ſemper peculiariter tribuere ſoliti ſumus Chriſto, quòd ipſe ſolus plenā habeat poteſtatem inſtituendi ſacramēta, quoniam ipſe ſolus promiſſionem dare poteſt efficacem gratiæ ſuæ diuinæ.

Error cęcus Lutheri de morte Iacobi.

5. Cęterum quod deinceps proponit Lutherus, plane infantiliter contendens Iacobum mature admodum eſſe paſſum & occiſum ab Herode, hic iam appello Chriſtianos omnes, eos uero maxime, quos peſtifera Lutheri doctrina ſeduxit, ut ſaltem hinc uideant & conſiderent diligenter, quàm imperitus ſit ille ſcripturarum & hiſtoriarum omnium, atque interim uniuerſum mundum conetur excæcare, quum ipſe cæcus in medijs palpitet tenebris.

Quomodo uero non erubeſcat Lutherus cum omnibus ijs qui eum defendere conantur, dum errorem tam puerilem & temerarium non poteſt non agnoſcere? Impudentiſſimus ecce apoſtata ideo Iacobi epiſtolam reijcit ex canone, quod paſſus ſit ante

Actu. 12.

Petrum & Paulum, nec ſcit interim homo furioſus & rabidus, quis ſit ille Iacobus, quem autorem perhibent huius epiſtolæ, quum etiam pueri ſciant Iacobos fuiſſe duos, ex quibus quem Lutherus clamat ab Herode eſſe occiſum, fuit utiq; Iacobus maior, is qui in Galicia in Compoſtella colitur, quū tamen ex Hieronymo, Euſebio & omnibus antiquis doctoribus certiſſimū ſit, Iacobum minorem filium Alphæi, fratremq; domini dictum, epiſcopum Hieroſolymitanum, autorem huius eſſe epiſtolæ. Eant nunc Lutherani, & iactent magiſtrum ſuum, Danielem & Heliam mendaciſſimū, ut qui ignoret de quo dicat, neſciat inter duos illos apoſtolos diſcernere, interimq; tā peruicaci temeritate præſumat epiſtolam hanc citra rationem & fundamentum ex canone reijcere. Sed quid agas, quum iſtis autoribus & arbitris res nō aliter cadat? Conſimili temeritate qua epiſtolam Iacobi reijcit, neſciens interim uter ex duobus eā ſcripſerit, etiam prodit infantiam ſuam, dum oſtendit non intelligere ſe, quidnam ſacramētum unctionis ſignificet. tm̄ perſuaſit hoc ipſe ſibi, priuſquam hanc cœpiſſet euomere, cū ſuo Carolſtadio & Vuenceſlao, ſcire ſe omnia. hic autem manifeſte declarat ſe nihil ſolidi ſciuiſſe, maxime quum ignoret quid ſit ſignatum, uel res in hoc ſacramento. tam ridicule & turpiter hic ſe uictum dedit, ut quod ſciunt primi ſcholares inter rudimenta theologiæ, id ille uir magnifice doctus ignoret, dum perhibet ſacramentum hoc ſignificare ſanitatem corporis & eam polliceri, ideoq; quum ut plurimum illam non præſtet, iſthuc declinare conatur, q̄ ſignum hoc ſit falſum.

Alius error Lutheri.

4. Quanuis hoc iuſto ordine tunc demum fue-

rat confutandum, quando de effectibus huius ſacramenti dicetur, attamen quum nõ ſit animus noſter illas homilias de ſacramento unctionis deinceps Lutheranis huiuſmodi fæcibus coinquinare, cõſultum uiſum eſt, id etiam hoc loco refellere, uobisq; Chriſtianæ fidei & religionis oſtendere ueritatem. Primũ autem hic mihi uidere errorem neſcio dicam magis an inſcitiam Lutheri, quum aſſerit hoc ſacramẽtum ſignificare ſanitatem corporis. O hominem trunco & ſtipite ſtupidiorẽ, qui ignorat id, quod omnes ꝓfitentur cum beato Auguſtino, ſacramentum eſſe inuiſibilis gratiæ uiſibilem formam. unde ſciunt omnes certo, omnia ſacramenta præcipue ſignificare gratiam dei, uel eam eſſentialem, ut in euchariſtiæ ſacramento, uel ita ꝙ effundatur per ſpiritumſanctum in cordibus noſtris. prçcipua igitur illius ſacramenti ſignificatio, tendit non ad ſanitatem corporis, ſed gratiam & dona animæ.

Signatũ huius ſacramenti.

Auguſti.

2. Adhuc conatur Lutherus modis omnibus, & huic ſacramento & ipſi apoſtolo impingere mendacium, ſi hoc pro ſacramento habuiſſet, quod ſic quã pollicetur corporis ſanitatem, non præſtet: ſed in primis ſtatim delinquit foribus Lutherus, quaſi canterius in porta. ſiquidem ſacramentum hoc non ſignificat ſanitatem corporis, ſed ſalutem animæ.

Ad hæc non liberaret ſua euaſione Iacobũ à mendacio, quia hoc loco non de ſacramento unctionis loquutus fuiſſet, attamẽ alleuiationem promiſit infirmo à deo & ſaluationem. quæ ſi intelligantur ad ſenſum Lutheranum, ubi quis unctus fuerit iuxta pceptum apoſtoli, adhuc tamen ſanitatẽ corporis impetraturus non eſſet. ſic nimirũ cupit Lutherus men

dacem facere ſanctum Iacobum, ſiue unctionem intelligat ſacramentum, ſiue non. Si enim ait Iacobus unctos fore ſanos, idē erit defectus in & extra ſacramentum. Perinde ineptum eſt quod minus uere ꝓponit, ſicut de unctiōe apoſtolus loquitur, quod ſi ea etiam nunc fieret à pijs hominibus in fide nihil hæſitantibus, dubium non eſſe, totidem fore ſanos, quotquot tandem ipſi uelimus. Id ſi ita eſſet, profecto Lutherus pro ſua ingenti & magnifica fidei prædicatione, ſi quem ungeret, eum plane redderet immortalem. quur non attentat hoc cum aliquo ſi forte ſua illa tam animoſa fide quempiam ſanaret, ut ſic quod gloriatus eſt diu, miraculum aliquando facerent aduerſarij noſtri, quorum nullus tamen nec equū claudum ſanauit unquam. Mendacia igitur iſta ſunt tantum & inania uerborum deliramenta, quum nō auſint huiuſmodi unctionem tentare, ſcientes utiq; ea ſe nihil profecturos. quod ſi ſuccedere potuiſſet, iam olim tentaſſent hoc in Frederico Saxoniæ electore protectore ſuo. Alius error Luth.

Quanto autem uerius docet eccleſia ſacramentū hoc ſignum eſſe gratiæ diuinæ, ut alia ſunt ſacramenta, deinde auferre peccata uenialia, iuxta illud Iacobi: Si in peccatis ſit, dimittentur ei. quāuis interdum propter orationem eccleſiæ deus etiam infirmo cōfert ſanitatem, ut infra dicetur. Iac. 5.

5. Quinto loco conqueritur Luther, indigne facere nos, quum tātopere uſum huius ſacramenti reſtringimus, ut ſolis iis conferamus, de quorum uita periculum ſit, non attendentes quod Iacobus generaliter dicit, ſi quis infirmatur, nec aliquam facit de periculo mortis mentionem. Audite hic rurſus blaſphe- Unguntur morituri.

miam & os impudens. reprehendit enim nos, quòd minus æquo utamur hoc ſacramento, quod etiam conferẽdum eſſet omnibus infirmis, quum interim ipſe in ſua ſpelũca Vuittenbergeñ. nulla plane utatur unctione, neq; in communibus neq; lœtalibus morbis, ſicut & diſcipuli ſui eam non uſurpant. Ita mendacẽ facit ſeipſum in ijs quæ ſunt fidei, cũ maiori ſane pnicie, quàm ſi eſſet homicida, iuxta illud Pſalmi: Odiſti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes q loquuntur mendacium. ubi pulchre inquit Hieronymus: Rem nouam uideo, qui malum operatur, odio habetur: qui mentitur, perit, quũ tamen perire mai⁹ ſit quàm odio haberi: quur ergo deus maiorem infligit pœnam homini mendaci, quàm operanti iniquitatẽ? Ex conſequentibus, inquit ille, pſalmi & ex ipſo ordine intelligere poſſumus, quia de hæreticis dicit. qui enim operatur iniquitatem, ſuam tantum occidit animam. qui autẽ hæreticus eſt, & loquitur mendaciũ, tot occidit homines quot ſeduxerit, ideo deinceps uirum ſanguinum uocat & doloſum. uere quilibet hæreticus, uir ſanguinum eſt, ut qui quotidie ſeductarum per ſe animarum ſanguinem effundat, ita quod non tantum hic temporaliter pereant, ſed & illic damnentur in æternum, quotquot ſequuntur puerſa iſtius animicidę dogmata, & ex nauicula Petri, ex eccleſia Chriſti excidunt, ut non immerito ſit iſte ex eorum numero, quos abominatur domin⁹, ut ait Dauid, qui in alio etiam loco hæreticos appellat uaſa mortis.

Pſalm. 5. Hierony. Hæretici animicidę Pſal. 7.

Sed nunc reſpõdeamus ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam. inquit Lutherus Iacobum in commune de infirmis eſſe loquutũ, hinc q̃q; nos male uti oleo unctiõis

in morbis tantum lœtalibus. Audio, ſed ille uiciſſim audiat, q̄d quanuis uerba Iacobi generalia ſunt, con ſuetudo tamen & uſus eccleſiæ, ratio quoq; & inſtitutio huius ſacramenti ſatis perſuadet, illud non q̄uis morbo laborantibus eſſe porrigendū, quoniam ante CuſanumGerſon quoq; pręclaram nos docuit regulam, quod praxis eccleſiæ ſit optima interpres ſcripturarum, ſicut enim ſcriptura à ſpirituſancto prouenit per electos ſuos ſcriptores, ita per eundem ſpiritumſanctum à Chriſto promiſſum & miſſum, eccleſia poteſt eas intelligere, neq; fruſtra promiſit ille manſurum ſe nobiſcum ad conſummationem ſeculi. Id ita eſſe, proprijs Lutheri uerbis cōuinci poteſt, nam & ipſe affirmat datum hoc eſſe eccleſiæ à Chriſto, ut poſſit diſcernere inter uerbū dei & uerba hominum. quod ſi poteſt præſtare in iudicandis ſcripturis biblicis, quur non etiam in intelligendis? aut quū quod maius eſt dederit ei Chriſtus, minus forſitan negarit? Recte igitur credunt omnes catholici, Iacobum quum de infirmantibus agit, loqui de ijs quorum uita iam in diſcrimen uenerit, quoniam ſic catholica intelligit eccleſia. Accedit huc & ratio ſatis ualida, quum inſtitutū ſit hoc ſacramentū cōtra pctā uenialia, quibus nō caret homo quàm diu eſt in hac uita, ſicut ait Iohānes: quia ſi dixerimus quod peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt. illud ergo in nobis eſt inſtar morbi incurabilis, nullo modo deſinens infirmitas, nulla medicabilis arte, & ideo non eſt contra uenialia peccata aliquod peculiare inſtitutū ſacramētum, niſi inquantum ſingula ſacramenta alia alijs plus tollunt & adimunt. Quum uero cōſideramus peccata uenialia ue

Cuſanus. | Iohan. 16. | Actu. 2. | Mat. vlti. | In capti. Babyl. de ordine. | 1. Ioh. 1.

lut in ſtatione,hoc eſt, iamiam ex hac uita cōmigraturi,ubi finis &terminus eſt uenialiter ſimul & mortaliter peccandi,hic iam decuit,ut diuina miſericordia aduerſus iſta peccata uenialia & alias ſuggeſtiones tentatoris diaboli inſtitueret homini morituro ſacramentum,quo iſta omnia diluerētur,hoc ipſum ſacræ unctionis à Chriſto primitus inſtitutum,à beato Iacobo apoſtolo promulgatum,& ab eccleſia receptum,fruſtraq; ab hæreticis impugnatum,à pijs & Chriſtianis omnibus pie &ſedulo uſurpatum ad remiſſionem peccatorum uenialium,ad profundos dęmonū inſultus,ad robur fidei & ſpei,ut ſic pie & ſancte decedant ex hac uita,præmia conſequuturi æterna. Amen.

HOMILIA LIIII. DE MATEria & forma ſacramenti unctionis. Infirmatur quis ex uobis?&c. Iacobi quinto.

QVum unumquodq; ſacramentum à Chriſto inſtitutum,in ſigno aliquo ſenſibili externo conferatur pro cuiuſlibet cōditione & qualitate,nunc quoque in hoc unctionis ſacramento operæprecium erit,nos eius materiam conſiderare, & illius commoditatē oſtendere.Materia ergo hui9 ſacramenti oleum oliuarum, & oleum quidem expreſſum eſt in Marco & Iacobo:quod autem oporteat eſſe ex oliuis,præterquam quod uſus probat ecMar.6. Jacob.5. cleſiæ, ſuffragatur nobis etiam teſtimonium ueteris legis.neq; enim aliud in tēplo oleū uſurpabatur niſi oliuarū,ſicut præcepit dn̄s, ut afferrēt filij Iſrael oleū Exodi 27. de arboribus oliuarū puriſſimum,ſimiliter & in Leui

tico:quāto magis conuenit ad uſum huius ſacramēti adhibere tale oleum,quàm ad lucernas in templo & ſynagogis: deinde per excellentiam & antonomaſiam per oleum intelligitur hoc ipſum oleum oliuarum,plurimumq́ illud eſt huic ſacramento conueniens,ut ſic exterior oliuæ proprietas internam ſignificet uirtutem huius ſacramenti. multas enim habet hoc oleū conditiones eximias & præclaras,quas hîc breuitatis ſtudio non recenſemus. Vide autem Cyprianum in ſermo.de unctione chriſmatis, Originē homil.14.ſuper Leuit.& Gregorium lib.19. moral. cap.12.& 13.Repræſentatū & hoc olim eſt per ramū oliuæ uiridis,quem columba in ore attulit in arcam Noæ,uide de ſacra.unct.Faciunt eò non parum conditiones etiam olei.eſt enim mite,tranquillum,molle.neq; offendit,penetrat,fouet & confortat,ſalutare inſuper eſt,& internam ſignificat ſanationem ſpiritus & conſcientię nitorem ad introitū uitæ æternę. quod autem ſalutare ſit oleū,colligere licet ex Eſaia, (per abnegationem) quum dicit: Vulnus & liuor & plaga tumens,non eſt circunligata, nec curata medicamine,neq; fota oleo. Sed quomodo triplex ſit oleum,catechumenorum,confirmationis & infirmorū, iam ſupra dictū eſt in materia confirmationis. Oleū itaq; nucum,non eſt idoneum ad hoc ſacramētum: quia internum animæ gaudium & alleuiationem ſignificat; quod nec faceret oleum nucū,nec eſſet ita conforme huic remedio in ſignificādo. certe Gregorius quoq; homil.de decē uirginibus affirmat,quod per oleum nitor gloriæ deſignetur.

Leuit. 14.
Oleū materia ſacramenti.
Cyprian.
Origenes.
Gregor.
Gene. 8.
Eſa. 1.
Gregor.

¶Eſt autem hæc uſq; adeo propria illius ſacramenti materia,ut neque ſummus pōtifex, nec concilium

poſſit immutare(hoc eſt q̃d dicimus in ſcholis, quia poſſunt immutare materiam ſacramentalium, ſed non ſacramentorum)ſine reuelatione diuina. Sequi-

Li.9.c.14 tur inde,erraſſe Armacanum in quęſtionibus Armeniorum,quando dixit Chriſtum & uſum eſſe hoc ſacramento,& illud inſtituiſſe, quando fecit lutum ex ſputo & liniuit oculos cæci,poſſeq́ idipſum etiã ho-

Johan. 9. die fieri.ſatis autem impręmeditate aſſeruit hoc ille, quia non erat ibi materia in qua oportet hoc ſacramentum adhiberi,quanuis magnum ſit grauamẽ & grauiſſima pœna eſſe cæcum, non tamen ægritudo lœtalis exiſtit quæ hominem conſtituat in periculo uitæ ſuæ, ideoq́ cæcus iſte capax non erat huius ſacramẽti:deinde nec materia uera ibi fuit, in qua conuenit illud ſacramẽtum uſurpari. Cæterum quur nõ

Cecus a Chriſto nõ vnctus ſacramentaliter. etiam hic commiſceatur oleum balſamo, ut in confirmatione,cauſa deſignari talis poteſt, quod balſamum(ut ſupra diximus)propter odorem quem habet gratiſſimum,ſignificat odorẽ boni nominis ſpectatæq́ famæ,qua non perinde indigent emigraturi ex hac uita,ſed eis ſufficit nitor conſcientiæ ſanæ,qui per oleum oliuarũ repræſentatur. (uide c.1.de ſacra. unctionis.)

2. Atqui nondum ſatis eſt, materiam hanc eſſe oleum oliuarum,niſi accedat inſuper & conſecratio epiſcopalis. quanuis enim baptiſmus fieri poteſt in aqua nec benedicta nec conſecrata,ideo quia(ut ait

Beda. Beda) Chriſtus tactu ſuæ mundiſſimæ carnis dedit uim regeneratiuam aquis, id autem in oleo non fit, quum interim reliquæ unctiones fiant oleo cõſecra-

Albertus. to,ut ſit ueriſimile,autore Alberto,apoſtolos etiam quando unxerunt infirmos, oleo uſos fuiſſe antea a

Chriſto conſecrato.ſiquidem de hoc oleo uolunt do ctores Dauid quoque eſſe loquutum,quū dixit:Oleo ſancto meo unxi eum.ecce oleo ſancto,inquit,ut nō intelligas quoduis oleum. Ad dignitatem huius ſacramenti non parū quoque facit,quòd materia eius tantum conſecratur ab epiſcopo,ſiquidem Innocentius papa putat illud à ſolo deberi cōferri epiſcopo, propter ipſius excellētiam. quod autem Iacobus de presbyteris loquitur,inde factum eſt,quod epiſcopi alijs occupationibus impediti, non poſſunt omnes uiſitare infirmos.Præterea & hoc ibi innuitur,quod operatio ſacerdotalis à poteſtate promanat epiſcopali. neque enim uel hoc uel aliud quodcunque ſacramentum poſſent presbyteri tractare,niſi eam poteſtatem ab epiſcopo ſuſcepiſſent. Adducere ſolent in hoc uerba Dauidis: Sicut unguentum in capite, q̄d deſcēdit in barbam barbā Aaron,q̄d deſcēdit in oram ueſtimenti eius. uirtus enim huius unctionis deſcendit à capite Chriſto in epiſcopos, & ab ijs deinde in oram ueſtimenti,hoc eſt,in reliquam plebem fidelium.(ſcio quod Hieronymus explicat unguentum in capite diuinitatis deſcendere in barbam,hoc eſt,Chriſtum,& in oram ueſtimēti,id eſt, eccleſiam, alij barbam faciunt apoſtolos.) Sciendum tamen hic eſt,oleum non conſecratum, fieri conſecratum, quando cum conſecrato pmiſcetur,non ſecus quàm quum pannus non benedictus ueſti conſecratę adſuitur,uel quando aqua non benedicta in benedictā infunditur,tota benedicta efficitur,c.quod in dubijs, de conſe. eccleſi. uel alta. & gloſſa de alea.97. diſt. presbyteros.Id tamen ſic intelligendum eſt,ne oleum additum,ſuperet ipſum conſecratum in quanti-

Oleum ſit cōſecratū.

Pſal. 132.

Oleum uiſcere.

GG

tate. Hinc facile patet, q̃modo ſacramenti huius debeamus excellentiam ponderare, quod ex oleo oliuarum tantum adminiſtratur & exhibetur, ſalutarẽ ſcilicet ſignificans animæ medicinam. nihil enim (ut

Hierony. ait Hieronymus) ſanctificatur niſi per unctionẽ. Adhuc quoq; ſanctimoniam huius ſacramẽti id indicat, q: non niſi in materia conſecrata adminiſtratur: neq; minus arguit eius eminẽtiam, q: illius materiã oporter ab epiſcopo tantum conſecrari, maximum argumẽtum eſt, quod à ſolo epiſcopo etiam deberet adhiberi, niſi aliud expoſtulaſſet hominum neceſſitas, uide c. illud & c. presbyteros, 95. diſt.

Jacob. 5. 5. Satis iam de materia huius ſacramẽti diximus, proinde ad formam progrediemur. quum enim Iacobus iubeat presbyteros orare ſuper infirmum, ut ſic oratio fidei ſaluet infirmum, non eſt hoc intelligendum de fide ungentis, ſed eccleſiæ, in cuius fide omnia adminiſtrantur ſacramenta. quum autem ſacerdos aliquid orat ut publicus eccleſiæ miniſter, uo

Tomo. 2. cali facere hoc oratione debet, ut alibi in Homili. de oratiõe diſſeruimus, ſed quæ ſit huius orationis forma, quæret forſan aliquis, ſane ea triplex eſt, prima

Triplex forma. Gregoriana ſiue Romana, deprecatiua eſt in hunc modum: Per hanc unctionem & ſuam piiſſimam miſericordiam dimittat tibi dominus, quicquid peccaſti per illicitum uiſum, auditum, &c. Altera forma abſolute eſt indicatiua, & dicitur Ambroſiana, quod ea uſus ſit Ambroſius, & ſic habet, quum ait ſacerdos: Vngo oculos tuos oleo iſto ſancto. Tertia porro formula ex utraque compoſita eſt, ubi uideo Albertum Magnum affirmare, pleraſq; eccleſias obſeruare formam illam indicatiuam, puta omnes eccle-

ſias ſuperioris Germaniæ. mihi quoque conſtat, antiquiſſimos libros iſtius prouinciæ (arbitror autem eum loqui de Gallia uel Germania inferiori) habere hanc formam uerborum, & erant ſane libri adeo uetuſti, ut uix dimidiam partem liceret legere. Ex horum uerborum admiratione conquiſiui uetuſtos huius ciuitatis libros, ſiquidem Carolus Magnus mentionem huius ciuitatis facit in ſuo teſtamento: uidi quoque in antiquiſſimis libris illud, quod habet Albertus circa formam huius ſacramenti ſic obſeruatum, Vngo oculos tuos oleo ſancto, in nomine patris & filij & ſpiritusſancti, ut quicquid peccaſti per uiſum illicitum, emundetur & dimittatur per unctionem &c. Porro quum uiderem etiam libros recens impreſſos, inueni utranque formam ſic connexam, Vngo oculos tuos oleo ſancto, in nomine patris & filij & ſpiritusſancti, ut quicquid uiſu illicito peccaſti, dimittatur per huius olei unctionem, idq; per dominum noſtrum IESVM CHRISTVM. ibi in medio impreſſa ſunt uerba ſubſtantialia: Per iſtam ſanctiſſimam unctionem & ſuam piiſſimam miſericordiam dimittat tibi dominus, quicquid peccaſti uiſu oculorum tuorum, per Chriſtum dominum noſtrum, pax tecum & cum ſpiritu tuo. Eſt quidem nonnulla uariatio pro diuerſis diœceſibus, ſed ſubſtantialia omnia conueniunt. & tamen firmiter credendum eſt, quod ubicunque ſola forma Ambroſiana uſurpatur, etiã ibi conferatur ſacramẽtum: quia & in aliis ſacramentis abſolute indicatiua forma uſurpatur, ut in baptiſmo, baptizo te: in ſacramento confirmationis, conſigno te: in ſacramento quoq; altaris, hoc eſt corpus meum: in pœnitentia,

Ingolſtadium.

abſoluo te:in matrimonio etiam contrahitur & fit copulatio uerbis de præſenti. (ſcio Bonauēturam &
Thomas. Thomam ambos ſanctos cōtrarium ſentire) ideoq; concilium ſanctum, ut ait Petrus de Palude, decreuit ritū Ambroſianum in ſua diœceſi Mediolanenſi ob-
Ambroſi⁹ ſeruari debere, ob honorem & memoriam tam ſancti uiri & præclari doctoris: aliâs tamen per uniuerſam eccleſiam obſeruandam eſſe miſſam & ordina-
Gregori⁹. tionem Gregorij, quanuis non æque omnes doctores ſatis aperte de hac re loquuntur, ut Antoninus, Capreolus, &c. Si mihi eſſet obſequiale Mediolanē. poſſem tunc manifeſtius & cōſtantius ſuper hoc ꝓnunciare, nunc obmitto.

4. Rectius tamen facit miniſter, minusq; dubitationis committit, utens forma illa Romana deprecatiua, quam docuit Petrus, & Gregorius in omnib⁹ eccleſiis præcepit obſeruari, ſicq; connectit utranq;, nam tunc nihil dubitationis reliquum erit Chriſtia-
Iacob.5. nis, eo quod Iacobus quoq; orationem uocat. Ambigere autem quis poſſet, quum altera forma ſit ab-
Sacramētū non bis confertur. ſolute & ſimpliciter indicatiua, altera deprecatiua, ſi quis pronunciet ambas, quod tunc bis conficeret ſacramentum in unica materia: quod iniquum fuerit, quia utrinq; erit ſacramētum: non poteſt autem aliquod ſacramētum in unica materia propinqua, rurſus cōfici & reiterari. Reſpondent ad hoc doctores, quod quum utraq; hæc forma uſurpatur, tunc ſola illa deprecatiua ſit ſubſtantialis in ſacramento, altera autem indicatiua præparatoria tantū ad ſacramentum, ita Thomas & alij declarant. neq; diſcordat Al-
Albertus. bertus quum ait: Prior forma ornamenti loco eſt, & decorum ſupplet in ſacramēto, in poſteriori autem

eſt ſacramentum ſubſtantiale.

Sequitur inde, ut ſacerdos adminiſtrãs hoc ſacramentum, ſit prouidus in hoc, ne intentionem ſacramentalem dirigat ad formam priorem, ſed poſteriorem. unde prudenter cautum eſt in diœceſi Eychſtetteñ. ſicut & per rubricã admonetur ſacerdos, ut intentionem ſuam habeat ad uerba poſtrema, tanquam ad formam ſubſtantialem. Ad hæc, quum oleum non ſolum ſit hoc ſacramentum, ſed ipſa unctio, adhibita quoque forma certa, ut nunc oſtendimus, requiſito etiam miniſtro idoneo, & debita intentione ſeruata: conſequitur hinc iam, ut ſacerdos ſimul & inungat, & formam uerborum pronunciet ex regula beati Auguſtini ſuper Iohannem: Accedit uerbum ad elementum, & fit ſacramentum. quo dicto utuntur doctores in omnibus ſacramentis, dẽpta pœnitentia, in qua poteſt confeſſor pœnitentem abſoluere aliquantulo tempore poſt confeſſionem, ut ſupra diximus. Aliàs materia & forma paribus ſemper paſſibus ambulare debent. atque hoc facit contra rudes & ignauos ſacrificos, qui formam memoriter non tenent, ſicut Petrus de Palude refert uidiſſe ſe, quomodo quis peracta unctione tota, tandẽ recurrebat ad librum, legens inde formam uerborum. Erroneum hoc eſt & animabus damnoſum, neque cura animarum iſtiuſmodi hominibus eſt committenda. Præterea admonendi & hoc eſtis mihi, quod nonnulli poſtremo denique loco ſubiungunt illud, In nomine patris & filij & ſpiritusſancti, & non ad ſingulorũ membrorum formas repetunt ea uerba: atque id non modo non iniquum, ſed & multum rationabile eſt: habet enim hoc egregium argumen

Auguſtin.

Forma ſimul ſit cũ vnctione.

tum declarandæ unitatis in hoc ſacramento, quum ſingulæ membrorũ formæ in eandem deſinunt concluſionem,quaſi unica ea tantũ forma exiſteret,ſicut & unctiones omnes unicum tantummodo conficiunt ſacramentum.(uide Vdalricum Surgant in ſuo manuali &c.)

Omnia hæc ſacramenti illius eminentem arguũt dignitatem.hoc enim ſolum, & plane aliud nullum ſacramentum ex Romanæ eccleſiæ cõſuetudine, eſt in ſua ſubſtantiali forma precatio.quàm ſit autem eſficax hæc oratio,alibi diximus ad longum.eſt quoq; hoc pie recolendum,quod ſingulis membris cũ peculiari unctione certa etiam adhibetur oratio.& quũ

Auguſti. hoc ſacramentum id operetur quod ſignificat,neceſſaria eſt in ſingulis mẽbris peculiaris operatio huius ſacramenti ad diluenda peccata,ut ſic homo in corpore ab eis purgatus,feliciter commigret ad dominum.Amen.

HOMILIA LV. DE MINIſtro huius ſacramenti,& quis debeat illud ſuſcipere.

Si quis infirmatur in uobis,inducat presbyteros eccleſiæ,& orent ſuper eũ, ungentes eum oleo in nomine domini. Iacobi quinto.

AVdiuiſtis hactenus,quidnam ſit hoc ipſum unctionis extremæ ſacramẽtum, audiſtis & inſtitutionem eius, materiam quoq; & formam.reliquum eſt ut dicamus de miniſtro, qui quidem nec in extrema neceſſitate poteſt eſſe laicus:qa

nullum ſacramentum quod non eſt neceſſarium ad ſalutem,poteſt conferri ab homine non habente ali quam poteſtatem & autoritatem in eccleſia. teſta tur idipſum Dionyſius,dicens eſſe quoſdam in eccle ſia,qui ſanctam & principem exercent operationem, alīj autem ſunt qui ſuſcipiant:idem quoque conſtitu tum eſt per Innocentium tertium & Alexandrum tertium de ſacramen. unction. capite unico,& cap. quæſiuit,de uerbo ſigni. Vnde ſequitur,quod quan- uis plurimi ſcribūt Mariam multos unxiſſe infirmos qui ſtatim cōualuerunt, (ita enim Thomas, Palude, Brulifer fatentur.non memini me legiſſe apud anti- quos,etiamſi ſimile quid perhibent hiſtoriæ de ſan- cta Genoueſa uirgine Parrhiſiis)tamen illæ unctio- nes non fuerunt ſacramentales, ſed medicinales tan tum,equidem miraculoſas dicere malim, quoniam illæ non naturaliter ſanauerunt ægrotos, ſed mira culoſe per gratiam ſpirituſſancti, quam Paulus uo- cat gratiam ſanitatum. ſiquidem hæ ſacramentales ſane nō ſunt, quia Maria clauium ſacerdotalium po teſtatem non accepit,utut fuerit ſanctiſſima. Sequi- tur hinc, diaconum non poſſe adminiſtrare hoc ſa cramentum,eo quod manifeſte dicit Iacobus: Infir matur quis in uobis? inducat presbyteros eccleſiæ, non laicos commemorat,neque diaconos, proinde ea ſacerdotalis tantummodo eſt poteſtas,quę quan uis in ſacramento ordinis non exprimitur manife- ſte,ut reliqua officium hoc concernentia, uſus tamē obtinuit,ne cui unctio conferatur extrema, niſi pri- us abſoluto & euchariſtiæ ſacramento prouiſo: ſed hæc aliàs, quando de uario diœceſum uſu dicetur. Dices autem & tu,nonne Laurentius adminiſtrauit

De eccle. hierar.c.5

Unctio Mariæ.

1.Cor.12.

Iac.5.

S.Laurē

Siue calicẽ miniſtratio.

calicis ſacramentum, ſanguinem Chriſti, quod longe ſuperat unctionem? quur non poterit exhibere & hanc ipſam? Audi uiciſſim, quoniam diaconus poteſtatem ſuſcipit (ut infra dicetur circa materiam ordinis) legendi euangelium, miniſtrandi presbytero, & illi aſſiſtendi in officio ſuo: ideoq; in primitiua eccleſia tempore martyrum, quando ſacerdos diſtribuebat ſacramentum ſub ſpecie panis, diaconus tanquã miniſter eius diſpenſabat calicis ſiue ſanguinis Chriſti ſacramentum: unctio autem illa non perinde eſt communioni adnexa, ſicuti tũc in multis eccleſiis fuit cõſuetum circa communionem calicis. Deinde ea doctorum quoq; ſententia eſt, ut maxime potuerit diaconus adminiſtrare ſacramentum altaris, quemadmodum & in caſu fieri poteſt deficiente presbytero, non tñ inde ſequitur, poſſe eundem exhibere etiã extremã unctionẽ: quia omnis tum uirtus tum operatio in ſacramento altaris cõſiſtit citra aliquem miniſtri reſpectum: unctio autem, abſolutio & confirmatio, peculiarem requirunt etiam in adminiſtrante uirtutem. Præterea non exigua inter exhibitionem calicis domini & unctionis, differentia eſt. diaconus enim ſacramẽtum calicis non conficit, ſed illud iam antè eſt in officio miſſæ conſecratum, cuius miniſter tantum exiſtit diaconus, nihil addens de ſuo: hic autem qui porrigit hoc ſacramentum, ſimul quoque cõficit, ut commiſſionem habens à Chriſto: quia in hac unctione prolata uerborum forma, fit demum unctionis ſacramẽtum. licet enim id antea ſit ab epiſcopo conſecratum, tamẽ non oleum, ſed unctio eſt ſacramẽtum. (euchariſtia eſt ſacramentũ in eſſe qeto, unctio in eſſe ſucceſſiuo & tranſitorio ipſo actu.)

2. A priori itaque ſententia nōdum diſcedimus, quo'd ſacerdos etiam non epiſcopus, idoneus ſit huius ſacramenti miniſter, & nullus illo inferior in ſtatu: quoniam tantum iſta duo ſacramenta confirmatio & ordo, relicta ſunt epiſcopis, ex cauſa quæ circa q̃dlibet ſacramentum adſignari ſolet, iuxta illud Dionyſii: Quia ſacerdotes officium habent illuminandi per doctrinam ſuam & adminiſtrationem ſacramentorum, epiſcopi autem tanquam ſupremi hierarchæ, ſancti gubernatores eccleſiæ, poteſtatem etiam habent perficiendi. De tribus ijs actibus hierarchicis, purgatione, illuminatione & perfectione, attigimus quædam in materia angelorum circa feſtum ſancti Michaelis. Quāuis nunc quilibet ſacerdos poſſit eſſe idoneus miniſter illius ſacramenti, nullus tamen adminiſtrare debet extra neceſſitatem quæ legi nō ſubiacet, niſi ſacerdos proprius, hoc eſt, epiſcopus ſiue parochus, aut qui ordinariam ab illis habeat poteſtatem. ſicut enim epiſcopus conſecrare non debet qui in aliena ſit diœceſi, ita neque oleo ungendus eſt quiſquam, qui in alterius ſit parochia & iuriſdictione ſpirituali, idq́ ob uitandam confuſionem inordinatam in eccleſia dei, atque ut diſciplina eccleſiaſtica ſeruetur: ideoq́ religioſis & mendicantibus, quatuor ſ. ordinibus, ſub pœna excommunicationis prohibitum eſt, quam ipſo facto incurrunt, ne cui uel ſacramentum altaris uel extremam cōferant unctionem ſine indulgentia & permiſſione parochi: qui ſi impeditus fuerit aut abſit, tunc ſane proximus quiſque ſacerdos poteſt ſacramentū hoc adminiſtrare. Quodq́ iam de presbytero diximus, de uno tantum intelligi uolumus. quanuis enim Iacobus pluratiue loquatur,

Dionyſi. | Tom. 3. | C. quanto de conſue. | Cle. reli. de priui. | Unus ſacerdos ſit.

tiant. Conſequitur inde, quòd qui ſententia lata cuicunq; adiudicentur generi mortis, quanuis bene ualeant, non ſunt tamen huius ſacramenti capaces: ſimile eſt de omnibus ſanis, & tamẽ in periculo uitæ conſtitutis, ut ſunt puerperę, & qui uel ineunt certamen, uel periculoſas ſuſcipiunt nauigationes, quoniã non infirmantur. quòd autem ſunt in periculo mortis, potius ex fato uel humana prouenit uoluntate quã curſu naturæ: ſiquidem plerique in bello pereunt duris dentibus, quod dicitur. an autem alicui infirmo, & ad mortem iudicato ſit conferendum, dubium quidem id eſt. ſunt enim qui putent eum iam factum ex lata ſententia infamem, alij arbitrantur porrigẽdum ei eſſe non minus quàm pœnitentiam & euchariſtiam. uerum in hoc caſu quiſque obſeruet ſuæ diœceſis conſuetudinem. C. ſuper eo de hęreticis lib. 6.

4. Porro nec quælibet infirmitas ſufficiens eſt ad arguendam huius ſacramenti capacitatẽ, ſed quæ multum ſit periculoſa, iamq; minetur mortẽ. quàm diu enim uitæ ſpes eſt in aliquo, non debet ei conferri: quia unctio uocatur extrema, locum non habitura in paruis, uel diu durantibus morbis, & qui alicui uitam tantum prorogant, ut ſunt podagra, calculus, &c. ſicuti refert Ariſtoteles in libro de lõgitudine & breuitate uitæ.

Non uno tamen modo baptiſmus dici ſolet ſacramẽtum primum, & hæc unctio extrema: ſed ideo baptiſmus primum eſt ſacramentum, quòd nullum poſſit eſſe ante eum, quum ipſe ſit quaſi quidam ingreſſus & ianua omnium ſacramẽtorum propriè lo Baptiſmus primum ſacramentum.

quēdo: quoniam ſi quis ordinatus in presbyterum, comperiat ſe deinceps non eſſe baptizatum, ordo futurus eſſet nullus: qui autem unctionem ſuſcipit extremam, poteſt reualeſcere, & ſano deinceps corpore citra impedimentum particeps eſſe aliorum ſacramentorum. Quid quòd in nonnullis diœceſibus ea ſeruatur conſuetudo, ut infirmus primum ſuſcipiat unctionem, & deinde tandem euchariſtiæ ſacramentum? pari modo ſi poſt extremam unctionem infirmo occurrat aliquid confitendum, etiam tunc ſacerdos non debet illi ſacramētū abſolutionis denegare.

De presbyteris non baptizatis ca. veniens.

Quare aliquis iam mortuus, non debet hoc ſacramento inungi, neque enim amplius eſt eius capax, quum non ſit uiator, & ideo in eo eſſe non poteſt uirtus & efficacia ſacramenti, quoniam ſic ait Sapiēs: Lignum ubi ceciderit, ibi iacet: & Chriſtus minatur uenturam noctem, in qua nemo operari queat, ſignificans mortem imminentem. futura inſuper ea eſſet ignominia ſacramenti, ut cum illo putre, exanime & exangue cadauer inungeretur, quod gratiæ diuinæ capax non eſt, quum tamen illius infuſio communis ſit omnium ſacramentorum operatio. Patet nunc, illam unctionem, qua Dionyſius refert perungi ſolita quondam in eccleſia primitiua mortuorum corpora, non fuiſſe ſacramētalem. narrat enim ille quòd poſt miſſam (ecce quomodo etiam temporibus apoſtolorum moris fuit, ſuper corporibus mortuorum diuina celebrare officia.) & poſt denunciationem mortuorum, habitamq́ue ſuper eos orationem, ſacerdos ſalutabat mortuum. (puta ſalutatiōe huiuſmodi, pax, ſiue dominus tecū, aut cōſimili.) ſalutatione dehinc ab omnibus facta, epiſcopus fuſo ſup mortuū oleo,

Eccle. 11. Johan. 10.

Mortui non vngēdi.

rurſus orabat, poſtea corpus deponebatur in honeſtum locum ſepulturæ. Vtique hæc olei infuſio non fuit unctio ſacramentalis ex rationibus ſupra adſignatis, ſed conſuetudo cæremonialis, pia tamen & Chriſtiana, ſicuti nunc ſuffitus thuris & aſperſiones aquæ benedictæ fiunt ſuper corpora mortuorum. Non eſſe autem illam infuſionem olei ſacramētum, (ſicut turpiter errauit Stapulenſis, ſomnians ſeptem continuis diebus mortuorum corpora eſſe à ſacerdotibus peruncta, quod ſane multum aduerſatur conſuetudini eccleſiaſticæ,) facile colligitur ex uerbis Dionyſii, quum ait: Memento ut in prima ſancta regeneratione ante ſacrum baptiſma, prima ſancti ſymboli participatio traditur initiando, poſt priorem omnem abiectam ueſtem, ſancti chriſmatis oleum, & nunc in fine omnium defuncto itidem infunditur oleum. Atqui tunc quidem olei unctio baptizādum euocabat ad ſacra certamina, nunc autem infuſum oleum, ſignat eum qui defunctus eſt, eadē ſacra egiſſe certamina, ſicq; fuiſſe cōſummatū. Pulchre hic declarat Dionyſius, quid ſibi iſta uoluerit inunctio defuncti, nec quicquam commemorat de operatiōe ſacramentali, infuſione gratiæ & remiſſiōe peccati, ſed cōparat eam illi unctioni quæ fit ante baptiſmum. conſtat autem iſtam non eſſe ſacramentum, quia aliàs baptiſmus primum ſacramentum non eſſet. Conſtanter itaq; adhuc cum eccleſia concludimus, defunctos non eſſe huius ſacramēti capaces. Quæres, quid agat ſacerdos, ſi inter manus illius moriatur infirmus? uel ſi dubitet ille de membro aliquo, uiuát ne an ſit mortuum? Reſpondetur, quòd quum incipit iam ungere ſacerdos, & unctione nōdum completa, moritur in-

Ubi ſupra parte. 2.

firmus, deſiſtere tunc debet: ſi autem de uita dubium eſt, ſic faciat ut in baptiſmo, ungens eum ſub conditione tali: Si mortuus es, equidem te non ungo: ſi autem uiuis, per hanc ſacratiſſimam unctionem &c.

Quanuis ergo ſacramenta eccleſiæ debent eſſe integra, in hoc tamen caſu nõ poteſt illud ſubſiſtere ob præmaturam infirmi mortem: ideoq́ſ ſacerdos non pergat procedendo uidens illum mortuum, ſed potius ſummum põtificem Chriſtum oret, ut ipſe dignetur implere, quod ſibi non licuerit facere morte prępedito, requiem quoque mortuo precetur æternam, quam nobis quoque concedat dominus noſter Ieſus Chriſtus, Amen.

HOMILIA QVINQVAGESIMA ſexta, de ſuſcipientibus unctionis ſacramentum, & in quibus membris.

Si quis infirmatur. Iacobi quinto.

HOmilia ſuperiori diſſeruimus de ijs, qui ſuſcipere debeant hoc ſacramentum. ſupereſt ex dictis fragmentum, quod nunc abſoluemus, ne pereat. Homini igitur ei qui poenitentiã non egerit, hoc quoq; ſacramentum porrigendũ non eſt. ita Innocentius I. inquit: Non poenitentibus illud fundi non poteſt, quia genus eſt ſacramenti. nam qbus reliqua ſacramenta negant̃, quomodo unũ genus poſſe putat̃ concedi? nõ poenitentẽ intellige eum, q ſacramentũ poenitentiæ recuſat accipere, quũ poteſt, ſed contemnit, maxime q tempore paſchali cõfeſſus nõ eſt, uel etiam aliquot annis antea, neq; apparent poenitẽtiæ ſigna. Diuerſum eſt in eo q tempore paſchali

Innocent. e illud. 95. diſtinctio.

paruit præcepto eccleſię, etiãſi morbo lœtali obruatur tanto, ut nequeat confiteri, unctionis tamen ſacramentum ei debet adminiſtrari. præſumitur enim de unoquoque, quòd propriæ ſuæ ſalutis non obliuiſcatur, unde & prçſumendum eſt, eum habere contritionem in corde, etiamſi non poſſit ore exprimere. Porro quum ſupra auditum ſit, et infra melius declarabitur, ſacramentum hoc eſſe inſtitutum contra uenialia peccata, qui uel inſaniunt ſemper, uel aliàs fatui ſunt & deliri, huius ſacramenti non ſunt capaces, quia peccatum actuale nullum habent: ſin autem quis antea fuiſſet cõpos rationis, & labatur in amentiam, is ſane pro tali habendus eſt qualem ſe geſſit antea, quum haberet rationis ſuæ uſum: niſi forte iam uitam uixiſſet Chriſtiano indignam, ſine omni poenitentia: talis enim etiam in inſania cenſendus eſt pro indigno: ſed ſi antea pie uixit, etiã tunc pro Chriſtiano haberi debet, niſi forſitan ita fureret & grauiter inſaniret, ut inde ſacramento ignominia inferretur, uel homines alij hinc offenderentur: tunc ſatius eſt obmittere: ſed ſi geſtibus & moribus fuerit compoſitis, etiamſi deuotionem nõ exhibeat, exhiberi tamen ei debet hoc ſacramentum, quia non requiritur deuotio actualis in eo qui ſacramentũ ſuſcipit dignius. Exemplum tale ꝓponunt doctores, ſi quis ex animo & toto cordis deſiderio appetit ſacramentũ corporis Chriſti, & priuſquã illud ei deferat, furore corripit, uolunt tunc quoque dandũ ei eſſe ſacramentum, etiam non declaranti aliquam deuotionem, modo ne ſit importunus, unde iniuria fiat ſacramento.

Fatui & furioſi.

Furioſus capit ſacramen.

25.q.6.ſ. qui.

Subſcribit huic ſententiæ & concilium quartum Carthagineñ, canone ſeptuageſimo ſexto, quum ait:

Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, ſi caſu dum ad eum ſacerdos inuitatus uenit, oppreſſus infirmitate obmutuerit, uel in phreneſim uerſus fuerit, dent teſtimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam, & ſi continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori eius euchariſtia: ſi ſuperuixerit, admoneatur à ſupra dictis teſtibus petitioni ſuæ ſatisfactum, & ſubdatur ſtatutis pœnitentiæ legibus, quàm diu ſacerdos qui pœnitentiam dedit, probauerit. (adde cano. qui rece dunt, uigeſimoſexto, quæſtione ſexta, cum concordā tibus. diſputationes doctorum remitto ad ſcholas) omnium iſtorum cauſa eſt hæc, quoniam etſi præpa ratio ſuſcipientis ſacramentum nonnihil facit ad me ritum, ipſum tamen ſacramentum operationem ſuam & effectum habet ex opere ipſo in ſe. (in ſcholis ſic dici ſolet, deuotio ſuſcipientis auget meritum ex parte operis operantis, ſed ſacramētum habet ſuam efficaciam ex opere operato.)

Paruuli non vngē di.

2. Præterea infantes quoq; & paruuli omnes nondum habentes uſum rationis, ungendi non ſunt, qui actualiter nō peccarunt: ideóque nec illius ſacramenti forma eis competere poteſt, etſi peccatum ha bent originale, illud oportet per baptiſmum dilui, unde nec uſus eccleſię obtinuit inungendi paruulos. (obmitto quæ uir doctiſſ. Iohānes Maioris Glegor neñ. inqſitiue proponit de iuuenib' in quarto) Qua autem ætate eſſe debeant ungendi hoc ſacramento, non plane concordant omnes tum doctores, tum diœceſes. G. Durandi (modo ne infir uitiū libro) terminū præfigit 18. annorum, alij 8. uel 10. annos conſtituunt, ſed ſi inſpiciamus ſacramenti huius effectū

& uirtutem contra peccata uenialia, atque diaboli-cas ſuggeſtiones, equidē ſic uideo & doctoribus & rationi eſſe conforme, ut omnibus ijs qui ad uſum rationis peruenerunt, iámque norunt diſcernere inter bonum & malum, ac iam potuerunt mortalibus & uenialibus peccatis tranſgredi & præuaricari, ſacramentum hoc ſit adminiſtrandum, nec aliquis in hoc ulterior terminus præfigendus.

Beatus enim Gregorius refert de filio cuiuſdam Romani quinquennali, nimis delicate & indulgenter educato, ita ut iam deieraret & blaſphemaret: imminente autem iam morte illius, apparuerūt dæmones paruulo illi, qui ibi infelicē ſuū exhalauit ſpiritū. Li.4.dial c.18.

Moneantur hoc exemplo parētes, qui nimis molliter educant liberos, ut mature eos caſtigent, neque indulgeant omnia, multo minus ſcelera eorum occultare uel excuſare debebunt, dicēdo paruulos eſſe, rudes & rationis expertes, ideoq; conniuendum.

Ecce quomodo Gregorius narrat hoc de paruulo quinquennali, qui ſi potuit intelligere malum, quo modo non doceri poterat etiam quod bonum eſt? de educatione tamen liberorum uide homilias collegę mei de decem præceptis. Volens hic intermitto illud, quod quæri ſolet de Maria matre Ieſu, an & ipſa ſit uncta ante mortem ſuam, ut Albertus & quidam putarunt. quum enim iam ante fuerit plena gratiæ, quum ab angelo ſalutaretur, quantum creuit in gratia, in ipſa Chriſti conceptione, natiuitate, paſſione, & ſpiritus ſancti miſſione? Quando igitur patrona illa & mediatrix eſt atque adeo protectrix omnium peccatorum & infirmorum, uncta utique fuit plenitudine gratiæ à ſpiritu ſancto, neq; ei cōpetere vncta. Luc.1.

potuit forma illius ſacramenti, ut per hanc unctionē delerentur ei omnia peccata, quum fuerit tota pulchra & expers omnis maculæ peccatorum, ſicut in homillia de eius cōceptione diſſeruimus: unde mihi uc riſimile non fit, illam utique ſanctiſſimam ſuſcepiſſe hoc ſacramentum: & ut maxime ſuſcepiſſet, tamen nihil inde acceſſionis factum eſſet in ea quoad gratiam dei auctiorem: quoniam ſi Abraam, quanto inferior quàm Maria in gratia, nullam ſenſit ex circuncisione gratiam, quæ ſuæ plenitudini acceſſiſſet, ſicut communiter doctores intelligunt uerba Pauli, quod ille ſuſceperit ſignum circunciſionis, quaſi non auderet dicere cum ſuſcepiſſe gratiam circunciſiōis, quanto minus Maria aliquod ſenſerit augmentum gratiæ etiam ex hoc ſacramento ſuſcepto?

Cantico. 1 Tomo. 3.

Diſtinctio 1. quarti.

Roma. 4.

5. Multa quæ in controuerſiam uocari ſolent, tranſeo, ut ijs liceat immorari longius, quæ ad ædificationem & inſtructionem ueſtram faciūt. Audiſtis hactenus quinam ſint huius ſacramenti capaces, reliquum eſt nunc oſtendere, in quibus tandem membris illud ſit adminiſtrandum. Id ut explicare liceat facilius, age hinc ordiamur, & dicamus, non uniuerſum ſane corpus hominis eſſe inungendum, ſed certa quædam & conſtituta membra: quoniam ita fit etiam in corporali medicina, quòd non operæ precium eſt totum perungere corpus, ſed ea tantum mēbra, in qbus ægritudo latet & quaſi radicatur: ideoq́ etiam ſpiritualis medicinæ unctio fieri debet in ijs locis, unde origo manat & conſummatio peccati pēdet, contra quod inſtitutum eſt hoc ſacramentum: ea ſunt autem membra illa, de quibus mox dicturi ſumus. Verū quidē hoc eſt, quòd peccatū latet & reſi

Quę membra vngenda.

Auguſtin'

det in uolunrate, exerit tamen ſe & manifeſtatur in opere per membra exteriora:ideoq; non uolũtas hominis,ſed extrema membra ſunt hoc uiſibili ſigno illius ſacramenti perungenda. Sed nondum hæc intelligis? crediderim id quoque, nam & mihi non parum laboris faceſſit tãta diœceſum diuerſitas,ut iam non uideatur eſſe ſatis,iſta applicare ad noſtram tantum diœceſim Eychſtetteñ,ſi forte in aliorum quoq; manus peruenerint hæc noſtra ſcripta.ut ergo omnes habeant huius rei fundamentum, porro iam paulo procedendum erit generalius. Quando tres ſunt in nobis uirtutes animæ, ad peccata uenialia multum pronæ, apprehenſiua, appetitiua & ſenſitiua, ideoq; in omnibus iſtarum uirium membris,quantum honeſtatis permittit ratio,poteſt hoc ſacramentum unctionis adminiſtrari. Alij uirtutes illas animæ uocãt, ſenſitiuam, generatiuam & motiuam. apprehenſio ergo ſiue ſenſatio in 5.ſenſib⁹ latet,generatiua in lũbis,motiua in pedibus.ita erũt capitales unctiões ſeptem,5.ſenſus,lumbi & pedes. quum autẽ oculi ſint gemini,totidem aures, manus quoque, lumbi & pedes,partiales erunt unctiones 12. (mirum de Scoto, quod numerauit duntaxat 11.cum Brianſone & Scoticulis.) 12. unctiones.

Gerſon tamen & Michael de Bononia admonent non male fieri,ſi pectus quoque oleo ſacro perungatur.mihi id ſane de nulla diœceſi certo conſtat. Deinde etiam ſi lingua quum membrum ſit multum damnoſum,(unde & Iacobus perfectum uocat, quiſquis non offenderit in lingua.per linguam enim uirtus motiua non raro peccat loquendo,ſenſitiua guſtando in cibo & potu)non tamen inungitur,ne cui Pectus. Lingua. Iacobi.3.

nauſeam ingerat oleum, ſed extremâ tãtummodo labra ſolent perungi.

Ordo vnctionis mẽbrorum.

3. Notandus etiam ſolerter eſt ordo membrorum, quomodo debeant inungi. 1. oculi. 2. aures. 3. nares. 4. labia. 5. manus. 6. pectus, lumbi in uiris, in fœminis uero umbilicus, pro cuiuſque diœceſis conſuetudine. 7. pedes.

4. Semper etiam membra dextra prius ungantur quàm ſiniſtra. Quomodo autem unctiones oẽs referantur ad unum inſtans prolationis uerborum ultimæ unctionis, pro ſaluanda unitate ſacramenti, mitto ad ſcholas, nõ eſt pro plebecula, cuius eſt ſimpliciter credere.

4. Quandoquidem omnium operum noſtrorum origo eſt uirtus memoratiua, effundens ſe per ſenſus exteriores, à quibus concipit rurſus rerum exteriorum cognitionem: ideoq; unctio quæ fit in mẽbris illorum ſenſuum, omnino neceſſaria eſt in hoc ſacramento, atq; id in omnibus locis eſt obſeruandum: in reliquis autem membris licet unctio ſolita fiat per eccleſiam Romanam, tamen quia ſunt uelut adminiculatoria ſenſuum membra, eorum unctio non perinde eſt neceſſaria, ſed adhiberi poteſt uel intermitti pro cuiuſq; diœceſis conſuetudine: ibi enim locum habet regula illa, unaquęque prouincia ſenſu ſuo abundet. Hinc eſt, quòd ferè per uniuerſam Germaniam ex innata modeſtia & uerecundia communiter non adhibetur unctio lumborum ſiue umbilici, quoniam prima uelut ſcaturigo cõcupiſcentiæ noſtræ, ut ait Albertus, ex ſenſibus emanat. proinde reliqua non ſunt ſubſtantialia in hoc ſacramẽto, ſed potius propter honeſtatẽ & ſcandali uitationem fugien

Vnctio mulierum.

Albertus.

da,ne aliqua huic ſacramento ignominia irrogetur. Eandem ob cauſam in puerperis & mulieribus aliàs nō bene apud ſe cōſtitutis, intermitti ſolet unctio pedum,quòd ea non ſit neceſſaria. Præterea ob maiorem ſacramenti reuerētiam,quum laicorum manus ungantur intrinſecus,in ſacerdotibus tantum ungendæ ſunt foris,quia antea in ſacramento ordinis ſunt perunctæ,ut ait G.Durand. Hinc inſtitutum ab eccleſia eſt,ne fiat unctio in frōte & ſcapulis, quoniam ibi iam antea ſit facta in aliȷs ſacramentis.

Similiter ſi infirmus careat membro ungendo,unctio tunc fieri debet in parte proxime contigua.faciunt idipſum quoq; nonnulli, quum illarum partium mēbra fuerint infecta uel hulceribus uitiata,uel oīno talia quę non liceat tangere. Mutilati.

Quæri quidem hoc ſolet,an etiam cęcus natus debeat ungi in loco oculorum,qui tamen uidendo non potuit peccare.In muto minus dubium eſt,quoniam is etſi loquendo nihil peccarit,tamē edendo & bibendo utiq; peccauit. Palud.

Quoad cæcum autem,fere conſentiunt doctores, atque id quidem habet uſus,ut etiam loca oculorum ungantur.licet enim actuali uiſu non peccarint,quis tamen credat eos non peccaſſe praua concupiſcentia ad uidendum illicita? Cæterum an quis ſæpius quàm ſemel in una ægritudine ſuſcipere debeat hoc unctionis ſacramentum, etiam in controuerſia uertitur. ſunt enim qui dicant unam huius olei unctionem ſufficere per integrum annum,ut G.Duran.& Brixnien in repertorio. Albertus Magnus tamen ponit tres menſes. Communis reſolutio doctorum hæc eſt, quod quilibet homo quotieſcunq; mortali laborat ægritu- Cæcus. Sępius iterum ungi.

dine, metuens peccatis uenialibus ſe eſſe obnoxium, ſine quibus non facile tranſigi poteſt hæc uita, tunc poteſt illud ſuſcipere ſacramentum, neq; debet alius in hac re modus uel terminus præſcribi, quin potius ſi quis hodie ſuſcepiſſet unctionem, & melius haberet, poſt 14. autem dies recideret in morbũ, ita quod periculũ eſſet de uita, rurſus poteſt accipere. atq; hoc eccleſiarũ noſtratium conſuetudini & conſentaneæ rationi magis eſt cõſonum, quia recurrente morbo, quid prohibeat repeti debere medicinam? Quum ita q; tantum ſit in nobis malarum coucupiſcentiarum per ſingulos ſenſus, quorum membra expurgat hoc ſacramentum, quanto præparatior inde erit homo ad ingreſſum regni cæleſtis, in quod nihil coinquinatum intrabit? quanuis etiam fieri non poteſt, ſi quis ſaltem ſuæ ſit rationis cõpos, ut non meminerit magis ſuorum peccatorum, uidens ſe ſic undiq; per ſingula membra perungi, ut non nouum ſuper ijs dolorem ſibi concipiat: debent autem ad hoc admoneri homines in publicis concionibus, ut per hoc uiuum & præſentaneum remedium magis moueantur ad ſalutarẽ conuerſionem à peccatis, tandẽq; imminente mortis hora confirmẽtur aduerſus inſultus diaboli, multoq; minori impedimento perueniant ad gaudia felicitatis æternæ, quam nobis donet om̃ibus bonorum omnium largitor Chriſtus, Amen.

Apoca. 21.

Nota.

HOMILIA QVINQVAGESIMA ſeptima, de fructibus & effectibus huius ſacramenti unctionis.

Si quis infirmatur inter uos. Iacobi quinto.

INſtitutionem huius ſacramenti, materiam, formam, miniſtrum quoq;, & q ſint illius capaces, quæq; ſint membra ungenda, ſatis hactenus mõſtrauimus. nunc demum quod præcipuum eſt adgredimur, & cuius gratia hæc omnia ſint inſtituta à Chriſto, & in quē finem, quid inde fructus prouenia hominibus.

Habet ergo principio ſacramentũ illud effectum generalem ex præſidio gratiæ diuinæ, ſicut alia ſacramenta, ſ. quia confert gratiam, & eam infundit in animam ſuſcipiētis. Ita enim ait Auguſtinus: Sacramenta ueteris legis tantum promittebant & ſignificabāt, ſed ſacramenta nouæ legis etiam dant ſalutem. *Effectus vnctionis gratia.* *Super pſalm.*

Seqtur inde, quòd ſi ſint duo æqualis meriti, quorum alter moriatur ſine hoc ſacramento, alter uero particeps eius factus, hic illo futurus eſt in æternum beatior: quoniam præterquam quòd in gratia eſt ei ęqualis, habet etiam inſuper gratiam huius ſacramenti. Deus autem maiorem gloriam elargitur eis, q auctiorem habuerunt gratiam hic in terra, iuxta illud prophetæ, Exęquabit gratiam gratię, hoc eſt, in proportione exæquabit gratiam glorię cum gratia huius uitæ. Porro tanti momenti eſt talis gradus felicitatis, ut ſi ſit aliquis in poena purgatorij, malit eam ſuſtinere uſq; in diem nouiſſimum, quàm ut talē glorię gradum amittat. quàpropter ualde dãnoſum eſt, ſi qs p negligentiam intermittat hoc ſacramentum. *Zach. 4.*

Hinc iam progrediamur ad particulares effectus huius ſacramēti, quorum primus eſt & ferè præcipuus, peccatorum uenialium remiſſio, iuxta illud Iacobi: Si in peccatis fuerit, dimittentur ei. unde ſatis patet, hoc ſacramentum eſſe inſtitutum cõtra peccata, *Iacobi. 5.*

non tamen aduerſus peccatum originale, quia illud delet baptiſmus:nec abſolute contra mortalia quæ diluit pœnitentia,ergo tãtum uenialia.quur id reme dium non faciat contra ea per uniuerſam uitam noſtram,ſed differtur ad ultimum articulum mortis, ſu pra diximus.

Audio hic obijcere aliquem,etiam pœnitentiam eſſe inſtitutam contra peccata uenialia.

Verum quidem id eſt,imò ferè omnia in uniuerſum ſacramenta accidentaliter tollunt peccata uenia lia,pœnitentia uero nõ p̃cipue ordinata eſt cõtra iſta uenialia,ſed cõtra defectũ perimentẽ ſpiritualem uitam animæ,id ſolum fecit peccatum mortale. atq; in huius rei argumentum ſuprà dictum eſt,in ſacramen to pœnitentiæ pium quidem eſſe & ſalutare, ut confi teamur peccata uenialia:non autem neceſſarium,niſi in certis caſibus,ut ibi clare patuit. Sed hic mirum cuipiam uideri queat,quum remiſſio peccatorum p̃cipuum quiddam ſit in ſacramentis, quare ibi per conditionem exprimatur.ait enim apoſtolus, Si in peccatis fuerit:audiat ille,quoniam in alijs ſacramen tis effectus libere & abſolute promittitur, quia forma eorum eſt pure indicatiua,huius autem ſacramẽti formula deprecatiua eſt, unde nõ merito peccatorum remiſſio promitti potuit per conditionem.

Quæret adhuc aliquis,quidnam impulerit Iacobum ad hoc, ut huiuſmodi conditione expreſſerit effectum huius ſacramenti? Profecto recogitauit ille & cognouit,fore ut multi pij homines tam diligenti ſtudio præparaturi ſe ſint ad ſacramentum pœnitentiæ & corporis CHRISTI, ut ibi eis remittantur peccata uenialia cuncta,hinc ſubiecit, & ſi in

peccatis fuerit. quaſi dicere uelit, præſumendum eſt pleroſq; homines per pœnitentiam & ſacramẽtum altaris abijcere omnia peccata, ſi ergo adhuc aliquid reliquiarum ſupereſſet, idipſum dimittitur in hoc ſacramento. Sed uideo nondum tibi ſatisfactum, obijcias itaq; hic mihi, etiam ſacramentũ corporis Chriſti eſſe inſtitutum aduerſus uenialia peccata, non eſt autem unius morbi niſi unicum præcipuum remedium. Imò neque hoc ipſum euchariſtiæ ſacramẽtum præcipue eſt contra aliquod peccatum ordinatum, ſed potiſſimus illius effectus eſt incrementum gratię in ſuſcipiente, unde & nomẽ euchariſtię traxit, quanuis etiam ſynaxin appellent alij, per accidens tamen ſacramentum quoque altaris delere poteſt peccata uenialia, eo quòd in illo augetur feruor charitatis, quem antea peccata uenialia quadam tepiditate infecerant.

2. Alia huius ſacramenti uirtus, eſt ſublatio ſpiritualis fragilitatis. reliquiæ nimirum illæ ſunt peccati originalis ſimul & aliorum mortalium, quę minus diſpoſitam ſinunt eſſe mentem hominis, ablatis ijs ꝑ hoc ſacramentum, tunc deniq; redit in nobis alacritas animi, robur & conſolatio. Id ita explicant nonnulli: ſacramentum hoc, ordinatum præcipue eſt & prodeſt aduerſus quoſdam defect⁹, per quos homo non plane moritur ſpiritualiter, & tamẽ languet, neque amplius ualet firmiter ꝑficere opera uitæ & gloriæ. aduerſus huiuſmodi defectus hic animatur & cõfirmatur animus, quare Iacobus ait: Peccata (hoc eſt, reliquiæ peccatorum) dimittentur ei. Atqui reliquię illæ tribus modis conſiderantur: Primo, in quantum impediunt meritum, ſic auferuntur per ſacramentũ

corporis Chriſti: deinde ea ratione, quæ reſiſtunt uiribus corporis, & diſtrahunt aſcenſum animæ in cælum, maxime quũ oriuntur ex peccatis oblitis, uel ꝑ ignorantiam perpetratis, ſic tolluntur in hoc ſacramento: cuius rei figura in ueteri teſtamẽto hæc fuit,
Exod. 40. quod ꝑ ſingulos annos ſemel ungebatur tabernaculum propter huiuſmodi (ut ſic dicam) irregularitates, quæ obuenire poterant ex peccatis occultis ſiue oblitis. Sed neq; dum illa ſatis capiunt ſimplices? Ecce adhuc apertius explicabimus illa ad mentem Paludeñ. & Antonini, quoniam imminente iam morte, uarijs modis opprimitur anima.

1. A diabolo hoſte & tentatore continuo, qui homines iamiã morituros infeſtat acerrime, ſicut hoc iam olim oſtendit deus in maledictione ſerpentis,
Gene. 3. quum dixit: Tu inſidiaberis calcaneo illius. calcaneũ autem, hominis ultimum uel extremũ eſt. quare ibi mortem intellexit, quã anxie expectat diabolus, ſiquidem tunc ualidiſſime hominem tentat.

2. Hinc etiam opprimitur anima in morte, q̃ nimium naturaliter dilexit corpus. unde Paulus ait,
2. Cor. 5. nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri. ſic ergo nimirũ affecta anima corpore, negligit ſeipſam, ait Auguſtinus.

3. Obruitur inſuper anima, dum reuocat in memoriam omnia peccata præterita, quæ tũc illi ueluti noua obtrudit diabolus & aggrauat uehementius, in hoc tantum, ſi poſſet eam in deſperationem adducere, & deſperando facere irrequietam.

Gloſſa ſup Dani. 4. Ad hæc non parum premitur anima, & exhorreſcit ab aſpectu dæmonum obuiantium illi circa tempus mortis, & properantium ſi quid inde ad-

cipiant. certe enim qui non pepercit CHRISTO, ſed ad mortem ipſius accurrit, nec mihi parcet nec tibi.

5. Quin & contemplatione diuinæ iuſtitiæ p̃culſa efficitur anima, uidens eam flecti non poſſe: ideoq; dum conſiderat iram dei, pœnam & cruciatus inferni, concidit tota & exhorreſcit. Ex iis ergo anima perculſa, tremit, horret, & languet ad opera gloriæ: p̃cipue uero, ſi antea magnis fuerit peccatis oppreſſa, timeatq; ideo ſe derelictam à deo. Contra oẽs illas tentationes homo moriturus inungitur, quaſi fortis athleta, unde robur recipit ad reſiſtendum illis. atq; hinc alacritas quædam enaſcitur, teſtante id Iacobo, quum dicit: Oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus. ſic enim animatus & cõfirmatus, maiori cum alacritate morietur, & magis uoluntarie ultro ſe offeret in mortem, qua re multũ mereri poterit apud dominum, ut ſupra docuimus in ſacramento pœnitẽtiæ, & per Chryſoſtomũ, imò Chriſtum ipſum, comprobauimus. Iacob. 5.

3. Ad declarandos huius ſacramẽti effectus, nõ parum conducit etiam materia olei, quod ſignificationes ſex habet hincinde in ſacris literis & doctoribus.

1. Primũ enim ſanctificationem & ſanationem inſinuat, ut teſtatur exemplum Samaritani, qui uulneribus illius uinum infudit & oleũ. facit ad hoc locus Eſaiæ iam antè inductus. Luce. 10.

2. Oleum deſignat nitorem cõſcientiæ, ut in homil. de decem uirginibus dictum eſt, cum latiori explanatione. Matt. 25. Tomo. 1.

3. Robur quoq; & obfirmationem membrorum

ſignificat,q̃propter eo utuntur athletæ congreſſuri.

4. Notat & pacem & miſericordiam & manſuetudinem, unde ait Sapiẽs, Theſaurus deſiderabilis & oleum in habitaculo iuſti. Dauid quoq;: Impinguaſti, inquit, in oleo caput meum.

Prou. 21.
Pſal. 22.

5. Videtur reſpicere etiã ſanctimoniam, in hoc enim oĩa ueteris legis ſacrificia aſpergebantur oleo, excepto illo pro peccatis, uaſa inſuper ipſiq; adeo ſacerdotes, reges & prophetæ, uti declarauimus, oleo ungebantur.

Deute 5.

6. Gaudium poſtremo ſignificat & lætitiam, iuxta illud Dauidis de Chriſto: Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ. & alibi, Vt exhilararet, ait, faciem eius in oleo, & panis cor hominis cõfirmet: dominus etiam per Eſaiam ſic dicit: Vt darem eis coronam pro cinere, oleũ gaudij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris. Hæc omnia pulchre referuntur ad hoc ipſum unctionis ſacramentum. Cæterum quænam ex ijs duabus potiſſima ſit huius ſacramenti operatio, relegatum id ſane uolumus ad ſcholas, quia priorem commendat Armacanus, Altiſiodoreñ. Bonauentura, Richardus, Scotus, Durãdus, Maronis, Maioris, &c. poſteriorem refert ſanctus Thomas, Albertus Magnus, ſanct' Antoninus, Petr' de Palude, Brianſo &c. ſatis hoc eſt cuiq; homini pio, ut credat, ſacramentum illud rite ſuſceptum ab ijs quibus neceſſarium eſt, utrunq; præſtare effectum. Quapropter pulchrum eſt, quod doctores illis ſacramentis ſeptẽ tribuunt uirtutes. nam in baptiſmo præcipue confertur fides, in confirmatione fortitudo, in ſacramento altaris charitas, in ordine ſcientia, in pœnitentia iuſtitia, in matrimonio continentia, & in ſacramẽto un-

Pſal. 44.
Pſalm. 103.
Eſaię. 61.

ctionis peculiariter confirmatur ſpes: quoniam ibi homo erigitur in ſpem bonam ſuſcipiendæ felicitatis, unde infirmo animus redit & quidem fortior, ut inde facilius moriatur, dum adeo ardenter ſperat uitam ſe conſequuturum æternam, iuxta illud Iob: Habebis fiduciam propoſita tibi ſpe, quoniam ſpes eorum immortalitate plena eſt.

4. Tertia porro huius ſacramenti operatio, accidentalis eſt: quoniam licet directe nō medetur peccato mortali, fieri tamē poteſt ut accidat illud. quod autem non curet mortalia hoc ſacramentum, & ſupra docuimus, quomodo illis medeatur pœnitētia, & hinc quoque collectu facilimum eſt: quia ſicut corporaliter non confertur medicina mortuis, ſed male habentibus, ita ſpirituale remedium nemini impendi debet, niſi ei qui per gratiam dei iam uiuit. Quiſquis autem eſt in peccatis mortalibus demerſus, ſpiritualiter mortuus eſt, ſicut uocabulū ipſum ſonat, & affirmat Paulus, quia ſapientia carnis mors eſt. ideoque & peccatores reſurgētes, ſpiritualiter intelliguntur per mortuos illos quos à morte corporali reſuſcitauit dominus, teſte Auguſtino. Rom. 8

Quomodo igitur fieri poſſit, ut ſacramentū hoc tollat etiam peccatum mortale, præ cæteris diligentius docet uarijs modis Armacanus de quæſtio. Armen. & quidam alij. Vna eius rei ratio eſt, quum quis in extremis conſtitutus, non poteſt peccatum aliquod mortale confiteri de quo contritus eſſet ſatis, licet ſit attritus, ſi iam ſuſcipiat hoc ſacramētum, ſaluabitur: ſi non ſuſcipiat, damnabitur. Id ita exponunt, quando peccator contritionem habet tepidam & imperfectā, qua non poteſt reconciliari deo, ſi iam acceſſe- Li. 9. c. 19.

rit uirtus huius ſacramẽti, ea tantum operabitur,ut inde contritio perficiatur,quod citra dubium quoti die ſæpe fit in confeſſione.atque hæc illa eſt immenſa dei miſericordia, quod per meritum paſſionis Chriſti in ſacramentis adimplet, quod in nobis erat imperfectum.Secundus modus eſt talis: quum quis iam eſt cõfeſſus, fieri adhuc poteſt ut abſolutionem non ſuſcipiat à ſacerdote ob imperfectam ſuam pręparationem ad pœnitentiam, ita quod cenſetur fictus reſpectu pœnitentiæ,qui tamen ſatis eſſet inſtructus ad ſacramẽtum unctionis. in cauſa eſt,quia pœnitentia maiorem requirit pręparationem quàm uel baptiſmus uel unctio.ſic baptiſmum recipit paruulus ſine uoluntatis cõſenſu & opere. aliquis uſu iam rationis deſtitutus,inungitur etiam citra aliquam ſuam deuotionem.quiſquis autem ſuſcepturus eſt ſalubriter pœnitentię ſacramentum,is oportet uoluntate conſentiat, ore & facto cooperetur, humiliet ſe à facie eccleſiæ & ſacerdotis.Tertia adhuc uia ſupereſt illa: eſto ut ſit aliquis confeſſus, ſuſceperit ſacramentum,neq; peccarit in ſuſcipiendo, adhuc tamen poſſibile eſt, eum eſſe in aliquo peccato conſtitutũ, quod ibi per unctionis ſacramentum dimittatur. Hoc ita accipies:fieri poteſt ut qui peccator eſt,ignoret ſe eſſe peccatorem,ſed credat ſe peccatorem non eſſe, iuxta illud Apoſtoli: Nihil mihi conſcius ſum,
1.Cor.4. ſed tamen in hoc non ſum iuſtificatus: huiuſmodi aliquis quum ſuſcipit ſacramentum, nec dignus eſt neq; indignus, (contrarie)& is quidem peccator eſt, quumq; ſuſcipit hoc ſacramentum, nec peccat nec meretur.(uide Bonauent. & Henricum Gorchemi propoſ.5.de euchariſtia)in hoc iam caſu poteſt talis

peccator per medicinam extremæ unctionis liberari ab illo peccato, qui per ſacramentū corporis Chriſti ab eo liberatus non erat. Video quidem hic Thomam dicere, quòd ſi aliquis poſt diligentem inquiſitionem & perſcrutationem ſuæ conſcientiæ, quanuis forſitan minus ſufficientem, ſic tamē accedat ad ſacramentum, remanente in eo peccato, quod ipſius ſubterfugiat cognitionem, tunc non peccet, quanto magis per huius ſacramenti ſusceptionē acquirit remiſſionem illius peccati? atq; is quidem innititur dicto beati Auguſtini in quodam ſermone: Quū manducatur corpus Chriſti, tūc uiuificat mortuos, mortui autem ſunt peccatores. Veriſimilis quidem hæc ſententia eſt. fieri autē iſtud per unctionis ſacramentum, teſtatur etiam Gerſon qui dicit, quoniam unctio extrema rite ſuſcepta, delet pctā uenialia, imò iudicatur quaſi abſoluere ab omnibus peccatis, adiuncta precatione ſuſcipiētis, idq; in uirtute huius ſacramenti, modo ille oret perſeueranter pro ſe & ad animæ ſuæ ſalutem. Magna igitur & eximia eſt huius ſacramenti dignitas, effectus immenſi & fructus copioſiſſimi. quapropter quilibet Chriſtianus ſummopere curare debet, ne ſine eo ſit ex hac uita emigrādum ſibi, ſicq; deſtituatur tātis uirtutibus, qn potius laboret illud ſuſcipere, & effectuū eius fieri particeps, unde gloriam conſequatur auctiorē in patria. eam nobis largiatur, qui eſt benedictus in ſecula. Amen. In regum. mor.

HOMILIA LVIII. DE EFFEctibus ſacræ unctionis, cum concluſione huius materiæ.

Si quis infirmatur inter uos. Iacobi quinto.

Diximus homilia ſuperiori, quidnã operetur hoc ſacramẽtum in ſuſcipiente, neque adhuc abſoluimus omĩa: proinde quod ſupereſt in effectibus illius, nunc deinceps explicabimus. Quartus ergo huius ſacramẽti effectus, eſt, quia magnam adimit partem pœnæ temporalis pro peccatis debitæ, uel in purgatorio luendæ, ut ſi cui pro peccati pœna ſexennium ſit in purgatorio ſuſtinendum, quãdo ſine hoc ſacramento moritur: iam uero quum ſuſcipit, minuitur & decedet ei aliquid de tempore ſimul ac grauitate pœnæ, idq́ uirtute huius ſacramenti. te-
Iacob. 5. ſtatur hoc ſanctus Iacobus, dicens: Si in peccatis fuerit, dimittentur ei. Quum ergo uocabulũ peccati in ſacris literis aliàs accipiatur pro culpa, aliàs pro ipſa peccati pœna, uolunt doctores intellexiſſe hic Iacobum de pœna peccati: neq́ uero id rarum eſſe in ſcripturis, quod peccatum pro pœna uſurpetur, quum ex multis locis probari poteſt, tum uero maxime ex
Dani. 4. eo q̃d dicit propheta: Peccata tua (hoc eſt, peccatorum tuorum pœnam) eleemoſynis pauperũ redime. Si-
2. Mach. 12 mile eſt quod in Machabæis legitur: Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis ſoluantur. Non ſoluuntur autem defuncti à peccatis ſuis quoad culpam, ſed quoad pœnam tantum. ſi ergo eleemoſynæ & orationes pro defunctis adimũt pœnam pro peccatis debitam, quur nõ ſacramentum unctionis in uirtute paſſionis & mortis Chriſti etiam tolleret aliquam partem pœnæ, quum tamen omnis ſatisfactio promanet ex merito Chriſti?

Sed audio quendam hic obijcere: ſupra hic ipſe Iacobi locus allegatus eſt pro peccatis uenialibus, qui fieri poteſt, ut nunc nouo intellectu rapiatur ad pœnam pro peccatis debitam? Neque nouum id eſt profecto, nec rarũ in ſacris literis, imò efficaciſſimum diuinæ ſapientiæ & hubertatis argumentum, quod non idem tantum locus, ſed & unica dictio uarios habeat intellectus: præclare admiratur Auguſtinus has ſpirituſſancti diuitias in lib. de doctri. Chriſtiana, nemini igitur mirum hoc fiat, quòd ſupra peccati uocabulũ expoſuimus de uenialibus, hic autem pro pœna peccati. uide Gerſonem & Lyram in prologo bibliæ. Lib. 2.

2. Supereſt & quinta huius ſacramenti uirtus, quomodo non tantum medetur animæ interius, uti diximus, ſed & corpus adiuuat, reſtituendo illi ſanitatem. id licet non numeretur inter præcipuos eius effectus, euenit tamen interdum, ut anima ſimul & corpore alleuiet infirmum dominus. ſunt enim ſacramenta iam poſt mortem Chriſti multo efficaciora, quàm ante: ſiquidem preciũ prompte numeratum, quanto plus ualet quàm adhuc debitum? Atqui hoc ipſum unctionis ſacramentum, etiam ante mortem CHRISTI hanc habuit uirtutem, quòd homines ſanauit etiam in corpore, ſicut teſtatur Marcus. nemini igitur debet hoc iam uideri alienum. Ad hæc, Iacobi etiam uerba uidentur eſſe intelligenda de corpore & anima, quum ait: Oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus. ſic intellexit etiam gloſſ. 95. diſt. presbyteros. Quæres forſitã, quur non ſemper operetur ſanitatem, ſicuti factum eſt tempore apoſtolorum. Ad hoc reſpondetur, quoniã quod Marc. 6. Iacob. 5. Gloſſ.

illud ita euenit temporibus apoſtolorum, factum eſt ad ædificatiõem fidei, ut ſic ex ſanitate corporali homines in principio fidei indurentur ad ſanitatem animarum, ſicut & in primitiua eccleſia ſpiritusſanctus in uiſibili dabatur ſpecie, ut inde certiores fierẽt Christiani, & animoſiores ad credenda atque amplectenda myſteria fidei. idem quoque circa ſacramentum unctionis factum eſt. Quur autem non etiam nunc ſanitas corporum ita conſequatur unctionis ſacramentum, multæ poſſent aſſignari cauſæ, quibus hic ultro ſuperſedemus. Hanc uero fiduciam habere quemlibet conuenit ad deum, quòd quandocunque ungitur oleo ſacro, ſi etiam incolumitas corporis profutura ſit ſibi & ſaluti animæ ſuæ, non negaturus eam ſit illi pró ſua bonitate deus: unde præclare dicit Franciſcus Maronis, an etiam alleuiatio infirmi utilis futura ſit eccleſiæ uel priuatæ perſonæ, ut ſic longiori uita auctius faciat meritum ſuum. ſcit deus, qui pro ſuo beneplacito cuncta diſponit.

Actu. 10. — Maronis. — Palud.

Narrat quidem Paludeñ. de quodam infirmo, qui ſicut fuerat de membro uno ad aliud unctus, ita ſucceſſiue etiam conualuerit, ſicq́; tota completa unctione, ipſe etiam integram recuperarit ſanitatem. Sunt qui ſexto loco inter effectus huius ſacramenti numerant & illud, quod cohibeat dæmonum inſultus atque tentationes in morte. Accedit iis omnibus, quod quiſquis inungitur, eo ipſo declarans fidei ſuæ integritatem, arguit ſe emori uerum Chriſtianum: quoniam diabolo nihil perinde aduerſum eſt & horrendum ut ſignum crucis, ſicut teſtatur Lactantius quod quotieſcunque gentiles uoluerunt ſacrificare, ſi forſitan interfuit ibi Chriſtianus habens fron-

Alius effectus. — li. 4. c. 27.

tem cruce conſignatam, non potuerint impietatem ſuorum ſacrificiorum adimplere, ſed neq; idola quiuerint aliquod reſpõſum dare pro more ijs à quibus fuerant interrogati.

Atqui in hoc ſacramento uarijs modis uſurpatur ſignum ſanctæ crucis, quapropter merito abhorret diabolus, & fugit. Gerſon ſuper Magnificat, refert interrogationem factam eſſe à uirgine quadam adulta, quidnam ſit præcipuum illud, quo omnium maxime inſultibus & inſidijs dæmonum queat reſiſti? poſt multam deliberationem inde inclamaſſe eam, crux eſt, quam uocem, inquit ille, accepi tanquam cælitus delapſam, ſicut & erat. Quod autem unctio illa argumentum ſit uere pij & Chriſtiani animi, uel hinc facile patet, ſi quis expendat, quod quemadmodum unctus eſt ante baptiſmum, ut eccleſiam ingrederetur militantem, ita nunc demum ungatur quoque intraturus in eccleſiam triumphantem, & hanc ſidem ſuam confirmat ille opere ſuſceptionis huius ſacramenti.

3. Hinc quis non uidet obſecro, quantæ ſuperſtitiones, quamq; impiæ perſuaſiones ſuſcitatæ ſint ab hoſte & inſidiatore bonorum omnium diabolo aduerſus hoc ſacramentum? uidens enim ille quantum defectionis fiat à ſua tyrannide per hoc ipſum ſacramentum, conatur id omnino ſubuertere uel impedire, homines quoq; ab eo abalienare. Superſtitiones in hoc ſacramento.

1. In hoc fraudulenter commentus eſt hunc errorem, quod multi perſuaſum habent ſi ſuſcipiant hoc unctionis ſacramentum, ſe celerius morituros,

quum tamen diuerſum iam ſupra ſit à nobis probatum & oſtenſum,pleroſq; ſanitatem inde recipere,q alias erant morituri.

2. Non diſſimile iſti quod clamant alij, per hanc olei unctionem diminui calorem naturalem.

3. Nonnulli impie contendunt,aliquem unctum amittere pilos,quod alias ut plurimum fieri ſolet ex grauibus morbis,id iſti imputant ſacramento.

4. Sunt quidam adhuc tam ſtolidi & ueſani,ut dicant mulierem grauidam, ex hoc ſacramēto uenire in periculum partus,infantulum quoq; laboraturum icteritia.

5. Alius eſt error quorundam,aſſerentium apes circumcirca ædes in quibus perungitur aliqs,emori,

6. Neſcio ridiculum ne ſit magis an impium, quod alij cogitant & putant,infirmum poſt unctionem fortius tentari quàm ante.diuerſum ſuprà probauimus ipſi.

7. Acceſſit his erroribus & inepta anicularum ſuperſtitio, qua perſuaſum habent, unctos hoc oleo ſacro,non debere toto anno ſaltare,quia aliàs moriantur.

8. Pro nihilo habendum eſt, quod uetant ne qs integro anno nudis pedibus tangat terram,neve pedes abluat,niſi forte ad aliquot dies, in honorem ſacramenti,id laudi tribuendum foret:nihil quoq; neceſſarium eſt, ſemper habere lucernam ſuccenſam, quandiu durat infirmitas. Huiuſmodi erroribus implicant homines,eoſq; ſic dubios reddunt,ut difficilius perſuaderi poſſint ad ſuſcipiēdum hoc ſacramentum:ita fit quod multi ſeipſos negligunt, dumq; ſibi uitam ſemper pollicentur longiorem,tanto ſacrę un

ctionis theſauro priuantur. Debent etiam ſingula membra peruncta, rurſus detergi lino aut conſimili materia, quæ deinceps uel exuratur, uel in flumē abijciatur. ſimiliter & ſacerdos manus ſale & aqua fricando abluat, quæ deinde cum lino comburātur.

Accidentalia.

Sunt quidem in hoc ſacramento accidentalia multa, maxime in hac noſtra diœceſi, ut in nonnullis locis obtinuit conſuetudo, infirmos, ſi conualeſcant, rurſus ablui prius in membris hoc oleo perūctis, quàm admittantur in balneum. Alibi permiſſum hoc quoque eſt ſacerdotibus, ut ungendo leproſos, loco pollicis utantur ligno tenui; quod inde unà cum abſterſorijs exuratur, uel in flumen proijciatur. In morbis cōtagioſis, ut in horrenda epidimiæ peſte (à qua nos p̄ſeruet CHRISTVS) poteſt hoc ſacramentum unctionis etiam uirga aut baculo porrecto adminiſtrari, pro conſuetudine diœceſis, & ut habent obſequialia. De neceſſitate huius ſacramenti poſſet etiam multis diſſeri, ſed ne longius euagemur, & ad concludendam hanc quoque materiam properemus, quanuis abſolute nullum homini neceſſarium eſt ſacramentum, ſiquidem uirtutem ſuam deus ſacramentis non alligauit: attamen baptiſmus & pœnitentia communiter perhibentur neceſſaria eſſe ſacramenta: confirmatio quoque, ſacramentum altaris & extrema unctio aliquatenus ſunt neceſſaria, quanuis aliud alio magis, ut ſacramentum euchariſtię multis modis eſt neceſſarium magis quàm unctio, ideóque in interdicto ubi permittitur alicui ſacramentum altaris, unctionis tamen ſacramentum ei interdicitur. In uniuerſum ergo hoc ſacramentum ita quoque neceſſarium eſt ut alia, nempe ne contemnatur uſqueadeo, ut da-

Neceſſitas huius ſacramenti.

to caſu quem ſupra oſtendimus, unctus poſſit ſaluari, & is qui unctus non eſt, pro merito ſuo damnetur. unde multum neceſſarium eſt hoc ſacramentum, ex cuius ſuſceptione quis gaudijs perfruatur æternis.

Quilibet igitur lætaliter infirmus, credat, certoq́ ſciat ſe hoc ſacramento plurimũ indigere, quod poſſemus explicare ad longũ: ſimus autem contenti manifeſtiſſimis beati Iacobi uerbis, quę & ipſa ſonant ꝑ modum pręcepti, ſicuti Felix 3. hoc ipſum ſerio diſtricteq́ mandauit.

Ceremoniæ huius ſacramẽti. 4. Nunc demum & poſtremo quidem loco progrediamur ad conſuetudinem eccleſiaſticam adminiſtrandi hoc ſacramentum, unde cognoſcãt catholici omnes, quàm præclaris cæremonijs & orationibus in hoc adhibitis ſoleat illud ſacramentum conferri: appareat etiam, quàm inique hæretici omnes oblatrent & reijciant ſine cauſa.

Primum omnium, quũ ſacerdos uenit ad locum ubi infirmus decumbit, dicit: Pax huic domui & omnibus habitãtibus in ea. Prouenit hæc ſalutatio ex pręcepto Chriſti, quod dedit apoſtolis. Deinde interrogat infirmum, an cupiat ſacramentum extremæ unctionis, quo affirmante, ſubiungit ſacerdos: Dominus tecum & cum ſpiritu tuo. Exaudi nos domine ſancte pater omnipotens æterne deus, & humilitatis noſtræ officijs gratiam tuæ uiſitatiõis mitte, ut quorum adimus habitaculum, tuam in eorum cordibus facias manſionem, per Chriſtum dominũ noſtrum.

Mat. 10. Luc. 10. Collecta.

Pſalmi. Mox ſubnectit ſeptem pſalmos pœnitentiales, cum ſeptem antiphonis, quæ ſunt tales:

Pſalm. 6. 2. Sana me domine, quoniam conturbata ſunt

oſſa mea,& anima mea turbata eſt ualde, ſed tu domine conuertere & eripe animam meam.

2. Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum, hic quum audiſſet quia IESVS ueniret in Galilæam, rogabat eum, ut ſanaret filium eius. Iohan. 4.

3. Domine, puer meus iacet in domo, & male torquetur. Amen dico tibi, ego ueniam & curabo eum. Matt. 8.

4. Cor contritum & humiliatum ne deſpicias deus, ſed propter miſericordiam tuam miſerere mei. Pſalm. 50.

5. Domine, deſcende ut ſanes filium meum, priuſquã moriatur. Dicit ei Ieſus: Vade, filius tuus uiuit. Iohan. 4.

6. Domine, non ſum dignus ut intres ſub tectum meum, ſed tantum dic uerbo, & ſanabitur puer meus. Mat. 8.

7. Quum ſol occidiſſet, omnes qui habebant infirmos uarijs languoribus, ducebãt illos ad Ieſum, & curabantur. Matt. 4.

His ita peroratis, ſacerdos admonet infirmum, ut deum & electos dei imploret: adhortatur etiam circunſtantes, ut orent pro infirmo, atq; ſtatim incipit orare letaniam, K. C. K. Chriſte audi nos, &c. ſicut habet ordo & totus Letaniæ proceſſus, niſi quod reſponſio ſemper dirigitur ſuper infirmum: & in fine addit, Vt ueniam ei dones, te rogamus audi nos. Vt ſanitatem animæ & corporis ei dones, te rogamus audi nos. Vt miſericordia tua ei ſubueniat, te rogamus audi nos. Vt à lecto ægritudinis tua potentia eũ erigat ad ſalutem, te rogamus audi nos. Vt cæleſti eũ medicina reficias, te rogam⁹ audi nos. Vt pſentiã & ſolatiũ ſanctorũ angelorũ ei adeſſe iubeas, te rogã- Letania.

mus audi nos. Vt uitam æternam ei dones, te rogamus,&c.

Collecta. Et inde poſt aliquot preces ſacerdos ſic orat: Omnipotens & miſericors deus, quæſumus immenſam pietatem tuam, ut ad introitum humilitatis noſtræ hunc famulum tuum in hoc habitaculo tuo feſſum iacentem, ſalutifera conſolatione uiſitare digneris, ſicut uiſitaſti Tobiam & Saram, ſocrum Petri, puerumq́ centurionis, ita & iſtum, ut priſtina ſanitate animæ corporisq́ recepta, gratiarum tibi in eccleſia tua referat actionem, per Chriſtum dominum noſtrum. Poſtea ſacerdos poteſt ex collectis ſequentibus quotquot uolet, orare: Deus, qui famulo tuo Ezechiæ ter quinos annos ad uitam donaſti, ita & hunc famulum tuum à lecto ægritudinis ſuæ tua potentia erigat ad ſalutem, per Chriſtum dominum noſtrum.

Luc. 4. Matth. 8. 4. reg. 20.

Deus qui facturæ tuæ pio ſemper dominaris affectu inclina aurem tuam ſupplicationibus noſtris & famulum tuum ex aduerſa corporis ualetudine laborantem propicius reſpice, & uiſita eum in ſalutari tuo, ac cæleſtis gratię ei præſta medicinam, per Chriſtum.

Virtutum cæleſtium deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem & omnem infirmitatem pręcepti tui poteſtate depellis, adeſto propicius huic famulo, ut fugatis infirmitatibus, & uiribus receptis, nomen ſanctum tuum inſtaurata protinus ſanitate benedicat, per Chriſtum dominum noſtrum.

Reſpice domine famulum tuum infirmitate ſui corporis laborantem, & refoue animam quam creaſti, ut caſtigationibus emundata, continuo ſentiat

ſuam medicinam ſalutarem, per Chriſtum.

Deinde imponit ſacerdos manus ſuas ſuper caput infirmi, & ait: Sanet te deus pater qui te creauit, Amen. Sanet te dei filius qui pro te paſſus eſt in cruce, Amen. Sanet te ſpiritusſanctus, qui pro te effuſus eſt in baptiſmo, Amen. Sanet te ſancta trinitas unus deus ab om̃i dolore & infirmitate, qui uiuit & regnat per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Hic iam porro ſubmonet infirmum, ſi forſitan ali quid ei adhuc occurrat confitendum, atque ad minus generalem ei pronunciat confeſſionem. In quibuſdam diœceſibus multæ ſolẽt adhuc legi collectæ, quæ non ſunt de ſubſtantia ſacramenti.

Poſt hæc offert ſacerdos infirmo oſculandã imaginem crucifixi, ipſumq́ confirmat, ut in omnibus aduerſis recurrat ad paſſionem & mortem Chriſti, atque ſubiungit hanc orationem: Omnipotens ſempiterne deus, qui per beatum Iacobum apoſtolum tuũ dixiſti, infirmatur quis in uobis, inducat presbyteros eccleſię, & orent ſuper eum, ungẽtes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei ſaluabit infirmũ, & alleuiabit eum dominus, & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei: te ſuppliciter exoramus, ut hic famulus tuus per miniſterium noſtræ unctionis & donum tuę ſanctæ pietatis, peccatorum ſuorum ueniam conſequi, & ad uitam æternam peruenire mereatur, per Chriſtum. Collecta.

In caſu tamen neceſſitatis orationes illæ omnes obmittuntur, atque ſi ſit periculum de morte, ſtatim adgreſſurus unctionem ſacerdos, pollicem modice intingit in oleum, & ungit membra infirmi iuxta formam ſupradictam: finita ultima unctione, lotiſq́

rurſus manibus cum ſale & aqua, iterum ſic incipit orare: Omnipotens ſempiterne deus, qui ſubuenis in periculis & in neceſſitate laborantibus, maieſtatē tuam ſuppliciter oramus, ut mittere digneris ſanctū angelum tuum, qui famulum tuum hunc in anguſtijs & neceſſitatibus laborantem, conſolationibus tuis attollat, quibus & de præſenti conſequatur auxilium, & æterna remedia apprehendat, per Chriſtum.

Collecta.

Domine Ieſu Chriſte, qui es ſaluator & redemptio noſtra, qui es ſalus & medicina, à quo omnis ſanitas & medicamentum uenit, qui uoce apoſtoli tui nos inſtruis, ut languidos olei liquore tangentes, tuæ pietatis miſericordiam poſtulemus: reſpice propicius ſuper hunc famulum tuum ab illa mirabili ſummitate cælorum, ut quem languor ad exitum, & uirium contractio iam pertrahit ad occaſum: extingue in eo libidinum & febrium æſtus, dolorum ſtimulos acutiorum contere cruciatus, ægritudinum & cupiditatum tormenta diſſolue, ſuperbiæ inflationem tumoremq́ compeſce, hulcera & putredines uitiorum euacua, uiſcerum interna, cordiumq́ ac medullarum & cogitationum ſana diſcrimina, conſcientiarum atque plagarum obducito cicatrices, tuq́ ueteres & immenſas remoue paſſiones, opera carnis ſanguinisq́ materias cōpone, ac delictorum illi ueniam propiciatus attribue, ſicq́ illum iugiter cuſtodiat pietas tua, ut nec ad corruptionem aliquando ſanitas, nec ad perditionem te auxiliante hunc perducat infirmitas, fiatq́ hæc unctio olei illi ſacra perunctio, concita morbi præſentis expulſio, & omnium pec-

catorum remiſſio, te concedente ſaluator mundi, q uiuis ac regnas deus, &c.

(His omnibus peractis, infirmus in quibuſdam diœceſibus ſuſcipit etiam ſacramentū corporis Chriſti) ad extremum ſacerdos aqua benedicta aſpergit infirmū & circunſtantes, ſic concludens: Benedictio dei patris omnipotentis, & filij & ſpiritus ſancti deſcendat ſuper te, & maneat ſemper.

Poteſt etiam apud infirmum fieri inquiſitio talis, uel à ſacerdote uel à quouis alio: Credis omnia quęcunque continet uera fides catholica totius eccleſiæ CHRISTI? Credo. Lætaris ne & gaudes te moriturū in hac uera & Chriſtiana fide? Gaudeo. Agnoſcis ipſe peccata tua, quibus per omnem uitam tantopere deum offendiſti? Agnoſco. Pœnitet iam te huiuſmodi offenſæ diuinæ? Pœnitet. Habes etiam propoſitum firmum porro ab huiuſmodi offenſis cauendi? Propono equidem aſſiſtente in hoc mihi gratia dei. Credis ne quia per meritum paſſionis redemptoris noſtri domini Ieſu Chriſti uenturus ſis ad gloriam, & non per propria merita? Et id quoque credo, nam opera mea quantula erunt citra gratiam ſuam? Querenda ab ungendo.

Id igitur fac mi frater, & ideo ubicunque ſe tibi obtulerit hoſtis & inſidiator noſter diabolus, ſemper ei obtrude meritum paſſionis & mortis Chriſti ſaluatoris omnium noſtrum. Pax itaque Chriſti ſit tecum, & tueatur atque cuſtodiat te in uitam æternam. Receſſus ſacerdotis

Audiſtis nimirum hactenus dilectiſſimi, quàm

pijs orationibus utatur eccleſia, utiq; ex inſtinctu ſpi ritusſancti, circa hoc ſacramentum unctionis, quib⁹ & infirmi & circũſtantes moueantur ad pietatem, confirmentur in fide, meminerint ſedulo dilectionis & miſericordiæ diuinæ: ut Interim mera ſit impietas & blaſphemia neochriſtianorum contemnentium hoc ſacramentum, ad contumeliam Chriſti & ſpiritusſancti. Catholici autem cum magno deſiderio & pio quodam affectu ſuſcipiũt illud, ut ſic feliciter ab hac uita commigrent in patriam beatitudinis æternæ. Amen.

HOMILIA LIX. QVA in uniuerſum diſſeritur de ſacramento ordinis & ſextuplici poteſtate ſpirituali.

Vos ſacerdotes domini uocabimini, miniſtri dei noſtri, dicetur uobis. Iſaiæ ſexageſimoprimo.

Pactum meũ fuit cum Leui uitæ & pacis. Malachiæ II.

Vmmus ille idemq; potẽtiſſimus mundi gubernator deus, ita om̃ia ordinauit, ut ſibi quoq; decẽtis gloriç uelit exhiberi cultum ab hominibus, unde & per prophetam dicit: Filius honorat patrem, & ſeruusdominum ſuum. ſi ergo pater Mala. 1. ego ſum, ubi eſt honor meus? & ſi domin⁹ ego ſum,

ſibi eſt timor meus? Veruntamen præter cultum latriæ,quo omnes generaliter homines tenẽtur agnoſcere, colere & ſumme obſeruare deum: expetijt inſuper dominus ex hominibus ſibi quoſdã uelut i ꝓprie eſſe addictos in uniuerſo cultu diuino. tales fuerunt in lege naturæ primogeniti,inde pontifices,ſacerdotes & leuitę in lege Moyſi.(uide Tomum 3.homil.)Sicut ergo Moyſes ſacerdotium habuit Aaronicum omnibus officijs inſtructum, quoniam ſic & unctiones & conſecrationes illorum deſcribuntur ad longum in Leuitico & Exodo:ita dominus Ieſus legem cõſtituturus nouam euangelicã hanc, illi conſultum quoque uoluit de ſacerdotio nouo,quod ueteri iſti ſuccederet.connexa enim ſunt tria hæc inter ſe,ſacerdotium,lex & ſactificium,ita ut aliquo illorum mutato,tranſmutetur & alterũ. Sic Paulus ait: Trãſlato ſacerdotio, neceſſe eſſe ut & legis tranſlatio fiat. unde conſtat Chriſtum nõ abrogaſſe ſacerdotium, ſed in melius tranſmutaſſe, ſibiq́ miniſtros elegiſſe nouos.& ſicut deus olim pactum inijt cum tribu Leui uitæ & pacis,ita & quidem fortius fœdus pepigit cum ſacerdotibus noui teſtamenti, quibus etiam tradidit claues & poteſtatem claudendi atque aperiendi cælum,quibus dedit poteſtatem ſacratiſſimũ corporis & ſanguinis ſui ſacramentum conſecrandi. ꝓuidit hoc ipſum in ſpiritu Eſaias,dicens: Vos ſacerdotes domini uocabimini, miniſtri dei noſtri,dicetur uobis,loquẽs de futuris ſacerdotibus Chriſti, nõ de ijs qui tunc erant Aaronis ſectatores. id colliges ex eius capitis exordio,quod ſic habet: Spiritus domini ſuper me, eo ꝙ unxit me, ad euangelizandum manſuetis miſit me:quæ etiã uerba propheta in ſpi-

1.Par.23.
Exo.24.
Leui.8.
Nexus legis ſacerdotij, & ſacrificij.
Heb.7.
Johan.20.
Luc.22.
Eſa.61.

ritu uaticinatus eſt de Chriſto uero Meſſia, ſicut ipſe teſtatus eſt, dicens: Hodie impleta eſt ſcriptura hæc in auribus ueſtris. Sicut ergo ab initio loquitur de Meſſia, deinde de ædificatione eccleſiæ, ita poſtremo digreditur ad prophetiam de nouo ſacerdotio euangelicæ legis, iuxta uaticinium propheticum ex quo hæc noſtra cœpit homilia, Vos ſacerdotes &c. — Luc. 4.

Aue Maria.

Euangelium Lucæ decimo, uel Matthæi decimo, aut Lucæ uigeſimoſecundo ſiue Iohannis uigeſimo.

De ordinis ſacramento dicturo mihi operæpretium uidetur, nonnihil primum de ordine in communi attingere, ut deinde facilior ſit probatio, qua oſtendatur ordinem eſſe ſacramentum. Eſt igitur ordo ſignum ſacrum, cum quo poteſtas ſpiritualis cōfertur & officium ordinato. Ordo autem Latinis ideo dici cœpit, quoniam miniſtri eccleſiæ non omnes æqualem habent poteſtatem, ſed quiſque illorū pulchro & cōuenienti ordine eſt à deo conſtitutus. Vbi enim nullus ordo, ibi horror & ꝑpetua confuſio eſt, ſic in cœlis eſt etiam ordo quidam inter beatos, ideoq; & in eccleſia militanti merito eſſe debet, ſicut pręcepit dominus Moyſi, ut faceret omnia iuxta figurā quæ monſtrata eſt ei in cælo, unde colligunt doctores, eccleſiam militātem debere à triumphante uelut imaginem quādam exemplarem ſumere. Ita & Bernardus ait ad papam Eugenium: Non uilem repu-tes formam hāc, quia in terra eſt, exemplar habet in cælo, Et inde: Non eſt parnipēdendum quod & deū

Magiſter in litera. — Exodi. 25. — Lib. 3. de conſid.

habet autorem, & de cælo ducit originem. Huc facit illud q̄d ſcribit beatus Gregorius ad epiſcopos Galliæ: Ad hoc diuinæ diſpoſitionis prouiſio, gradus & diuerſos ordines conſtituit eſſe diſtinctos, ut dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderēt, una concordiæ fieret ex diuerſitate contextio: & recte officiorum moles gereretur adminiſtratione ſingulorū, neque enim uniuerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus eam differentiæ ordo ſeruaret: quia uero creatura in una eademq́; æqualitate gubernari uel uiuere non poteſt, cæleſtium militiarum exemplar nos inſtruit, qa dum ſunt angeli, ſunt archangeli, liquet q; non æquales ſunt, ſed in poteſtate differt unus ab alio & ordine. Ordo.

Docet hoc ipſum & Dionyſius pulchre in quadam epiſtola ad Demophilum monachum, quum ait: Si diſtinctiones ordinesq́; confundere, ſacratiſſimas dei ſanctiones & iura tranſgredi eſt, omni profecto ratione caret, dei cauſa peruertere traditum diuinitus ordinem. Et inde: Neque enim ſancta ſanctorum ſimpliciter om̄ibus ſunt inacceſſa, uerum ijs appropinquat magis pontificū ſacra diſtinctio, deinde ſacerdotum ordo, quos deinceps & miniſtrorum ſequitur ordo. Ecce quantopere affirmat Dionyſius hunc ordinem miniſtrorum eſſe diuinitus inſtitutum, q̄m ſicut inæqualem in eccleſiaſtica hierarchia miniſtri dei ſortiti ſunt poteſtatem, ita gradus & ordines faciunt inæqualiter diſtinctos: omnes tamē habent poteſtatem eminentem præ cæteris hominib⁹ in eccleſia, quoad exercitationē eccleſiaſtici alicuius

operis ſpiritualem, quanuis ſunt qui uelint, omne miniſterium ordinis directum eſſe debere ad hoc ſacramentum altaris, ſed hæc deinceps.

2. Etſi ab ipſis iam inde temporibus apoſtolorum omnes eccleſiæ per uniuerſum mundum ſacerdotibus uſæ ſint ordinatis & unctis, uſque ad hunc diem, attamē ne aliqua ex parte conquieſceret, & eccleſiæ ordinationem ac tranquillitatem nō ſatis perturbaret perfidus apoſtata Lutherus, hic quoq; abominabilem nobis errorem ingeſſit, negans ordinem eſſe ſacramentum, ordinationem multis modis ſubſannat, unctionem chriſmatis riſui habet. At nos iam probabimus, ordinem, imò ordinatiōem (nam ordo proprie eſt poteſtas collata in hoc ſacramēto) eſſe ſacramentum, Vbi quanuis uel ſolus eccleſiæ uſus, uel conciliorum conſtitutiones, cuique Chriſtiano ſatis poterant & debebant facere ad perſuadendum hoc, ſacris tamen literis idipſum confirmabimus. Nanq; in ueteri etiam teſtamento uidemus undique, quomodo typicum illud ſacerdotium à deo inſtitutum, electum, ſanctificatum & priuilegijs ſit donatum: unde & Paulus uetat aliquem ſibi ſumere honorem, niſi ſit uocatus à deo ut Aaron. In ueteri autem teſtamento conſtat non quoſlibet eſſe à deo uocatos, quoniam ſic deus dixit ad Moyſen: Applica ad te Aaron fratrem tuum cum filijs ſuis de medio filiorum Iſrael, ut ſacerdotio fungantur mihi, Aaron, Nadab & Abiu, Eleazar & Ithamar, & cunctorum conſecrabis manus, ſanctificabisq; illos, ut ſacerdotio fungantur mihi. Cōpleuit hæc omnia Moyſes deinceps, ſicut legimus in Leuitico, quantis cæremonijs ueſtium & reliqui apparatus, tum unctiōes,

Sacerdotium a deo inſtitutū.

Heb. 5.

Exod. 28.

Leuit. 8.

tum conſecrationes omnes ſint conſummatæ. Morituro quoque iam Aaroni in monte Hor, exuit Moyſes habitum põtificalem: quo mortuo, induit illum Eleazari filio Aaronis. Officij huius ſublimitatem quum affectare cœpiſſent Chore, Dathan & Abirõ, quanuis Leuitæ eſſent & miniſtri templi, quia tamẽ temere ſibi adrogabant ſacerdotalis muneris ſanctimoniam, (quod nunc tentant quidam laici Lutherani, ſed quo effectu, uiderint ipſi) deuorauit illos terra morſu amariſſimo, & uiui deſcenderunt in infernum. Profecto niſi tam eximia fuiſſet ſacerdotij dignitas, ad quam tres illi cum alijs 250. uiris idonei non erant, deus tam horribili & inaudita plaga eos non afflixiſſet. Porro quum Phinees interfeciſſet Zambri principem ex tribu Simeon, eo quòd palam in conſpectu Moyſi & populi uniuerſi ingreſſus eſſet ad mulierculam Madianitidem, uoluit hoc illi rependere deus, & ait ad Moyſen: Phinees filius Eleazari filij Aaron ſacerdotis, auertit iram meam à filijs Iſrael, quia zelo commotus eſt contra eos, ut nõ ipſe delerem eos in zelo meo. idcirco loquere ad eũ: Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipſi quàm ſemini eius pactum ſacerdotij ſempiternum, quia zelatus eſt pro deo ſuo, & expiauit ſcelus filiorum Iſrael. utique niſi magnum & eximium quiddam eſſet ſacerdotium, quorſum pertineret promiſſum illi eſſe pactum ſacerdotij ſempiternum? Præterea fœdus quod pepigit deus cum tribu Leui, multum exaggerat Malachias, dicens: Pactum meum fuit cum Leui, dicit dominus exercituum pactum meum fuit cum eo uitæ & pacis, lex ueritatis fuit in ore eius, & iniquitas non eſt inuenta in labijs eius, in pace & æqui-

Num. 20.
Num. 16.
Num. 25.
Mala. 2.

tate ambulauit mecum,& multos auertit ab iniquitate,labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam,& legem requirent ex ore eius,quia angelus domini exercituum eſt.Ecce quàm ſublimis & ſanctus fuit iam olim ordo ſacerdotalis,uſqueadeo,ut ſacerdotem angelũ uocare non dedignetur deus. Dignitas ea deinceps loco grauiſſimæ pœnæ adempta eſt ſacerdoti Heli & filijs eius.

1.Reg.2.

5. Dicis autem hæc omnia pertinere ad ſacerdotium Aaronis in ueteri lége, quando & ſcriptum eſt,ex uerbo ſacerdotum pendere omnia. Atqui locus hic expoſtulat probationem de ordine noui teſtamenti,quod ſit ſacramentum. Quis ignorat hæc obſecro,aut quem tandem latet diſcrimen ſacerdotij utriuſque legis? quicquid enim nunc eſt in ueritate,illic tãtum erat in figura & umbra,ſicut ipſa quoque lex umbrã habuit futurorum bonorum. Non eſt autem animus hic dicere,quod ex ſigno ſacramẽtali, & in uirtute eius collata ſit ſacerdoti ordinato gratia dei,quanuis id ſenſit rex Angliæ ſcribens contra Lutherum,& tamen deus præcepit Moyſi ut ungeret atq; ſanctificaret eos: unde ſatis probabile eſt, collatam eſſe ibi gratiam diuinã.(ſiue ex opere operato,ſiue opere operãte)at nos hic confirmabimus, ordinem noui teſtamenti proprie eſſe ſacramẽtum: omnia enim quæ ab initio dicta ſunt de proprietate ſacramenti, conueniunt etiam ordini, itaq; à Chriſtianis omnibus pro ſacramento eccleſiæ haberi debet. Auguſtinus nanque ſacramentum definiens, ſic inquit: Sacramentum eſt inuiſibilis gratiæ uiſibilis

Deut.21.

1.Cor.10.
Hebr.10.

forma. Sunt autẽ in ordine ſigna uiſibilia, clauium, lucernarum, libri, calicis, panis & uini &c. ſicut inde in collatione ſingulorum ordinum dicetur. Vnum hic reſtat docendum, quòd in ordine conferatur gratia diuina ordinato. Patet autem hoc principio manifeſte ex Paulo, quum ſcribit ad Timotheum: Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum presbyterij: hæc meditare, in his eſto, ut profectus tuus manifeſtus ſit omnibus. Ibi Paulus & ſignum monſtrat ſenſibile externum, ſcilicet impoſitionem manuum, & ſimul commemorat gratiam quæ data ſit ei cum impoſitione manuũ presbyterij. Et inde admonet eundem quoque, ut reſuſcitet gratiam dei, quæ in ipſo eſt per impoſitionem manuum ſuarum. Ita nimirũ intellexit uerba hæc beat⁹ Auguſtinus in libro quæſtio. ueteris & noui teſtamenti, poſtquam dixit inſufflationem illam à Chriſto factam ad apoſtolos, gratiam hanc eſſe, quæ per traditionem infunditur ordinatis. unde & Paulus inquit: Noli negligere gratiã quæ in te eſt. Chryſoſtomus quoque ad eundem ſenſum accepit, quũ dixit: Ita Timotheus electus eſt. Prophetias autem plurimas hic dicit fortaſſis & illã, per quam ipſam acceperat, quando eum & circuncidit atq; ordinauit, quẽadmodum & ipſe ſcribit: Noli negligere gratiam quæ eſt in te.

Ordo ſacramentũ

1. Tim. 4.

Auguſtin. cap. 93.

4. Ad Titum etiam ſic ſcribit Apoſtolus: Huius rei gratia reliqui te Cretę, ut ea quę deſunt corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. Ecce quomodo Paulus nõ ſolũ ordinauit Titum, & conſtituit epiſcopum, ſed etiam poteſtatem dedit illi alios conſecrandi. Rurſus quoq; ad

a Tim. 5. Timotheum: Manus cito nemini impoſueris, neq; communicaueris peccatis alienis. Ex iis duobus locis conſtat aperte, ordinem conferre gratiam in manuum impoſitione. Sed hic remouendum aliquid eſt propter uocabulum presbyteri, quod apud Græcos ſeniorem ſonat, ita ut illo utitur etiam Lucas. Quæres ergo quur illos nō uſitato ſcripturæ nomine uocarint ſacerdotes. Reſpondetur ad hoc, quia in primordio naſcentis adhuc eccleſiæ, ante excidium Hieroſolymitanum erant adhuc pontifices & ſacerdotes legales ſecundum ordinationem Aaron in templo iuxta præſcriptum legis, uſq; ad quadraginta annos poſt Chriſti paſſionem. Ne ergo eo tēpore confuſionem pareret eadem in diuerſis perſonis & officiis appellatio, non fuit tūc in uſu inter Chriſtianos, ut ſuos illos uocarent ſacerdotes, ſed presbyteros, diaconos, paſtores, epiſcopos. quū autem impleta iam eſſet prophetia Oſeæ, ut filii Iſrael ſederent ſine principe, ſine ſacrificio, ſine altari, ſine Ephod &c. ibi tū ſancti patres rurſus uti cœperunt honeſtiſſima illa ueterum appellatione & dicere ſacerdotes, presbyteros, qui ſanctificationē uel ipſa ſacra darēt & porrigerent. Nec eſt quod probationem illius longius petamus. ipſum nanque factum Chriſti, ut eſt à Ioanne deſcriptum, abunde magnum nobis præſtat teſtimoniū. Ita enim ait Chriſtus ad apoſtolos: Pax uobis. ſicut miſit me pater, ita & ego mitto uos. Et quum hoc dixiſſet, inſufflauit in eos, & ait: Accipite ſpiritumſanctum. quorumcunque remiſeritis peccata, remiſſa erunt: & quorum retinueritis, retenta erunt.

Presbyteri dicti nō ſacerdotes.

Oſeę. 3.

Ioh. 20.

Communis autem hæc eſt doctorum ſententia,

Chriſtum eos hic ordinaſſe presbyteros. habemus enim hic ſignum ſenſibile, inſufflationem: & promiſſam inde gratiam, accipite ſpiritum ſanctum. Obijciet aliquis Chriſtum apoſtolos conſtituiſſe presbyteros in ultima cœna. Sane, ſed multiplex eſt ſacerdotij poteſtas: quæ materia etſi ad longum poſſet aliquot homilijs explicari, tamen nos hic eam breuiter indicabimus. Prima igitur ſacerdotum poteſtas eſt conſecrare corpus Chriſti uerum in ſacrificio miſſę, & quicquid huic poteſtati eſt adnexum, ut ſacrificare, pro uiuis orare & mortuis: atque hanc poteſtatẽ contulit Chriſtus apoſtolis in cœna, quum iam inſtituiſſet uenerabile ſacramentum, ſubiecit: Hoc facite in meam commemorationem. & ea poteſtas ſane eſt ordinis ſacerdotalis.

Poteſtates ſacerdotales.

Conſecrãdi.

Luce 22.

2. Secunda poteſtas reſidet in adminiſtrandis ſacramentis, præcipue uero pœnitentiæ, quę poteſtas dicitur clauium, ſicut abũde docuimus ſupra de pœnitentia, & Tomo ſecundo. Atque hæc poteſtas collata eſt in die ſancto paſchæ. Quemadmodum enim in prima poteſtate dominus commiſit eis conſecrationem ueri corporis ſui, ita in hac ſecunda curã iniunxit corporis myſtici, hoc eſt, fidelium. Duæ illæ poteſtates etiamnum hodie diſtinctim conferuntur in ordinatiõe ſacerdotali, & ſunt æquales in omnib⁹ presbyteris, qui quia in ordinis ſacramento characterem accipiunt ſignum indelebile, illæ ambæ non poſſunt ab eis auferri. Inhiberi quidem poteſt ſacerdoti ne celebret miſſam, ut quum excõmunicatur, uel (ut uocant) degradatur, quum ab officio ſuſpenditur: non tamẽ per hoc characterem amittit ſacer-

Homi. 4. ſupra.

Abſoluere.

dotalem, ſed uſum tantummodo ſiue priuilegium ſacerdotum. Quare & Auguſtinus ad Parmenianum reijcit errorem Donatiſtarum, qui putabāt ſacerdotem factum hæreticum, non quidem amittere baptiſmum, ſed tamē ius dandi quod acceperat, hoc eſt, ordinem ſacerdotalem. ſic enim ait: Nulla oſtenditur cauſa, quur ille qui ipſum baptiſmum amittere non poteſt, ius dandi amittere poteſt: utrunque enim ſacramentū eſt, & quadam cōſecratione utrunque homini datur: ideoq; in catholico utrunque nō licet iterari.

Li.2.c.13.

3. Tertia poteſtas eſt iuriſdictionis, qua quiſque imperium habet in ſubditos ſibi, tanquam ſuperior in inferiores: ſicut parochus in eos qui ſub ſua continentur parochia, epiſcopus in diœceſanos, papa ſuper uniuerſum Chriſtianiſmum. Poteſtatem hanc conceſſit dominus Petro in plenitudine, quando ter dixit illi: Paſce oues meas. Atque ea ſane poteſtas ſicut ex capite CHRISTO prouenit in uicarium ſuum papam, tanquam caput adminiſtratorium, ita uiciſſim ab illo effunditur in archiepiſcopos, & inde in parochos: omnino autem neceſſaria fuit hæc poteſtas ad uitandam confuſionem in eccleſia, ſi quibuſlibet permitteretur dominium. Ideo quoque Vrbanus papa diſtinxit parochias, prohibitum etiam eſt, ne quiſquam parochus ſibi uſurparet ius alterius: atque inde fit, ut nemo poſſit audire confeſſionem eius, q alteri ſit parocho ſubiectus, niſi haberet ueniam à ſuperiori, ut religioſi quidam. Hinc etiam promanauit, quod ſupremus prælatus ex ſua

Iuriſdictio.

24.q.1. eccleſ.

16.q. peruenit.

iuriſdictione poteſt ſibi quorundam peccatorum ca ſus reſeruare, à quibus nequeant ſubditi ſui abſolue re. eò referunt nonnulli, quod apoſtoli non pote rant eijcere dæmonium ex homine lunatico, qui ſub inde in ignem & aquam proijciebat ſe, & tamen re liqua dæmonia eijciebant: hunc autem oportebat cū rare dominum ipſum, quaſi qui caſum illum tam ar duum ſoli ſibi reſeruaſſet. Mat.17.

4. Quarta poteſtas eſt prædicationis, quod of ficium CHRISTVS iam in perfectione ſua demum contulit apoſtolis iamiam aſcēſurus in cælum, quan do dixit ad apoſtolos: *Ite in orbem uniuerſum, & prædicate euangelium omni creaturæ.* Fuerat eis q; dem hæc poteſtas antea collata, ſed imperfecte: quia tunc uetuit dominus ne abirent apoſtoli in uias gen tium, neque in ciuitates Samaritanorum: deinde ſe ptuagintaduos diſcipulos tantum eò miſit, quò erat ipſe uenturus. Hanc ipſam prædicandi poteſtatem nemo ſibi adroget temerario, ut nunc quidam faci unt, niſi ſit uocatus: quomodo ēm prædicabunt niſi mittantur? Præcepit hoc idem & Innocentius papa, dicens: Quum ordo doctorum ſit quaſi præcipuus in eccleſia, non debet ſibi quiſq; indifferenter prædi cationis officium uſurpare. Nam ſecūdum apoſtolū q̄modo prædicabunt niſi mittantur? Et ueritas ipſa præcepit apoſtolis rogare dominum meſſis, ut mit tat operarios in meſſem ſuā. Miſſio ea fit à ſummo pontifice & alijs, qui poteſtatem huiuſmodi ſpiritua lem habent, quibusq; prædicatores præſentari ſolēt: interdum tamen aliqui mittuntur immediate à deo, atq; ij commiſſionem ſuam debent miraculis confir

Prędicare Marci.16. Matt.10. Lucę.10. Rom.10. C.ex iniū- cto de hę- ret. Lucę.10.

mare,ſicut fecerunt apoſtoli,uel certe per ſcripturas ut Iohannes,qui miſſis ad ſe Iudæis & inquirentibus quis eſſet,reſpondit: Ego uox clamantis in deſerto. Quæri ſolet hoc loco,an officiũ prædicandi competat etiam diacono.neq; hic me clam eſt,eſſe quoſdam qui putent diaconum in ſua ordinatione tantũ accipere librum euangeliorum in hoc,ut legat euangelium pro uiuis & defunctis: idq; ad orationẽ magis q̃ ad prædicationem eſſe referendum,ſicuti ſentit Guilielmus Parrhiſieñ.de ſacramentis. Veruntamen quia Gregorius iam ſuis quoq; temporibus reprehendit diaconos,eo q; incumberent canticis,mones eos prædicationi inſudare,92.diſt.c.in ſancta, & poſt eum Iſidorus affirmat officium hoc eſſe diaconi, prædicare euangelium & epiſtolam, ſubdiaconi uero munus,ut prędicet uetus teſtamentũ, exiſtimo equidem eos poſſe iure prædicare.

Iohan.1. Eſaię.40. An diaconus prędicet. C.perlectis 25.diſtin.

5. Quinta ſpiritualis poteſtas eſt correctio externa.ea utitur eccleſia ad dirigẽdos ſubditos ſuos in finem felicitatis æternæ.poteſtas illa eſt excommunicationis,quam dominus dedit apoſtolis quum dixit:Si peccauerit in te frater tu⁹,uade & corripe cum inter te & ipſum ſolũ.ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum: ſi aũt te nõ audierit, adhibe tecũ adhuc unum uel duos.quod ſi nõ audierit eos,dic eccleſię, ſi autem eccleſiam nõ audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.

Excommunicare. Matt 18.

Ex hac poteſtate ꝓueniunt interdicta,ſiũt ſuſpenſiones à diuinis officijs. conſtituuntur leges,præcepta & prohibita. uſus eſt illa poteſtate Apoſtolus, quando Corinthium iſtum tradidit ſathanæ. neque diuerſum ab hac poteſtate eſt, quod ait ad Ti-

1.Cor.5.

motheum, Naufragauerunt quidam circa fidem, ex quibus eſt Hymenæus & Alexander, quos tradidi ſathanæ. ad Titum quoq;, præcepit hominem hæreticum poſt unam aut alteram admonitionem eſſe uitandum. ſed de excommunicatione aliàs plura. 1. Tim. 1.

6. Poteſtas & ultima hæc eſt, quòd neceſſaria uitæ accipere poſſunt & debent ab ijs, quibus ipſi ſua communicant ſpiritualia, iuxta commiſſum domini quādo dixit: Mādūcate & bibite quæ apud eos ſunt. Multum immoratur in hoc Paulus ſcribens ad Corinth. & nos copioſe tractauimus dominica 2. poſt paſchæ, nunc ulterius progrediamur. 1. Cor. 9. Tom. 2.

HOMILIA SEXAGESIMA, qua fortius probatur ordinem eſſe ſacramentum.

Accipite ſpiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Iohan. XX.

COepimus explicare uobis dilectiſſimi in domino Ieſu, quomodo in ordinatione circa ſignum externum conferatur gratia interior. induximus ad hoc Paulū ad Titum & Timoth. poſtremo etiam uerba Chriſti quum dixit ad apoſtolos: Accipite ſpiritumſanctum. quorū remiſeritis peccata, etc. ubi etiam ex litera ſatis patet, apoſtolos in hac ordinatione ſua ſacerdotali accepiſſe ſpiritumſanctum, & ſic gratiam dei. Videor autem mihi hic audire ex neochriſtianis quempiam oblatrare & dicere, etiam. Iohan. 20.

ſi apoſtoli in ordinatione ſua acceperint ſpiritũſanctum, non tamen idcirco id nunc quoque fieri. At pulchre hoc refutat Auguſtinus in quæſ. no. & uet. teſ. c. 93. ſic dicens: Illud quod inſufflaſſe in diſcipulos dominus legitur poſt paucos dies reſurrectionis ſuę, & dixiſſe, accipite ſpiritumſanctum, eccleſiaſtica poteſtas collata intelligitur eſſe: quia enim omnia in traditione dominica per ſpiritumſanctum aguntur, ideo quũ regula eis & forma traditur huius diſciplinæ, dicitur eis: Accipite ſpiritumſanctum. & quia uere ad ius eccleſiaſticum pertinet, ſtatim ſubiecit dicens: Cuius tenueritis peccata, tenebuntur: & cuius remiſeritis, remittuntur. Inſpiratio ergo hæc, gratia quædam eſt, quæ per traditionem infunditur ordinatis, per quam commendatiores habeantur. unde Apoſtolus dicit ad Timotheum: Noli negligere gratiam quæ eſt in te, quæ data eſt tibi per impoſitionem manuum presbyterij, Semel ergo fieri oportuit, ut de cætero traditio iſta non ſine dono ſpirituſſancti eſſe crederetur. (unde probat prædicta) ſicut enim in ſaluatore forma data eſt uiſibiliter, ut poſt baptiſmũ ſpirituſſanctus credentibus de cætero inuiſibiliter dari non ambigeretur: ita & in ſupradicta cauſa forma data eſt in principio, ut ex eo traditioni eccleſiaſticæ ſpirituſſanctus infuſus credatur. Ecce quàm manifeſte fidelis Chriſti ſeruus Auguſtinus docet, in ſacra ordinatione ſemper gratiam dei conferri: quapropter etiam eſt ſacramentum, ſiquidem ea forma ordinandi in hunc uſq; diem utitur eccleſia, ſicut infra patebit.

Gratia in ordinatione.

1.Tim.4.

Matth.3.

li.4.epi.6. Eadem quoque Cypriani ſententia eſt ad Florentium Pupianum, ubi poſt multam ſacerdotij cõmen

dationem,ſubiungit,reuelatum ſibi eſſe diuinitus inter cætera,quod qui Chriſto non credit ſacerdotem facienti,poſtea credere incipiet,ſacerdotem uindicanti:& addit,quanquam ſciam omnia ridicula & uiſiones ineptas quibuſdam uideri,ſed utique illis qui malunt contra ſacerdotes credere quàm ſacerdoti. Et in fine,Hæc pro animi mei pura conſcientia & domini dei mei fiducia trāſſcripſi.habes tu literas meas,& ego tuas.in die iudicij ante tribunal CHRISTI utrunq; recitabitur. Conſidera hęc Lutherane.

En tibi ſatis magnum teſtem Cyprianum,qui clare oſtendit,quòmodo à Chriſto fiant & conſecrētur ſacerdotes, quanuis per miniſterium hominum: & quantopere deus ultionem ſumet de ijs, qui malunt credere contra ſacerdotem quàm ſacerdoti.

2. Clemens quoque idem & papa & martyr glorioſus,Petri diſcipulus,nimirum rectè à tanto magiſtro doctus de ordinatione eccleſiaſtica à ſpirituſancto conſtituta,ſic ſcribit omnibus epiſcopis:Primus pōtifex Aaron chriſmate compoſitionis perunctus, princeps populi fuit,& tanquam rex,primitias & tributum per capita accepit à populo:& iudicandi populos ſorte ſuſcepta, de mundis immundisq; iudicabat. ſed ſi alius ex ipſo ungento perunctus eſt,uirtute inde concepta,etiam ipſe rex aut propheta aut pontifex inde fiebat. Quid autem in præſenti ſeculo propheta glorioſius,pontifice clarius,rege ſublimius? Omnis enim pontifex ſacro chriſmate perunctus, & in ciuitate conſtitutus, ſcripturis ſacris conditus, charus & precioſus hominibus oppidò eſſe debet, quem quaſi CHRISTI locum tenentem honorare debent omnes, eique ſeruire,

& obedientes ad ſalutem ſuam exiſtere, ſciẽtes quòd ſiue honor, ſiue iniuria quæ ei defertur, in Chriſtum redundat, & à Chriſto in deum. Audire ergo eum attẽtius oportet, & ab ipſo ſuſcipere doctrinam fidei, monita autem uitæ à patribus inquirere, à diaconibus uero ordinem diſciplinæ. Quantum ecce extollit uir ſanctus ordinatiõem epiſcoporum, quàm ſtricte præcipit honorem eis eſſe impendendum? unde etiam liquet, tres fuiſſe ordines ſtatim in primordijs naſcentis eccleſiæ, ſicut inde ex uerbis Chriſti docebimus.

Manuum impoſitio. Neque uero admirari debet quiſquam huiuſmodi remedium aduerſus peccata: ſiquidem ex ueteri etiam teſtamento conſtat, manus ab aliquo ſolitas imponi ſacerdotibus, quod utique temere & citra ſignificationem factum quis credat? ita enim Iſidorus ait li. 2. c. 5. de origine officiorum: Epiſcopum latine ſuperintendentem poſſumus dicere, ut intelligat non eſſe ſe epiſcopum, qui non prodeſſe, ſed præeſſe dilexerit. Quod uero per manus impoſitionem à prædeceſſoribus dei ſacerdotibus epiſcopi ordinantur, antiqua eſt inſtitutio. Iſaac enim patriarcha ſanctus, ponens manum ſuam ſuper caput Iacob, benedixit ei, (Gene. 27. & 48.) ſimiliter & Iacob filijs ſuis: ſed & Moyſes ſuper caput Ioſuę manum ſuam imponens, dedit ei ſpiritum uirtutis & ducatus in populo Iſrael. (Deut. 31. & 34.) Sic & ſuperimpletor legis & prophetarũ dominus noſter Ieſus Chriſtus, per manus impoſitionem apoſtolis benedixit, ſicut in euangelio Lucæ ſcriptum eſt, & perduxit eos trans Bethaniam, & eleuauit manus ſuas & benedixit eos, factumq́ue eſt quum benedixit illis, diſceſſit ab eis. (Lucę. 24.) Et in Actibus apoſtolorum ex præcepto ſpiritus (Actu. 13.)

ſancti, Paulo & Barnabæ ab apoſtolis manus impoſitæ ſunt ad euangelizandum. Quis adhuc dubitare audebit, manuum impoſitionem cõtuliſſe iam olim quoque gratiam & benedictionem? Nec eſt quod hic aliquis credat nudis uerbis Iſidori, nam ſacræ ſcripturæ teſtimonijs omnia confirmat. Quid quod antè eum etiam Auguſtinus docuit, dicẽs: Nemo ignorat epiſcopos ſaluatorem eccleſiis inſtituiſſe: ipſe eñ priuſquam in cælos aſcenderet, imponens manum apoſtolis, ordinauit eos epiſcopos: hoc Apoſtolus ſancto ſpiritui deputat, quum ait: Attendite uobis & omni gregi, in quo uos ſpiritusſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiam domini Ieſu. Porro quæ ſupra induximus de ordinatione Pauli & Barnabæ, paulo diligentius explicanda nobis erunt, eo uel maxime, quod errorem de hoc ſacramento fortiſſime diſſoluunt. De q. no. & vet. teſt. c. 97. col. 9.

Volens autem obmitto dicere, quomodo apoſtoli diſtinctè ſint à Chriſto uocati apud Matthæum, ordinati apud Lucam & Iohannem, emiſſi etiam accepto in hoc ſpirituſancto, apud Matthæũ & Lucã. Luc. 9. Luc. 22. Iohan. 20. Luc. 24.

Nolo etiam immorari, quod dicunt doctores apoſtolos omnes in ipſa uocatione ordinatos eſſe diaconos, in cœna presbyteros, quoad poteſtatem conficiendi corpus Chriſti myſticum, in die autem paſchæ accepiſſe etiam poteſtatem clauium, tandem in die aſcenſionis ordinatos & conſecratos eſſe epiſcopos, ſicuti iam ſuper hoc audiuimus teſtimonium Auguſtini.

Iam ergo nunc penitius introſpiciamus uerba Lucæ, quoniam ſic ait de ijs qui erant de eccleſia Antiochena: Miniſtrantibus illis domino (Græcus conte- Actuũ. 13.

xtus uocabulum hoc habet magis ꝓprie impreſſum,
Ordinatio Pauli. quaſi tu dicas, miſſam celebrantibus, quod ibi habetur λειτουργούντων, nam & in hūc uſq; diem Græci λειτουργίαν uocant miſſam) & ieiunantibus, dixit illis ſpiritusſanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos. Tunc ieiunantes & orantes, imponentesq; eis manus, dimiſerunt illos. & ipſi quidem miſſi à ſpirituſancto, abierūt Seleuciam. Ibi principio in memoriam reuocandum eſt illud, quod Paulus antea quoq; ſuſcepit impoſitionem manuum, & per hanc deinceps gratiam ſpiritusſancti.

Actu. 9. tanti ſemper momēti fuit manuum impoſitio. poſtquàm enī Paulus profecturus Damaſcum, percuſſus eſſet in terram, itaq; Damaſci uidiſſet in oratione uirum imponentem ſibi manus, ſequitur: Et abijt Ananias, & introiuit in domum, & imponens ei manum, dixit: Saule frater, dominus Ieſus miſit me, ut uideas & implearis ſpirituſancto. Ecce iam uides qd in Paulo operata ſit manuum impoſitio, utiq; gratiam ſpiritusſancti. quem autem gradum ſiue quem ordinem ſit cōſequutus ibi, incertum eſt. Veriſimile eſt autem, hanc manuum impoſitionem tandem eſſe factam poſt baptiſmum. fuerit autem ea cōfirmatio, an diaconatus, nolim eqdem temere affirmare, quum non ſuppetat ſcripture teſtimonium, neq; nunc facile meminerim eſſe hoc à doctoribus cōſtanter expreſſum. Hæc eo libuit inducere, quòd quanuis impoſitæ fuerint manus Paulo ab Anania, denuo tamen illi ſunt impoſitæ in Antiochia, ut ſic poſſint alicui manus ſæpius quàm ſemel imponi, ſicut in eccleſiaſtico uſu ſemper obſeruatum eſt circa confirmationem, in ſo-

lenni pœnitentia,& ſacris ordinibus,ut infra docebimus. Præterea certo iam conſtat uel ex huius loci teſtimonio,gratiam ſpirituſſancti conferri per impoſitionem manuum,quæ quid aliud profuiſſet? aut qd ſolus ille contactus efficeret? ridiculū fuerit iſtiuſmodi quid de uiris ſanctis affirmare ſub initium naſcentis eccleſiæ. Et doctores igitur affirmant, & ipſa per ſe ſcriptura aſſerit conſtanter,per impoſitionem manuum ibi ſpiritumſanctum reuelaſſe apoſtolis hoc et manifeſtaſſe, imò ueluti pepigiſſe ſe hoc ſigno eis gratiam ſuam collaturum,ideoq; tunc poſt impoſitionē manuū ſubinde ſpirituſſanctus in uiſibili forma apparuit,ſicut ait Lucas: Imponebant manus ſuper illos. & accipiebant ſpiritumſanctum. quum uidiſſet autem Simon,quia per impoſitiōem manus apoſtolorum daretur ſpirituſſanctus &c. fecit idipſum Paulus apud Epheſios quoq;,quibus impoſuit manus,& datus eſt illis ſpirituſſanctus, loquebātur linguis &c. Nemo igitur Chriſtianus innitatur uanæ perſuaſiōi ipſius Lutheri, qui ſacramentum ordinis cōtemnit, & ab impoſitiōe manuum omnem aufert uirtutem, quum tamen non ita ocioſus exiſtat ſpirituſſanctus, ut hæc citra omnem frugem fruſtra inſtituiſſe credatur,cū ſtupore potius uelut attoniti demiremur gratiam & dona dei,gratias illi agentes,ipſumq; laudantes & benedicentes in æuum. Acta. 8

4. Cæterū quomodo Paulus ordinatus ſit apoſtolus,nunc porro explicabimus. nam licet uocatio ipſius immediate facta fuerit à deo,ſicut ipſe ait ad Galatas: Paulus apoſtolus, nō ab hominibus, neq; p hominem,ſed per Ieſum Chriſtum & deum patrem: Gal. 1

Actu.13. uidentur hoc idem inſinuare & uerba Lucę, Segregate mihi Paulũ & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos: quod poterat eis eſſe teſtimonium apertius quia ſint aſſumpti in apoſtolatum, etiam antequam eſſent ſegregati ab alijs? atque ideo uolunt doctores, Paulum ſibijpſi ueluti proprie uſurpaſſe hunc titulum ab alijs diuerſum, Paulus ſeruus Ieſu Chriſti, uocatus apoſtolus, ſegregatus in euangelium dei &c.

Roma.1. ideoq; Paulus ſuſceptus & uocatus eſt immediate ut eſſet apoſtolus.

Actu.13. Deinceps refert Lucas, quod orauerint ac ieiunauerint, & tandem impoſuerint eis manus. hæc nimirum eorum fuit ordinatio, ex ſententia quorundam,

Paulus uocatus & ordinatus apoſtolus. ad dignitatem epiſcopalem. apoſtolatum em̃ habuerunt à deo, ſed adhuc oportebat eos eſſe epiſcopos, quem ordinem hic ab hominibus conſequuti ſunt, puta à ꝓphetis & doctoribus Antiochiæ. (quanuis ſunt qui uelint etiam hanc ordinationẽ referre ad apoſtolatum, quorum ſententiam ut non reprobo, ita

Eckius. nec approbo, propter ea quæ contigerunt cum Mathia, & quæ adnotauimus ipſi lib. 1. de primatu Petri capite 38.)

Colligimus hinc ipſam quoq; ordinationis formulam. facta enim eſt cum ieiunio, oratione, & impoſitione manuum. quis enim credat uiros illos glo

Uocatus à deo ordinetur ab homine. rioſos, prophetas & doctores Antiochiæ, fruſtra cõpleuiſſe illa, quæ tamen præcepit ſpiritusſanctus? Atque hoc quidem plurimum facit contra Lutherum & ſui ſimiles: hinc enim ſatis liquet, quod etiam ſi aliqs à deo ad officiũ ſacerdotale adſumptus eſt, cum tamen oportet ab hominibus ad hoc ordinari, quoniam & Paulus antea ſuſceptus eſt à ſpirituſancto, &

tunc demum ordinatus ab illis in Antiochia. Sic Aaron quoq; à deo electus in ſacerdotem, per humanã tamen cõſecrationem eſt ordinatus. Idem plane euenit & Paulo, qui ſi ſimpliciter fuiſſet ſegregatus, q̃d opus erat tantis cæremonijs, ut ieiunarent, orarent, manus imponerent? per hanc autem reuelationem intellexerunt Paulum iam electum eſſe apoſtolum à ſpiritu ſancto, quod illis antea non conſtabat. Probabile etiam hinc fit illud, quòd amplius eum Lucas non uocat Saulum, ut antea fecerat, ſed poſt hanc ſegregationem nominat Paulum, quanuis nõnulli putant eum id nominis ſibi ipſi uſurpaſſe à Sergio Paulo, qui tũc fuerit in Cypro, ſicut Hieronymus ſcribit ſuper epiſtolam Pauli ad Philemonem. Alij uolunt quod ipſe ſibi nomẽ hoc indiderit, ut Paulum ſe uocarit, quaſi puſillum, propter humilitatem. in eam ſententiam concedit b. Auguſtinus in li. de ſpiritu & litera cap. 7. Mihi magis arridet hoc, ut ſicut à Chriſto immutatum eſt nomen Petro, qui prius dicebatur Simon, ita idem euenerit cum Paulo: quoniam ij duo uno in loco, puta Romæ, unaq; die, unius tyranni Neronis tolerauere ſentẽtiam, atq; ſic ambo principes apoſtolorum, imò totius eccleſiæ conſtituti ſunt. Et ne uideatur alicui hoc minus probabile, ecce ſtatim poſt hanc ordinationem Lucas eum uocat Paulum, etiam priuſquam credidiſſet ille Sergius Paul⁹, de quo ſic ait Lucas: Hic accerſitis Barnaba & Paulo, deſiderabat audire uerbum dei, reſiſtebat aũt illis Elymas magus, quærens auertere proconſulẽ à fide. Saulus autem qui & Paulus, repletus ſpiritu ſancto, intuens in eum, dixit: ô plene omni dolo & om̃i fallacia fili diaboli &c. Ecce quomodo ille dictus

Exo. 29. Leui. 8.

Ex Saulo Paulus dicitur.

Auguſt.

Mat. 16.

Act. 13.

ſit Paulus, quum iam ad Sergium Paulum ueniſſet priuſquam crederet:ſiquidem hic tandem poſt miraculum, quod Paulus magum iſtum ſolo ſermone mirabiliter cæcum reddidiſſet,credidit,admirans ſuper doctrina domini. Hinc diſſoluitur etiã quæſtio, quare Lucas enumerans uiros illos eminentes, qui fuerint Antiochiæ, ultimo demum loco nominarit Paulum,ait enim,Erant in eccleſia q̃ erat Antiochię, ꝓpheræ & doctores,in quibus Barnabas & Simon, Lucius & Manahen, & Saulus. Nam etſi nunc in eccleſia percrebuerat admiranda illius conuerſio,adhuc tamen nihil illi conſtabat de apoſtolatu eius & commiſſione diuinitus facta,ut ipſe teſtatur,dicens: Eram ignotus facie eccleſiis Iudææ,quę erãt in Chri
Gal. 1. ſto.tantum auditum habebant, quoniam qui perſequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem quam aliquando expugnabat,& in me clarificabant deum. Hic autem quum iam ſpiritus ſanctus præcepiſſet eum ſegregari cum Barnaba,dans illi quoq; teſtimonium,quòd iam aſſumpſiſſet eum in opus, certus iam erat deum uelle implere,quod antea dixerat
Actu. 9. ad Ananiam: Vade,quia uas electum eſt mihi,ut portet nomen meum coram gentibus & regibus & filijs Iſrael. Sed quid hic immoramur longius,quum ex tam aperto ſcripturæ teſtimonio,dubitare nemo amplius poſſit,Barnabam & Paulum antea quoq; ſuſcepiſſe gratiam dei,uerum hic multo auctiorem: quod nunc quoque fit in omnibus qui ordinantur, ut per gratiam dei incipiant hic illi placere, & tandẽ corona gloriæ donentur æterna. Amen.

HOMILIA SEXAGESIMA prima, de ordine, & quod ibi confeeratur gratia, ut in ſacramento.

Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni ſunt. I. Timoth. V.

QVod ſi præceptum de honorandis parẽtibus chariſſimi bene eſt à deo latum, nobiſq; ſancte obſeruandum, quanto magis oportet etiam ſpiritualibus patribus honorem deferre competentem atq; condignum, & quidem tanto plus, quanto præſtat anima corpore? Pia autẽ eſt & plane diuina ordinatio, impendere cuique quod illi debetur: cui tributum, tributum: cui honorem, honorem: cui uectigal, uectigal. omnis enim poteſtas à deo eſt. Quod quum ita uerum ſit in communi, quanto magis poteſtas illa ſpiritualis erit à deo, quoniam eam immediate deus contulit ex ſeipſo. (ſicut aliàs ex ſcripturis biblicis ſatis probauimus ipſi.) Hinc eſt quod in omnibus ſuis epiſtolis tantopere conatus eſt Paulus & laudare presbyteros, & ad eorum honorem exhortari omnes, ſicut in ijs uerbis à quibus exorſi ſumus: Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni ſunt, maxime uero qui laborant in uerbo & doctrina: quanuis ea uerba à multis ſic intelligantur, quod duplex ſit illis honor impendendus, temporalis ſuſtentationis, ut ipſe etiam Paulus affirmat, & condignæ reuerentiæ, quæ merito debeat eis exhiberi tanquam à CHRISTO miſſis & angelis dei. unde ipſe Paulus teſtatur ita ſe à Galatis acceptum, qui ſermonem eius non contempſerũt, ut angelum dei, imò ut IESVM CHRISTVM. ſubdit teſtimonium, perhibeo uobis, quia ſi fieri potuiſſet, oculos ueſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi. O charitatẽ immenſam, ô uerum piæ dilectionis ardorem, cuiuſ-

Exo. 20. Matt. 6. Roma. 13. 1. Tim. 5. 1. Cor. 9. Gal. 4.

Honorādi ſacerdotes & prędicatores. modi affectum ſine dubio multi Chriſtiani primitiuæ eccleſiæ habuerūt erga ſuos prædicatores, & nūc proh dolor multum defecit, ſicut & alia opera bona elanguerunt, refrigeſcente nimirum charitate multorum. Magis dolendum eſt, quòd miſerrimi iſti homines hæreſum ſectatores, magis amant, colunt & reuerentur ſuos prædicatores, quàm catholici ſuos, ubi nil niſi odium, inuidia, contemptus, non raro etiam perſequutio, hæc inquam impenduntur prædicatoribus, ut uix reperias iam in pauciſſimis locis, ubi tamen omnes gloriantur ſe eſſe Chriſtianos, honorem condignum deferri ſacerdotibus, ſed riſui & luſui expoſiti ſunt omnium, pro Iudæis habentur, in eos pſallitur etiam à bibentibus uinum. atque inter hæc omnia patientes tamen eos eſſe conuenit, & cogitare quoniam huiuſmodi ignominia non ipſis tantum, ſed ante eos iamdudum eſt illata Chriſto, qui dixit, quia qui uos contemnit, me contemnit. Luce. 10. Non inefficax eſt hoc argumentum uenturi antichriſti, quòd ſuus negatur ſacerdotibus honor, ſicut alibi declarauimus: quoniam nemo eſt iam ferè, qui obſeruet illud Pauli: Presbyteri qui bene pręſunt, duplici honore digni ſunt. Tim. 1. 5.

Aue Maria.

1. Principio antequam ueniam ad materiam de reuerentia ſacerdotibus exhibenda propoſitam, placet ipſam b. Pauli ordinationem ſuperiori homilia leuiter tactam, paulo diligentius examinare. eſt autem ibi præter commemorata obſeruandum, quod Lucas dicit, eos à ſpirituſancto miſſos abijſſe in Seleuciā. Actu. 13. ibi innuitur nobis, quòd quanuis homines, puta epiſcopi, ordinant ſacerdotes, illos tamen tales exiſti

mare debemus tanquam à deo miſſos, ſicut utriuſq; teſtamenti ſcriptura teſtatur. Deinde & hoc conſide randum eſt, quòd opus illud ad quod Paulus & Bar nabas erant adſumpti, non tantum fuit miniſterium uerbi & doctrinæ, ut ſomniat Lutherus, omne offici um ſacerdotale cupiens ad ſolam prædicationem re ferre: ſed hic ſatis manifeſte patet, opus illud præter officium prædicandi, fuiſſe etiam reliquorum ſacer dotum ordinationē, ubi & ipſi conſimilibus uſi ſunt cæremonijs, quæ cum ipſis fuerant exhibitæ. Suffragatur nobis & hic Lucas, quū deinceps affirmat eos conſtituiſſe presbyteros per omnes eccleſias, & oraſ ſe cum ieiunijs, atq; ſic illos commendaſſe domino in quem crediderunt. Ecce quomodo Paulus quoq; & Barnabas orauerunt cum ieiunio, nec utiq; ſine manuum impoſitione cōmendarunt illos domino, qua forma deinceps apoſtoli & diſcipuli ſemper uſi ſunt in eccleſia. Ad hæc uide quod illi non perfecerūt miniſterium ſuum, donec officium iniunctum comple uiſſent. ita enim Lucas ait, inde nauigauerunt Antio chiā, unde erant traditi gratiæ dei in opus quod com pleuerunt. Conſidera hic gratiam dei, & quod ſine il la non facta ſit ordinatio, ſicuti etiamnum in omnibus ordinibus. quod ſi ergo gratiam confert ordinatio, negare nemo poterit eam eſſe ſacramentum. Super hæc omnia ponderandum & hoc eſt, quòd non ſolū Paulus ex collata ſibi poteſtate presbyteros ordinauit & conſtituit, ſed etiam cōſtituti ab eo epiſco pi, eādem habuerunt poteſtatem deinceps ordinandi presbyteros, ſicuti Titum ordinauit Paulus epiſco pum in Candia, & Titus rurſus conſtituit presbyteros iuxta commiſſiōem ſibi datam à Paulo, q ſcribit

Ordinatio Pauli.

Actuū. 14.

Ibidem.

Tit. 1.

ſe ideo Titum reliquiſſe in Candia, ut ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut ego diſpoſui tibi. Sed quanam alia diſpoſitione feciſſet hoc diſcipulus, niſi ut ipſe à ſuo fuit præceptore edoctus, puta ieiunijs, oratione, manuumq́ impoſitione, ut habet Lucas? Hoc eſt etiam quod Hieronymus dicit ſuper Eſaiã, quod per χειροτονίαν, hoc eſt, manuum impoſitionem, intelligatur ordinatio ſpiritualium, quæ non tantum ad orationem uocis, ſed etiam cum impoſitione manuum perficitur.

Act.13.14. Eſa.58.

Gratia in ordinatione.

2. Porro quod capitibus eccleſiæ, apoſtolis, epiſcopis, presbyteris, & diaconibus gratia diuina in ordinatione ſit collata per ſenſibile ſignum, ſuperioribus ſacræ ſcripturæ locis, quibus id cõfirmauimus, lubet addere & etiam rationabiles cauſas.

Deut.34.

Moriturus enim iamiam Moyſes, ne nõ ſatis prouiſum eſſet populo dei, impoſuit manus ſuas ſuper caput Ioſuę, qui ſic impletus eſt ſpiritu ſapientiæ, ſicut & ſuperiori homilia induximus. Quod ſi ergo deus tanta prouidentia proſpectum eſſe uoluit unico iſti populo Iſrael & ſynagogæ, quãto magis moriturus ipſe multis modis Moyſe ſuperior, curam habuit eccleſiæ ſuæ, quam non tantum ex Iudæis, ſed & gentibus tanquam propria ſua hęreditate uſq; ad terminos terræ collegit, ſuoq; adeo ſanguine redemit & ſibi deſponſauit, atque pro illa tradidit ſeipſum, emundans eam lauacro aquę in uerbo uitę?

Ephe.5.

Num.11.

Præterea Moyſes iam grandæuus, audiuit à domino, Congrega mihi ſeptuaginta uiros de ſenioribus Iſrael, quos tu noſti, quod ſenes populi ſint ac magiſtri, & duces eos ad oſtium tabernaculi atq; fœderis, faciesq́ ibi ſtare tecum, ut deſcẽdam & loquar

tibi,& auferam de ſpiritu tuo, tradãq; eis, ut ſuſtentent tecum onus populi. Atq; hoc ita factũ eſt. quum igitur 70. illi ſeniores in populo Iſrael conſtituti rectores, acceperint ſpiritum ſanctum, quãto rectius rectores eccleſiæ? (de ablatione ſpiritus iam non uacat explicare, ſicut & duplo ſpiritu Heliſei.) Inſup quum deberet Moyſes tabernaculũ & arcam extruere, oĩaq; uaſa eò pertinentia, dixit dominus ad eum: Ecce uocaui ex nomine Beſeleel filium Huri filij Hur, & impleui eum ſpiritu dei, ſapientia & intelligentia & ſcientia in omni opere, ad excogitandum quicquid fabrefieri poteſt ex auro & argento & ære & marmore & gemmis & diuerſitate lignorũ, dediq; ei ſocium Ooliab. Quis obſecro non miretur, deum ijs duobus artificibus dediſſe ſpiritum ſuum ad fabricandum tabernaculũ & altare? At quis non credat, magis eum tribuiſſe gratiam ſpiritusſancti fundatoribus eccleſiæ ſuæ, per doctrinam, exempla, adminiſtrationem ſacramentorum, & conſummationem officiorum, imò & per effuſionem ſanguinis? Vtiq; plus dilexit Chriſtus eccleſiã q̃ ſynagogã, ſicut & Iacob magis amauit formoſam Rachelẽ q̃ Liam iſtam lippis oculis. q̃propter melius illi ꝓſpexit circa fundatores & operarios, q̃ ſynagogæ cũ Beſeleel & Ooliab. Sic nimirũ ſeipſum uocat operarium Paulus, quum ait: Secũdum gratiã dei q̃ data eſt mihi, ut ſapiẽs architectus fundamentũ poſui, alius aũt ſuperædificat. & alibi: Dei, inq̃t, adiutores ſumus, dei agricultura eſtis, dei ædificatio eſtis. Sic etiam omnes miniſtri eccleſiæ, coadiutores ſunt dei, & laborant in opere ſuo.

Exo. 31.

Gene. 29.

1. Cor. 3.

1. Cor. 4.

3. Eſſe aũt huiuſmodi operarios, & q̃dem diuerſos, in eccleſia cõſtitutos, Paul⁹ ipſe in alio loco affir-

Ephe. 4. mar, dicens: Chriſtus dedit quoſdam quidem apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios uero euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores, ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ędificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij dei, in uirum perfectum, in menſurã ætatis plenitudinis Chriſti, ut iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circũferamur om̃i uento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia, ad circunuentionem erroris. Verba hęc eo libentius ad longum induxi, quod qlibet Chriſtianus ea multum conſiderare debet hoc præcipue tempore, quo tantum errorum & hæreſum undiq; cõcitatur. Primum enim hic uarios & diſtinctos uidemus in eccleſia gradus, atq; id ſane ornatus & decor ipſius expoſcit, dicẽte pſalmiſta: Aſtitit regina in dextris tuis, circumamicta uarietate: quoniam illa multum horribilis eſt dæmoni, ut caſtrorum acies ordinata. Enumerat autem hic Apoſtolus 5. ordines ſeu gradus à Chriſto in eccleſia inſtitutos, unde manifeſtum eſt, quãtopere delirent qui illis ordinibus nunc deſpoliãtes eccleſiam Chriſti, om̃em clerum laicis conant̃ ſubijcere, quam ob cauſam iam olim Tertullianus reprehendit hæreticos, de quibus dicit: Faciunt ex ſacerdotibus laicos, & ſacerdotalia munera laicis iniungunt.

Varietas ordinum.

Pſal. 44.

Cant. 6.

De præſcri pt. hęreti.

Nunc ipſum quoq; finem conſideremus, quur tandẽ Chriſtus illos in eccleſia gradus ordinarit ad plenitudinem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti. Ecce tres cauſas, quarũ prima eſt plenitudo ſanctorum, puta in ſe, qa per ordinem conſtituuntur in ſtatum perfectionis etiam ijs, q per adminiſtrationẽ atq; doctrinã ſacerdotalẽ, ſan

Finis inſtituti ſacerdotij.

ctitatem acquirunt. 2. in opus miniſterij,ut ſic ſacerdotes officij ſui miniſterium adimpleant,cantando,legendo,orando & ſacrifiando. 3. Ad ædificationem corporis Chriſti,ſcilicet myſtici,quod ædificatur à ſacerdotibus per adminiſtrationem ſacramẽtorum,per uerbum dei &c.(uide hic Thomam,quia abunde tres ſermones fructiferos hic colligere poteris.nos breuitati ſtudentes, reijcimus etiam in parte neceſſaria.adeo non anxie inquirimus, quæ librum faciant auctiorem.)

4. Progrediamur ulterius in enarrandis Pauli uerbis.poterat enim ex dictis adhuc quiſpiam cogitare ſecum,quãdiu ordinatio illa eſſet duratura. hoc pulchre explicat Apoſtolus,quum ſubiungit:Donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij dei.unde patet, cultus huius ordinationem permanſuram ſemper in eccleſia, neq; tantum inſtitutã pro primitiua eccleſia, ſed duraturam tãtiſper dum impleatur hoc uerbum Chriſti, Erit paſtor unus & unũ ouile.Itaq; ſemper adhuc ſunt in eccleſia,q ſucceſſerint in locum apoſtolorum & euangeliſtarum. ea ſucceſſio officiorum per uices durabit in eccleſia uſq; ad diem nouiſſimum,quando iam occurremus om̃es in uirum perfectum,quod demũ fiet poſt reſurrectionẽ,iuxta illud parabolicum, Ecce ſponſus uenit,exite obuiam ei. & quomodo propheta om̃es exhortatur animas, Præparare in occurſum dei tui Iſrael.inde Paulus nomine occurſus intelligi uoluit ultimam reſurrectionem,quũ ait: Si quo modo occurram ad reſurrectionem,quæ eſt ex mortuis. Ad hęc,reſurrectionis quoq; formam præſcribit hic Paulus,oſtendens eam neq; infantili,neq; ſenili ſpecie fu

Ordo ex Paulo.

Iohan.10.

1.Cor.12.

Matt.26.

Amos.4.

Phil.3.

turam,ſed in plenitudine ætatis, qua tunc fuit Chri-
Reſurrectio corp. ſtus quando reſurrexit.(uide tom.2.homil.de reſur-
rectione.) Idem affirmat etiam alibi Paulus, dicens:
Quoniã reformabit corpus humilitatis noſtræ, con
figuratum corpori claritatis ſuæ. Quare nihil efficiet
Lutherus cum omni furore & uniuerſo ſuo ſuorumq́ȝ inſultu, quicquid denique moliantur omnes,
ſemper uerbum domini manebit inuictum & trium
phabit perpetuo, quum interim Lutheranum iſtud
Hæretici inconſtantes. V.D.M.I.AE.& in numiſmate liqueſcet,& in mani
cis computreſcet. Deinceps docet Apoſtolus,quomodo per huiuſmodi ſpirituales eccleſię pfectos deueniamus in unitatem fidei, atque ut ſapientiſſimus
architectus,diligenter admonet quæ ſint nobis fugi
enda,quibusq́ȝ auertamur ab hac fidei unitate:Ne ſi-
Ephe.4. mus, inquit, paruuli fluctuantes, & circunferamur
omni uento doctrinæ. quo uerbo docere ille nos uo
luit cognitionem hæreticorum & eorundem doctri
næ,quæ inſtar uentorum inſtabilis eſt,hincinde circunfertur, ut paruuli ſolent fluctuare. unde & Iaco-
Iacob.1. bus ait: Quia qui hæſitat in fide, ſimilis eſt fluctibus
maris qui agitantur à uento. Hanc hæreticorum inconſtantiam commemorat & beatus Hieronymus
Pſalm.5. ſuper illud pſalmi, Decidant à cogitationibus ſuis.
ubi dicit,In ſingulos dies mutant hęretici doctrinas
ſuas,non quærunt quomodo ſaluentur, ſed quomo
do uincant & ſuperiores euadant. Id quis quæſo nõ
uidet in Lutheranis & Zuinglianis omnibus,qui ſem
per alios ex aliȷs texunt errores: & quum putant ſe
rem acu tetigiſſe,paulo poſt inuertunt & rurſus mu
tant omnia? Cauſam huius uenti & fluctuum oſtendit Apoſtolus eſſe,nequitiam hominum,aſtutiam &

circunuentionem erroris. An non præclare uidit noſtrorum hereticorum malignitatem Paulus, de qua nõ ſatis dici poſſet iuſtis aliquot uoluminibus? profecto enim præter iacturam centum millium ruſticorum & ciuium atque ultra, plus incommodorum pꝑeſſa eſt uniuerſa Germania tantum ex Lutheranis commentariolis, quàm antea centum annis datum ſit ad indulgentias, quarum tamen iſti magnum grauamen queruntur fuiſſe, de pecunia Romam miſſa. præmonuit tamen nos iam olim Paulus cauere huiuſmodi neqtias, dum inquit: Timeo ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus ueſtri, & excidant à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto. In hunc ſane finem tendunt omnes conatus eorum, ut decipiant quàm plurimos, ſuisq́ adiungant erroribus, nihil prius habentes nihilq́ antiquius, niſi ut impios errores ſuos ꝓmoueant maxime, ſicuti Paulus uelut ex propoſito de eis dixiſſe uidetur: Mali homines & ſeductores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes. Sed quid deſideramus adhuc ultra manifeſtum hoc Pauli teſtimonium, quomodo uarios in eccleſia ſua dominus cõſtituit miniſtros, ad ædificationem illius, qui etiam perpetuo ſunt in ea permanſuri, donec tradat Chriſtus patri ſuo regnum, in quo ſancti & electi cum eo regnabunt in ſecula? fac igitur & nos domine Ieſu regni huius & conſortij participes, qui uiuis & regnas in æternum. Amen.

Heretici inſtabiles

2. Cor. 11.

2. Tim. 3.

1. Cor. 15.

HOMILIA LXII. IN QVA materia hæc cõcluditur, ſimulq́ Lutheri obiectiones diluuntur.

Qui bene præſunt presbyteri &c. I.Timothei V.

NIhil nobis reliquum eſſe credo ex ſacris literis,quo non ſit ſatisfactum huic rei adſtruendæ circa probationem externi ſacerdotij in eccleſia:neminem quoq; dubitare iam ſuſpicor,in ſacramento ordinis conferri gratiam,quã ipſe Timotheus ſuſcepit per impoſitionem manuum presbyterij.tãtum uos admonitos uolo,ne ab hac certiſſima eccleſiæ fide reſiliatis,ſed indubitato hæc ita credatis & ſeruetis,ut ſunt ab ipſis iam inde apoſtolorum temporibus ad annos profecta.

1.Tim 4.

1. Nec enim unquam quiſquam pro Chriſtiano habitus eſt,q ſenſerit diuerſum ſiue docuerit,nec aliquod ſupereſt ſcripturæ ueſtigium,quod in ſano intellectu aduerſetur ſacerdotio,ſed in utriuſque teſtamenti ſcriptis illud efficaciſſime confirmatur, ſicut partim induximus ſupra.

2. Aut quis non merito miretur obſecro,Chriſtum eccleſiam ſuam ſuo precioſiſſimo redemptam ſanguine,tanto tempore reliquiſſe in tantis erroribus fluctuantem,atque in tam ſeria re tangente negocium,imò periculum fidei,quum tamen ipſa ſit columna & firmamentum ueritatis?

1.Tim.3.

3. Neq; uero minus mirum uidebitur de ſpirituſancto,qui in hoc potiſſimũ miſſus eſt,ut eccleſiam doceret omnem ueritatem,ut eam ille 1500. hactenus annis deſeruerit.

Iohan.16.

4. Sic etiam ueriſimile non eſt,prælatos & præpoſitos eccleſiæ,qui ad eam regendam cõſtituti ſunt à ſpirituſancto,ſimul omnes in tantis tenebris fuiſſe

Actu.20.

& caligine errorum, ut rem minime uerã tanto tem pore palam uniuerſo mundo prædicarint.

5. At hoc uero admirationem omnem longe ſuperat, quandoquidem tot ſunt per uniuerſum terrarum orbem eccleſiæ diſperſæ, idq́ curante prouidentia Chriſti & ſpiritusſancti, propoſitis in hoc magnis prædijs & adminiculis à Chriſto pro tuẽda eccleſia, quis perſuaderi queat, tam immenſam hominũ multitudinẽ in uniuerſo Chriſtianiſmo tot hactenus ſeculis adeo miſerè in tam periculoſo & execrabili errore eſſe uerſatam? Itaq́ quum tanta ſemper fuerit Chriſto eccleſiæ ſuæ cura, tam diligens ſpiritusſancti adminiſtratio, tantiq́ laboris oĩm patrũ ꝓ tuẽda uera fidei Chriſtianę unitate & unica ueritate, quã illi uerbo doctrinę & uitæ ſanctimonia, & miraculoꝝ admirãda exhibitione declararũt atq́ confirmarũt: quum etiam conſtans totius eccleſiæ conſenſus iam inde ab ipſa Chriſti paſſione ſatis nos queat inſtruere, quis erit tam fatuus atq́ delirus, quis adeo impudens, ueſanus & furioſus, qui uotifrago apoſtatę Luthero credere præſumat aduerſus eccleſiam, doctores, Chriſtumq́ adeo ipſum & ſpiritumſanctum? aut diſtulit hic omnem ſuam curam eccleſiæ uſq́ ad iſtũ apoſtatã, cuius uita offendiculis pleniſſima eſt, cuius omnis cõuerſatio carnalis, & à ſpiritu dei aliena, cuiꝰ doctrina hæretica & ſibi ipſi contraria palam cernitur: ſicut hęc omnia uir doctiſſimus idemq́ optimus epiſcopꝰ Roffenſis peculiari in hoc edito libro edocuit, quem & inſcripſit titulo defenſionis ſacri ſacerdotij aduerſus Lutherũ, ſcripturis & rationibus aptiſſimis omnia probans, dignus ſane memoria ſempiterna: cuius uel ſolius (nimirum uiri ſancti) nomi-

Luther totus carnalis.

ne nunquam pœnitebit me Angliam uidiſſe.

2. At nunc animus eſt, Lutheri cauillationes & calumnias diluere. id dum paro, aliud ex alio ſubinde mihi uenit in mentem, nec tamen ea omnia licet, ita uti deceret proponere. Obmitto igitur multa, ex multis unum hoc tacere non poſſum, pro confirmanda fidei ueritate, quæ dona gratiarum Christus apoſtolis ſuis contulerit: at hoc quoq; aliàs memini me ad longũ explicaſſe. Chriſtus ergo apoſtolis ſuis poteſtatẽ dedit ſuper ſpiritus immundos, dedit eis ſapientiam & prudentiam loquendi corã regibus & principibus. Poteſtatẽ inſup contulit illis excõmunicandi inobedientes, conſecrãdi corporis ſui ſacramentũ, abſoluẽdi pctõres, prædicandi uerbum dei p uniuerſum orbẽ, plantandi inſup eccleſiam. cõſtituit eos etiã in lucẽ mundi, gubernatores eccleſię, & principes ſup oẽm terrã, ut obmittamus reliquas dignitates, de quib⁹ uide tomum noſtrum tertium. Cæterum Lutherus ſuo more procaciter inſultãs & contemnens tum uniuerſum ſacerdotium, tum ipſius ordinis ſacramẽtum, blanditur & adulatur laicis, perhibens omnes Chriſtianos eſſe ſacerdotes. Inducit in hoc uerba Petri: Vos eſtis genus ſanctum, regale ſacerdotium. addit & illud Iohannis, Occiſus es, & redemiſti nos in ſanguine tuo, & feciſti nos deo regnum & ſacerdotes. Ad hæc inquit: Chriſtiani oẽs uncti ſunt à Chriſto, oẽs ergo ſunt ſacerdotes, quũ ſint filij ſummi ſacerdotis Chriſti.

Tomo. 3. Mar. 10. 13 Matt. 18. Luc. 22. Johan. 20. Mar. 16. Joh. 15. 8. 1. Pet. 5. Apoc. 5.

Age nunc accingamur ad reſpondendum iſtis locis, quos dilaniat Lutherus pro conſuetudine omnium hæreticoꝝ, ſicut egregie ſup hac re ei reſpondit rex Angliæ. Omnes enim ferè hæretici ſuſceperũt q-

dem ſcripturas, ſed illas pro ſuo lubitu dilaniarunt, falſeq́ ſunt interpretati, iuxta iſtud Gregorij: Hæretici rodũt ſcripturas, & ſanctos patres nobiſcũ laudãt, ſed deprauato intellectu pugnant cũ laude eorũ contra nos. Quantũ ergo attinet ad uerba Petri, ſciendũ eſt, ſcripturam dupliciter de ſacerdotio loqui, ſimul & de regno: alterum enim internum eſt & ſpirituale, quod quiſq; in ſeipſo & erga ſe debet habere, atque hoc iam commune eſt omnibus Chriſtianis: ſiquidẽ nos Chriſtus & regnum fecit, & ſacerdotium: regnũ quidem, quia Chriſtus in nobis regnare debet per fidem & gratiam ſuam, per dilectionem & charitatem ſpiritusſancti, per quã regat ille uires animæ noſtræ. Sicut ergo mendicus rex eſt, ita pari quoque ratione ſacerdos, in ſpiritu ſcilicet & erga ſeipſum, ut Chriſto offerat fidem ſuam, pietatẽ & preces. Huiuſmodi ſacerdotes inſtituit Apoſtolus quando dixit: Fratres, oro uos per miſericordiã dei, ut exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuam, ſanctam, deo placẽtem, rationabile obſequium ueſtrum, &c. Atqui extra regnum illud internũ & ſpirituale, oportet etiam eſſe externam quandam adminiſtrationem, quæ à poteſtate ſuperiori proficiſcatur: oportet & eſſe regnum & imperium, ſic quoq; præter interius ſacerdotiũ ſpirituale neceſſarium eſt eſſe aliud externum in hominibus, ad hoc ordinatis & conſtitutis, ad officium & miniſterium ſuũ corã hominibus exequendũ. Ita beatus Ambroſius aperte inquit in libro de ſacramen. Quid hoc ad populum, ſi uirga ſacerdotis aruerat & refloruit? populus ipſe quid eſt niſi ſacerdotalis? quibus dictum eſt, Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, ut ait Petrus. Vnuſquiſque ungitur in

Li.20. moral.

Duplex ſacerdotium

Rom.12.

Li.4. c.1.

ſacerdotium, ungitur in regnum, ſed ſpiritale regnũ eſt & ſacerdotiũ ſpiritale. Poteſt hoc idem & exemplus confirmari. quilibet enim Chriſtianus exiſtens
2. Cor. 3. in gratia dei, dei templum eſt, iuxta illud Pauli: Templum dei ſanctũ eſt, quod eſtis uos. tẽpla aũt hæc ſpi
Nota ritalia ſunt, extra quæ neceſſum eſt habere etiam externa & materialia templa. Id ita eſſe ut credas, en tibi ſcripturæ teſtimonium inuincibile, neq; enim cuiquam dubium eſſe crediderim facile, in ueteri teſtamento ſacerdotium fuiſſe externũ ſaltem circa Aaronem & eius ſucceſſores: quoniam quum illud offi
Num. 16. cium ſibi uſurpare conarẽtur Chore, Dathan & Abi ron, clamarentq; aduerſus Moyſen, ſicut nunc Lutherani, uniuerſam populi multitudinem eſſe ſanctam, & dominum quoque in ipſis eſſe, deglutiuit eos terra, & ſic uiui deſcenderunt in infernum. Non diſſidet
Num. 17. inde q; admirando uirgæ flore declarauit deus, hoc munus ſacerdotale ueluti proprie pertinere ad Aaronem in tribu Leui, neq; ad ullam aliam tribum populi Iſrael, & tamen deus ita dixit ad populum Iſrael
Exod. 19. uniuerſum: Si audieritis uocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea eſt enim omnis terra, & uos eritis mihi in regnum ſacerdotale & gens ſancta. ubi iam non omnes ita cõſtituit ſacerdotes ut Aaron, ſed interne & ſpiritualiter tantum. Sicut ergo Iudæi laici in ueteri teſtamento ſacerdotes fuerunt in ſpiritu, ita nunc quoq; Chriſtiani ſacerdotes ſunt & reges in ſpiritu tãtum. Atq; ad eundem modum intelligi etiam debent uerba Iohannis.

Supra diſt. 29. 5. Quod præterea inducit Lutherus, omes Chriſtianos unctos eſſe à Chriſto, nemo eſt q inficias eat:

ideo enim paruulus in baptiſmo ungitur, ſicuti ſupra duabus homilijs oſtendimus, & Auguſtinus affirmat nos omnes à chriſmate uel potius à Chriſto dici Chriſtianos. Veruntamen uniuerſalis illa omnium Chriſtianorum unctio, non eſt ordinata ad ordinem hunc ſacerdotalem, ſed potius ad militandum & ſeruiendum Chriſto ſub uexillo crucis contra hoſtes noſtros, diabolum, mundum & propriam carnem. Longe alia ratio eſt de hac unctione, quæ nec laicis neq; mulieribus competere poteſt. cauſam nobis ſuppetit ꝓpheta, imò Chriſtus ipſe: qui, ut ait Lucas, quum ueniſſet Nazareth, intrauit in ſynagogam die ſabbati, & ſurrexit legere. & traditus eſt illi liber Eſaiæ prophetæ. & ut reuoluit librum, inuenit locũ ubi ſcriptum erat: Spirit⁹ domini ſuper me, propter quod unxit me, euangelizare pauperibus miſit me. Vnde ſatis conſtat, Chriſtum fuiſſe unctum ad euangelizandum. In ea unctione adhuc prælati prædicãt, & qui præpoſiti ſunt cæteris, ut parochi, magis ſunt illius participes, q̃ laici. Lutherus autem om̃es Chriſtianos ad unum ordinem ſacerdotum redigere conatur, nihil reliqui faciens laicis & reliquæ hominum multitudini. Lucę. 4. Eſa. 61.

Quanto uerius docuit nos Paulus, dicens: Omnis pontifex ex hominibus adſumptus, pro hominibus conſtituitur in ijs quæ ſunt ad deum, ut offerat dona & ſacrificia ꝓ peccatis. Non permittũtur hæc cuiuis ex plebe homini, nulli Chorę ſiue Dathan licita ſunt iſta munia tanta, ſed ijs tantum, qui ad hæc ſunt uocati & conſtituti, ut non tantum pro ſe, ſed etiam ꝓ populo orent & intercedant. Electio epiſcopi a plebe.

Atque hic quidem manifeſte neochriſtiani redar-

guuntur de errore, ꝙ Lutherus contēdit ſacerdotes tantum à uulgo & plebe eſſe eligendos, non ab epiſcopis per ordinationem conſtituendos: deinde ex omnibus ſeniores, tanquam magis exercitatos, ad hoc muneris aſciſcendos. Lutheri hæc ſunt ſomnia & deliramenta, quibus conatur laicos irritare aduerſus epiſcopos & capitula, dum pollicetur eis ſacerdotalis electionis ius contra om̄e ius, præter æquum & bonum. Quondam fuit id quidem in uſu, ut populus alicuius ciuitatis eligeret epiſcopum, ſicuti libere
Homil. 6. confitetur Origenes ſuper Leuit. quum ait: Requiritur in ordinando ſacerdote & præſentia populi, ut ſciant oẽs & certi ſint, quia qui præſtātior eſt ex om̄i populo, q doctior, q ſanctior, q in om̄i uirtute eminentior, ille eligitur ad ſacerdotium: & hoc aſtante populo, ne qua poſtmodum retractatio cuiquam, ne quis ſcrupulus reſideret. Quò faciunt & hæc Apo
1. Tim. 3. ſtoli uerba, dicentis oportere & epiſcopum habere bonum teſtimonium ab ĳs qui foris ſunt. Morem hunc etiam omnes comprobant hiſtoriæ, ex quibus conſtat, electionem etiam epiſcopi, quāto magis parochi, fuiſſe penes plebem. Hæc ita eſſe nemini dubium eſt. uerum nobis id nunc conſiderandum uenit, ubi hic hallucinetur Lutherus qui quidem principio ibi ſtatim impingit, ꝙ putat id ita ſemp ab initio primitiuæ eccleſiæ eſſe obſeruatum. diuerſum & uerbo & ſuo ipſe exemplo Paulus apoſtolus teſtatur. Nam
2. Tim. 1. Timotheum ſolus ipſe ordinauit Paulus, ſicut & ait: Admoneo te, ut reſuſcites gratiam dei quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearū. Ecce dicit, mearum: unde patet Timotheum à Paulo eſſe ordinatū,
Tit. 1. non à plebe. Similiter & ad Titum ſcribit: Ideò reli-

qui te in Candia, ut conſtituas presbyteros. nō relin quit hoc populo, ſed iniungit Tito, qui non multos adhuc habebat annos, ſicut & Timotheus: palam igi tur fit, ambos illos à Paulo eſſe ordinatos epiſcopos, neque ſine omni ordinatione intruſos, ut putat Lu therus: nam ſi ſacerdotes ueteris teſtamenti oportu it eſſe conſecratos, quanto magis nunc presbyteros nouæ legis?

4. Aude nunc, quiſquis es, paulo eſſe impuden tior, & affirma Lutheri fundamentum eſſe ſolidum, quādo ait electionem epiſcoporum in primitiua ec clesia tantum fuiſſe penes plebem, contra tam mani feſta ipſius Pauli teſtimonia. Adhuc longe lateq́ ſu perabit errorem hunc, quod deinceps docet plebeiā iſthanc epiſcopi electionem, eſſe de iure diuino, & in ducit ad hoc epiſtolam Cypriani ſcriptam à concilio Aphricano ad quendam presbyterum Felicem, licet autem id in epiſtola non inueniatur, conciliū tamen affirmat ordinationem hanc deueniſſe ab autorita te diuina, & allegatur in hoc exemplum Eleazari, q ſucceſſit patri ſuo Aaron. Iam ſi reuoluamus librum Numerorum, non inueniemus utique eum eſſe ele- Num. 20. ctum à plebe, ſed quia deus præcepit Moyſi, ut Aarō unà cum Eleazaro duceret in montem Hor, & ueſti menta Aaronis indueret Eleazaro. Id ita factum eſt coram uniuerſo populo, & Aaron mortuus eſt, neq́ in eius locum plebs, ut ſomniat Lutherus, elegit fi lium ſuum Eleazar. Quur autem morem hūc eligen Electio ple di dimiſerint patres, palam fit ex epiſtola Auguſtini, beia non quando Eradium adſumpſit in coadiutorē & ſucceſ iuris diui ſorem ſuum in epiſcopatu, ait enim: Scio poſt obi- ni. Epiſt. 110. tus epiſcoporum per ambitioſos aut contentioſos

ſolere eccleſias perturbari, quod ſępe expertus ſum, & dolui. Merito itaq; plebcia iſta electio per eccleſiam ſublata eſt, & presbyteris relicta, primum pluribus, mox paucioribus, ſicut in concilio Conſtantinopolitano & Laodicenſi conſtitutum legimus. Vide

Eck. de primatu Petri libro tertio, c. 28.

Priuſquam finiamus hanc materiam, operæpreci um uidetur reſpondere etiam ad illud, quod inducit

1. Cor. 12. Lutherus uerba hæc Pauli ad Corinthios: In uno ſpiritu omnes nos in unum corpus baptizati ſumus, & omnes in uno ſpiritu potati ſumus. infert ille, ergo æqualiter omnes ſumus ſacerdotes. O lanienam hæretico dignã, hoccine eſt ſacras literas tractare? Aut quis non uidet ineptiam hominis? quis non condoleat merito tam inepte deliranti? Quid enim magis abſurdum, quidve concludit minus efficaciter, quàm hoc quod ait: Omnes nos Chriſtiani unum ſumus in corpore Chriſti, cuius ſpiritum accipimus & in eo potamur, ergo omnes ſumus quoque ſacerdotes? Quaſi ſi quis colligat in hunc modum: Omnia membra corpus unum ſunt, uitamq; unam habent, ergo omnia erunt manus uel pedes, ſiue capita: quum tamen etiam in uno corpore membrorum diuerſitas

1. Cor. 12. ſit, ut ipſe fatetur Paulus, dicens: Multa quidem mẽbra, unum autem corpus. & ſubijcit inde uerba à Luthero allegata, cuius falſitas luce clarius inde patet, quod etiam Paulus unius corporis membra tamen aſſerit eſſe diuerſa: quod tamẽ negare præſumit Lutherus, æqualitatem membrorum cupiens adſtruere, affirmans Chriſtianos omnes æque eſſe ſacerdotes. quod ut erroneum eſt, ita cum textu per diametrum pugnat.

Necꝗ dum à propoſito definit Lutherus,ſed ut inſtitutum ſuum magis perſuadeat,dicit officium docendi eſſe commune,& cuiuis ex plebe permiſſum: addit & aliud, quod nulla iam amplius doctrina ſit opus,eo quòd nunc poſt aduentum Meſſiæ omnes æqualiter doceantur à Chriſto,ſicut ſcriptũ eſt:Erũt omnes docibiles dei.& ait propheta:Repleta eſt terra ſcientia domini, ſicut aqua maris operientis.Nec diſcordat Hieremias,dicens: Non docebit ultra uir proximum ſuum,& uir fratrem ſuum,dicens,cognoſce dominum: omnes enim cognoſcent me à minimo eorum uſque ad maximum. His locis multum innititur Lutherus,cum quibuſdam concordantib⁹. Adducit enim & illud Eſaiæ: Dabo uniuerſos filios tuos doctos à domino.atque per hoc multum laborat,ſi forte queat tollere ſacerdotium eccleſiæ, ſicut quidam alij adducunt hæc uerba Iohannis:Non neceſſe habetis ut aliqs doceat uos,ſed unctio eius docet uos de omnibus.Et quanuis Lutherus cum omĩbus ſuis ferè huic doctrinæ innitatur, eamꝗ prædicet,adeo tamen excæcati ſunt omnes,ut ſi uel mediocriter aliquid facere uideatur ad eorũ cauſam, tunc uniuerſam eam ſemel reijciũt,licet hi loci omnes nihil omnino faciant cõtra officium ſacerdotale in docendo:primum omnium quod ait Iohannes, Erunt omnes docibiles dei,hoc eſt,quòd omnes Chriſtiani ueram habent fidem.fides autem donum dei eſt, ſicut eam Paulus in numero reliquorum donorum enumerat. Quum ergo fidem habeamus à deo,ſumus & à deo docti,(ſi ſcruteris fidem non ſolum q̃ad aſſenſum,ſed etiam quoad apprehenſionem)deinde etiam ideo Chriſtiani omẽs dici poſſunt edocti

Docere non eſt plebis.

Joh. 6.

Eſaię. 11.

Hiere. 31.

Eſaię. 54.

1. Johã. 2.

Johan. 6.

Omnes docti à deo.

à deo, quia & Chriſtus ipſe eis prædicauit, ipſosq; do
Johā.16. cuit, & inde ſpiritumſanctum illis miſit, qui apoſto-
los eorumq; ſucceſſores Chriſtianos doceret omnẽ
ueritatem. Quum itaq; eccleſia in fide ſuſceperit oïa
illa quæcunque Chriſtus docuit apoſtolos ſimul &
ſpirituſſanctus, recte dici poteſt eam à deo doctam,
per apoſtolos quidem & ſanctos doctores. Quid q̃d
etiamnum ſpirituſſanctus quotidie ſuo inſtinctu do-
cet eccleſiam? nam hoc illud eſt quo deus pater at-
trahit homines, puta per ſuam doctrinam, quam uel
immediate inſpirat, uel per reuelationem angelorũ,
uel miniſterium humanum. (uide Auguſtinũ de p̃de
ſtin. ſanctorum) uſqueadeo magnum dei donũ eſt ſi
des, ut doctorem habeat in cœlis. Reliqua ex prophe
tis inducta, licet partim ſint in apoſtolis in die Pente
coſtes impleta, quando acceperunt ſpiritumſanctũ,
1.Cor.13. perfecte tñ implebuntur in ſtatu gloriæ futuræ, qñ
quicquid imperfectum eſt, euacuabitur: ſicut ad lon-
gum explicat Auguſtinus in li. de ſpirit. & litera. Ali
Auguſti. c.28. ás ſi pro hoc ſtatu ſublatum foret omne docendi mi
Johan.21. niſterium, quur p̃cepiſſet dñs Petro ut paſceret oues
ſuas? quur commiſiſſet Paulo apoſtolatum in genti-
Gala.2. bus? quur ipſe etiam Paulus tot ſcripſiſſet epiſtolas?
quur tm̃ prędicaſſet ubiq; cum alijs apoſtolis? neque
ipſi tantum, ſed & per diſcipulos ſuos, ſicut officium
hoc iniũxit Paulus Timotheo & Tito. Petrus quoq;
1.Tim.4. Tit.1. ſubornauit Maternum, Eucharium, Valerium, &c.

Imò & ſcriptura uniuerſa uana futura erit ſi oẽm
doctrinam immediate expectabimus à deo. ſic no-
bis Lutherus prophetas omnes tollet è medio, & eu-
angeliſtas totamq; bibliam: neque uero ſanctorum
tantummodo patrum ſcripta corruent, ſed & ſua ꝓ-

pria commenta ac figmenta ſuorum procul ablegandą erunt. uerum ſic contendit cæcus iſte & ſtupidus Andabata, præter omnem rationem, neſciens quid dicat.

Supereſt ultimus Iohannis apoſtoli locus, quem inſufflatis buccis uelut inde triumphans, ſerio proclamauit Zuinglius, & hũc quoq; nodum paucis diſſoluemus. Non eſt autem hic ſenſus, quaſi non debeamus extrinſecus doceri, mutuumq; docere, propter unctionem: aliàs enim & hanc (qua id docemur) fruſtra ſcripſiſſet Iohãnes epiſtolam. Ad quid tantũ clamatur paſſim in concionibus? Quur non oẽs cõtenti ſumus eo quod unctio docet nos omnia? Ita beatus Auguſtinus ſcribens ſuper hanc epiſtolã obijcit, & ipſe ſibi reſpondet, dicens: Videte magnum ſacramentum fratres, ſonus uerborum noſtrorum aures percutit, magiſter intus eſt. nolite putare quenquam hominẽ aliquid diſcere ab homine, admonere poſſumus per ſtrepitum uocis noſtræ. ſi non ſit intus q doceat, inanis fit ſtrepitus noſter. Id adeo fratres uultis noſſe? nunquid non ſermonẽ iſtum audiſtis oẽs? q̃ multi hinc indocti exituri ſunt? quãtum ad me ptinet, omnibus loquutus ſum. ſed quibus unctio illa non loquitur, quos ſpiritusſanctus intus non docet, indocti redeũt: magiſteria forinſecus adiutoria quędam ſunt & admonitiones, cathedram in cęlo habet q corda docet. Pręterea & ipſe ait in euangelio: Nolite uobis magiſtrum dicere in terra. unus eſt ergo magiſter Chriſtus.

1. Ioh. 2.

Unctio nos docet.

Matt. 23.

Super eundem locum & Beda ſic inquit: Vnctio eius docet uos de omnibus, q̃modo in euãgelio dñs de eodẽ ſpiritu loquens diſcipulis, ait: Ipſe uos doce-

bit omnia:quia niſi idem ſpiritus cordi adſit audientis,ocioſus eſt ſermo doctoris.Nemo ergo docenti homini tribuat,quod ex ore docẽtis intelligit:quia niſi intus ſit qui doceat,doctoris lingua exterius in uanũ laborat,nec tamen doctor ceſſare debet,quin quod ualet,faciat.

Nullum itaq; reliquum eſt Lutherano errori fundamentum,quando nec ſcripturæ per eum inductę, ipſius probare poſſunt inſtitutum:ſequantur ergo catholici omnes apoſtolorum & euangeliſtarũ doctrinam,neque contemnant ſanctorum patrum ſcripta,prædicationes ſuorum ſuperiorum audiant attente:utiq; hic gratiam,& illic gloriam ęternam conſequuturi à ſummo ſacerdote Chriſto Ieſu domino noſtro,qui eſt benedictus in ſecula.Amen.

HOMILIA LXIII. DE MVLtitudine graduum in ſacramento ordinis.

Facies & lucernas ſeptem, & pones eas ſuper candelabrum,ut luceant ex aduerſo. Exodi uigeſimoquinto.

NOn me clã eſt,dilectiſſimi,uerba hæc à Moyſe ſcripta quoad literam de ſeptem candelabris aureis &lucernis in tabernaculo.quapropter ſuggillare forſitan queat neochriſtianus aliquis thema iſtud à nobis hoc loco poſitum:ſed nos iam breuiter oſtendemus, quomodo uerba inducta nobis multum ualeant ad confutandum eorum er-

rorem, ſiue literam inſpiciamus ſiue ſpiritum: quo ad literam certe, infringit furioſam ipſorum inſaniam: ſiquidem unà cum hæretico Vigilantio deridenť ſimplicitatem eccleſiæ, quæ lucernis utitur accenſis in cultu diuino: id iſti in luſum uertunt, clamitantes iniquè nos incendere luminaria deo ut uideat, qui omnia uidet, cuiq; nunquam defuit uiſus, & tamen ſerio adeo præcepit ille ſibi luminaria ſuccendi ad honorem. Hierony.

Præterea pũgit & hic locus faſtidium neochriſtianorum, quod conceptum habent aduerſus magnos templorum ſumptus & apparatum cultus diuini, neq; uident deum præcepiſſe, ut etiam candelabra fierent ex auro puriſſimo, cum omni ornatu, & emunctorijs ſimiliter ex auro puro, auri quoq; pondus exprimit, ſ. talentum. Verum quantum ad ſenſum myſticum attinet, neq; hic eis facile ceſſero, præcipue adiutus à Paulo, qui præclaram nobis in hac re regulã dedit, dicens de patribus ueteris teſtamenti: Omnia in figura contingebant illis. Operæpreciũ igitur eſt uidere, quid ſibi uelint lucernæ cum cãdelabris, quidq; nobis in ueritate ſignificent. Sicut autem de Sara & Agar dicit Paulus atque filijs earum, quæ utiq; uera erat hiſtoria: ait tamen, hæc ſunt per allegoriam dicta, quanto magis in ijs cãdelabris atque lucernis ſenſum allegoricum & myſticum debebimus indagare? Candelabrum ergo, inquit Beda, ſignificat uniuerſalem eccleſiam præſentis temporis. ideo nãque ſunt ante uelum, intra quod arca poſita, quia nondũ ad uiſionem redemptoris meruit intromitti. Et eccleſia recte per candelabrum intelligitur, quoniam errantibus uiam ueri luminis monſtrat. 1. Cor. 10. Gal. 4.

Non alienũ eſt,quod doctores per ſeptem lumina ria accipiunt ſeptem dona ſpiritus ſancti,quæ catho licis pro uoluntate domini diſtribuuntur. Quia autem lumen in ſacris literis fere ſignificat illuſtrationem,ſiue per gratiam,ſiue doctrinã,ſicut & domin' ſeipſum uocauit lucem,& Iohannem appellat lucernam ardentem. Sed eccleſiaſtici miniſtri ſunt à Chriſto inſtituti,& repoſiti ſuper candelabrum eccleſiæ, ad illuminandum, & diſpergendam eccleſiæ lucem per uniuerſum orbẽ,idq́ per radios ſplendoris euangelici,iuxta hanc Chriſti commiſſionem: Ite in orbẽ uniuerſum. Quanuis ſunt ex doctoribus nõnulli,qui apoſtolos intelligere uolunt per emunctoria,in quibus emuncta à luminaribus ſint deleta, quod nimirũ emunxerint illi lucernas ueteris teſtamenti, easq́ deleuerint ut minus fœterent,factumq́ id affirmant in abrogatione præceptorum legalium. Quicquid eſt,certe à myſterio huius ſacramenti diuerſum non eſt,quod ibi etiam ordines ſeptem ſignificentur, ut ita, ſicut ad finem illius capitis inſinuatur, inſpiciamus exemplar,ſicut in monte monſtratum eſt:Faci es lucernas ſeptem,& pones,&c.

Iohã.1.& 8

Mar.16.

Actu.15.

Aue Maria.

Nunc demum hic locus expoſcit,chariſſimi, ut de ſeptẽ ordinibus diſſeramus iuxta conſuetudinem eccleſiaſticã à ſanctis apoſtolis traditã, & ad nos uſq́ deductam: deinde de tonſura & epiſcopali ordine quoq́ dicemus: ita ut ſi quid hæreticum & Chriſtianæ ueritati contrarium occurrerit, id obiter reijciamus. Et principio conſtat, in eccleſia catholica ordi nes ſeu ordinationis gradus eſſe ſeptem,ordinem au tem dicimus,eximium &eminentẽ aliquẽ in eccleſia

gradum,q nonnihil præparet ad ſanctiſſimum illud opus cōſecrationis corporis & ſanguinis Chriſti pficiendū,uel etiā q ptineat ad id quod inde adiuuat eiuſmodi præparationē.id infra in ſingulis ordinibus plene docebimus.Eſſe aūt plures eccleſiaſticæ dignitatis gradus,rationabilis adſignari poteſt cauſa: docet eñ Paulus, eccleſiā corpus Chriſti eſſe myſticū aliqua ratione,ſimile uero & naturali corpori Chriſti.Atq corpus eius naturale membra habet diuerſis officijs & miniſterijs diſtincta,ideoq; decet & in eccleſia eſſe uaria membra itidem uarijs functionibus inſtructa.Atq; ij nimirum ſunt gradus eccleſiaſticæ dignitatis & ſtatus. Roma. 12. 1. Cor. 12.

Nouum nanq; teſtamentum dignitate miniſtrorū longe ſuperat uetus,dicente domino: Multi reges & prophetæ uoluerunt uidere quæ uos uidetis,& nō uiderunt. Valide probat idipſum Paulus ad Corint.& aliquanto fortius ad Heb.quomodo lex uetus umbram tantum habuerit futurorū bonorum. In ueteri aūt teſtamento non tñ ſacerdotes, ſed & Leuitæ, & præcipue pontifices conſecrabant. Quid igit prohibeat,q̄ minus ſint etiam in eccleſia diſtinctæ cōſecratiões.In eius rei figurā legimus,quomodo regina Saba quum ueniſſet Hieroſolymā,conſpicata ordinem miniſtrorū Salomonis, uſqueadeo admirata eſt,ut ita attonita præ ſtupore magno uelut extra ſe raperet, neq; iam ſufficeret admirari ſapientiam Salomonis. Quanto magis admirari conuenit quanuis animam piam,ſuper admirando illo ordine famulitij eccleſiaſtici ueri Salomonis Ieſu Chriſti,in domo ipſi⁹,hoc eſt,eccleſia ſancta,&c. Lucæ 10. 2. Cor. 3. Heb. 10. 3. Reg. 10.

Petrus Longobardus egregium dedit huic

tractatui principium, & ait: Septẽ ſunt ſpiritualium officiorum gradus ſiue ordines, ſicut ex ſanctorum patrũ dictis aperte traditur, & capitis noſtri, ſcilicet Ieſu Chriſti exemplo monſtratur: qui omnium offi cia in ſeipſo exhibuit, & corpori ſuo quod eſt eccleſia, eoſdem ordines obſeruandos reliquit. Septem au tem ſunt, propter ſeptiformem gratiam ſpiritusſancti, cuius qui non ſunt participes, ad gradus eccleſiaſticos indigne accedunt: illi autem in quorum mem bris diffuſa eſt ſeptiformis gratia ſpiritusſancti, quũ ad eccleſiaſticos ordines accedunt, in ipſa ſpiritualis gradus promotione ampliorem gratiam percipere creduntur.

2. Porro in electione presbyterorum, & omnium eccleſiaſticorum miniſtrorum maturior & grauior quondam diligentia obſeruabatur, nunc tamen uſqueadeo opus eſſet, ut cum maxime. ſeueriter ad-
C. tales 23. diſt. modum ſuper hoc ſtatuit Clemens papa & martyr: Tales, inquiens, ad miniſterium eligantur clerici, qui digne poſſunt dominica ſacramenta tractare: melius eſt enim domini ſacerdotium paucos habere miniſtros, q̃ poſſint digne opus dei exercere, quàm multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducunt. Eadem quoque ſententia eſt Leonis magni, quando tractat uerba Apoſtoli de non imponendis cito ma-
1. Tim. 5. nibus alicui, docens idipſum non eſſe aliud, niſi ante temporis maturitatem, ante tempus auditionis ſiue probationis, ante obedientiæ meritum, ante experimentum diſciplinæ, dignitatem ſacerdotalem cõferre non probatis. Atq; hoc etiam nunc eccleſia habet in uſu, nam imminente iam ordinationis tempore, diaconus primo dicit ad epiſcopum: Reuerẽde pater,

poſtulat ſancta mater eccleſia, ut hos præſentes ad onus diaconatus uel presbyterij ordinetis. Epiſcopus ſubiūgit: Vide ut ij natura, ſcientia & moribus tales ad te adducantur, ut per nos tales in domo dei ordinentur, per quos diabolus late expellatur, & ordinati domino deo noſtro augeantur. Archidiaconus inde reſpondet: Quātum ad humanam pertinet experientiam, natura, ſcientia & moribus digni ſunt reputati, qui, fauente deo, in miniſtrando boni inueniantur coadiutores.

Cæterum ab initio diximus, ſeptem eſſe ordinum gradus: ex ijs quatuor dicuntur minores, oſtiariorum, lectorum, exorciſtarum, & acolythorum: tres reliqui, maiores uocantur, ſubdiaconorum, diaconorum, & presbyterorum. Quanuis autem omnes ordines ſint ſancti, quia ſacramentum, attamen tres maiores tantum ſacri ſolent uocari, non ideo tantum, q; præ cæteris minoribus ordinibus ſint excellentiores, ſed quia quilibet illorum officij ſui miniſterium exequitur cum materia ſacramenti corporis aut ſanguinis Chriſti conſecrata. Numerus ordinum.

3. De ſingulis iam porro ordinibus dicturi, uiam ingrediamur communem: & principio ſe nobis offerunt ianitores, quorum figura in ueteri teſtamento etiam præceſſit. eorum autem officium fuit aperire & claudere templum, ab eius ingreſſu prohibere immundos. Hodie autem ianitoris officium eſt, in eccleſia diſcernere inter bonos & malos: malos in eccleſiam nō admittere, ut eos q in excōmunicatione ſunt uel interdicto, aut hæreticos, &c. Paludenſis putat ædituum nunc gerere officiū oſtiarij. Quicquid illud eſt, nos diſpiciamus ordinationē ipſius. Finita iā letania Ianitor. 1. Par. 26. C. cleros. 21. diſt. &c. per lect.

ſuper ordinandos,dicit epiſcopus ad eos: Suſcepturi chariſſimi filij officium oſtiariorum, uidere quid in domo dei agere debeatis.Oſtiarium oportet percutere cymbalum & campanam,aperire eccleſiã & ſacrarium,& librum aperire ei q prædicat.Prouidete igitur,ne per negligẽtiam ueſtram illarum rerum quę intra eccleſiam ſunt,aliquid depereat,certisq́ horis domum dei aperiatis fidelibus,& ſemper claudatis infidelibus,quod dominus uobis concedat per ſuam miſericordiam,Amen.

Adrepta deinde claue ab altari,exhibet illam epiſcopus eis,dicens:Sic agite quaſi reddituri rationem pro ijs rebus,q̃ his clauibus recluduntur.Mox archidiaconus deducit eos ad ianuam,ut eandem aperiãt & claudant,ac rurſus adducit ad epiſcopum, qui facta ſup eos oratione,benedicit illos.Officio hoc uſus Iohan.2. eſt dominus Ieſus.quando facto ex funibus flagello, Iohan.10. eiecit uendentes & emẽtes è templo:neq; abſurdum id eſt,quum ipſe ſe quoq; dixerit eſſe oſtium,adeo ut quiſquis per illud oſtium ſit ingreſſus,ſeruetur.

Secundus ordo eſt lectorum,quibus ex officio incumbit prophetas legere coram populo,& illis itaq; epiſcopo oblatis,ſic dicit ipſe:Electi fratres chariſſimi,ut ſitis lectores in domo dei noſtri, officium ueſtrum agnoſcite & implete:potens enim eſt deus, ut augeat uobis gratiam perfectiõis æternæ.Lectorem eñ oportet legere ei q prædicat,& lectiones cãtare & benedicere panem,& oẽs fruct⁹ nouos.(ſit hoc ex more ueteris eccleſię,ſicut adhuc & in Grecia & Gallia obſeruat,ut ſingulis dieb⁹ dñicis benedicat panis, ſicut apud nos ſal & aq̃,oſtendimus hoc ipſum & ſupra ex Aug.li.2.de bap.par.c.26.) Studete igitur uer

ba dei,uidelicet lectiones ſacras, diſtincte etiam aper te ad ædificationem fidelium abſque omni mendacio falſitatis proferre. Quod autem ore legitis,cor de credatis,atq; opere cõpleatis,quatenus auditores ueſtros uerbo pariter & exemplo ueſtro docere poſſitis,ideoq; dum legitis,in alto loco eccleſiæ ſtatis, ut ab oĩbus audiamini & uideamini,figurantes poſitione corporali,uos in alto uirtutũ gradu debere cõuerſari,ut cæleſtis uitæ formã eis præbeatis,quod in uobis deus impleat per gratiam ſuam,Amen. C.lector dist.23.

Deinceps epiſcopus eis librũ porrigit,& ait:Accipite,& eſtote uerbi dei relatores,habituri(ſi fideliter & utiliter impleueritis officium ueſtrum)partẽ cum ijs q uerbũ dei bene miniſtrauerunt ab initio. Ad extremum p̃miſſa oratione epiſcopus, benedictiõe q̃q; abſoluit hãc ordinationẽ. Ordinatus aũt in lectorẽ, inqt Hugo,debet eſſe doctus,ut intelligẽret & diſtincte poſſit legere ſcripturã. Typũ huius ordinis geſſit in ueteri teſtamento clamor ꝓphetarum,qualis fuit hic Iſaię: Clama,ne ceſſes, exalta ut tuba uocẽ tuam, & annuncia populo meo delicta,& domui Iuda ſcelera ſua: quanuis hoc proprie pertinet ad prædicatores. Eſa.58.

Hoc officio perfunctus eſt & dominus Ieſus,quãdo in Nazareth ingreſſus ſynagogã, reuoluto libro, cœpit legere illud Iſaiæ:Spiritus domini ſuper me. Qua lectione docere uoluit,lectorem ſacrę ſcripturę debere habere unctionem gratiæ ſpirituſſancti,ſicut intellexit Aug.lib.1.de bap.par.c.32. Luc.4. Iſaię.61.

4. Tertius ordo eſt exorciſtatus,ibi epiſcopus primum admonet illos officij ſui,ut meminerint eijcere dæmones,& cũ aqua miniſtrare in eccleſia.hinc ſub- Exorciſtę.

iungit:Studete igitur,ut ſicut à corporibus aliorum dæmones expelliris,ita à mentibus & corporibus ueſtris omnem immunditiam & nequitiam eijciatis. diſcite per officium ueſtrũ uitijs imperare, ne in moribus ueſtris aliquid ſui iuris inimicus ualeat uendicare. Tunc enim recte in alijs dæmonibus imperabitis, quum prius in uobis eorum multimodam nequitiam ſuperatis.

23. diſt. exorciſta.

Poſt hæc exhibet eis librum,in quo exorciſmi ſunt deſcripti,& ait:Accipite & commendate memoriæ, & habete poteſtatem imponendi manus ſuper energumenos,ſiue baptizatos, ſiue catechumenos. Poſtremo epiſcopus,ut ſupra, oratiõe & benedictione hunc quoq; concludit ordinem.

Præceſſit autem & hunc gradum figura in ueteri teſtamento,quando rex Salomon inuenit modum, quo dæmones coniuraret remanentes in templo Hieroſolymitano,ſicut Hieronymus cõmemorat Mat. 12. & Beda in homi. Lucæ 11. Sed & Chriſtus uſus eſt officio illo,nec ſemel neq; raro,quoties obſeſſos à dęmonijs liberauit,pręcipue quum tetigit ſputo ſuo aures & linguam muti ac ſurdi,dicẽs:Epheta, quod eſt, adaperire. Vide ſupra in materia baptiſmi. Neq; uero ipſe tãtum modo Chriſtus hac poteſtate uſus eſt, ſed eandem quoq; dedit apoſtolis,ſicut in Matthæo & Marco legimus. Apud Lucam quoque ſic dixit ad Iudæos:Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia,in quo ergo eijciũt filij ueſtri? ideoq; ipſi iudices ueſtri erũt, intelligens apoſtolos q tunc erant exorciſtæ.

Mat. 8. Lucę. 8. 11. Lucę 7. Marc. 7. Matt. 10. Marc. 3. Lucę. 11.

In Actibus apoſtolorum legimus, quoniam tentauerunt quidam de circumeuntibus Iudæis exorciſtis inuocare ſuper eos qui habebant ſpiritus malos,ne

Actu. 19.

men domini Ieſu. erant autem ſeptem qui hoc facie bant. Et inſiliens in eos homo in quo erat dæmonium peſſimum, & dominatus amborum, inualuit cõtra eos, ita ut nudi & uulnerati effugerent de domo illa. Temerarie nanq; uſurpauerant iſti officium ſibi non contraditum, nec à quopiam commiſſum, contigit igitur eis merces condigna.

5. Quartus ordo eſt acolythorum. (Longobardus poſt Iſidorum in etymologia libro 7. dicit: Græce acolythi, latine ceroferarij dicuntur, à deportandis cereis. fateor paruitatem meam hoc nondum attigiſſe, ſed cum, ἀκολουθέω ſequi ſignificat & ſeruire, inde ἀκόλουθοσ ſequens, conſequens, miniſter, ſectator, puer. Quomodo ad ceram flectatur, fateor me neſcire. ego arbitror ita uoluiſſe præfatos, non quod illa ſit interpretatio nominis è Grȩco, ſed quod uoluerint adſignare morem eccleſiæ Græcæ, quæ acoluthos appellat, quos in Latina eccleſia ceroferarios nominemus.) Officium eorum accipitur ex ijs quæ ad ipſos dicit epiſcopus: Ita iudicauit & Agricola medicus lector grȩcȩ linguȩ.

Suſcepturi chariſſimi acolythorum officium, penſate quod ſuſcipitis. Acolythum eñ oportet ceroferarium ferre, luminaria eccleſiæ accendere, uinũ & aquam ad euchariſtiam miniſtrare. Studete igitur ſuſceptum officium digne adimplere: non enim deo placere poteritis, ſi lucem deo manibus præferentes, operibus tenebrarum inſeruiatis, & per hoc alijs excẽpla pfidiæ pbeatis: ſtudeatis potius fructibus lucis, q ſunt Apoſtolo teſte, in omni bonitate, iuſtitia & ueritate, ut ſic & uos & dei eccleſiam illumineti. Tunc enim in dei ſacrificio digne uinum ſuggeretis & aquam, ſi uos ipſi deo per ſacrificium, per caſtam 2 diſt. acoluthos

uitam & bona opera oblati fueritis,quod uobis do minus concedat per miſericordiam ſuam. Amen.

(Pontificale Romanum eſt auctius.)

Deinde porrigit eis epiſcopus candelabrum cum lucerna extincta, & ait: Accipite ceroferarium cum cereo, & ſciatis uos ad accendenda lumina eccleſię mancipatos in nomine domini.

Mox & urceolum dat uacuum, dicens: Accipite urceolum ad ſuggerendum uinum & aquã in eucha riſtia ſanguinis Chriſti in nomine domini. Vltimo quoq; præmiſſa oratione, benedicit eos de miniſte- rio quod ſunt conſequuti.

Circa hunc ordinem meminerit quilibet Chriſtia nus, & conſideret non hoc eſſe acolythorum offici um, ut ſicut æditui diſcurrant hinc inde in templo accendentes luminaria, ſed tanquam & ipſi conſe- crati incendant lucernam, eamq; deferant ante dia- conum iam lecturum euangelium, uel ad miſſam ſa cerdote conſecraturo. Quoniam lucernæ illæ ab eis geſtantur accenſę non ad diſcutiendas tenebras, quę tunc nullę ſunt, ſed clariſſima dies: in hoc autem de- ferũtur, ut ſic ueluti ſignum prodant lætitiæ, quodq; ſub lucerna illa materiali lux intelligatur, de qua
Iohan. 1. ſcriptum eſt, Erat lux uera quæ illuminat omnem hominem. Hugo ita ait: Sicut uiſibile lumen mani- bus geſtant, ita opera lucis proximis oſtendant, & more lucis errantibus uiam, in tenebris palpantibus ducatum præbeant.

Exo 27. Ordinis huius figura in ueteri teſtamento penes
Num. 6. Leu. 24. eos fuit, quibus incumbebat cura candelabri aurei cum ſeptem lucernis, atq; ij ſane erãt filij Aaron, ſic- ut pceperat dominus, etiã de iugi igni in tẽplo, po-

teſt accommodari ad hanc figuram. Sed in nouo q̄que teſtamento uidebimus Chriſtū in ſe plus quàm miniſterij huius functionem habuiſſe, quando dixit: Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen uitæ. Iohan. 8.

Hi ſunt igitur quatuor ordines ſacri in eccleſia catholica ad illuminatiōem fidelium, & ad commemorationem eorum quę in eccleſia fiunt.

Supereſt nunc porro, ut nonnihil dicamus de reliq̄s tribus ordinibus ſacris, idq́ in proxima homilia &c. Rogemus dominum.

HOMILIA SEXAGESIMA- quarta, de ſacro ordine ſubdiaconatus.

Facies tibi lucernas ſeptem &c.

ORdines minores hactenus ex ordine declarauimus, idq́ breuiter, quāuis nō pauca in iįs q̄q́ lateāt myſteria, nūc ad reliq̄s tres maiores ꝓgrediemur. Eſt ergo q̄rtus ordo ſubdiaconoꝝ, q̄rum officiū ex iįs, q̄ eis iniūgit epiſcopus, poterimus colligere: primum eñ iuxta ordinationē eccleſiæ Romanæ ſic dicit ad eos: Fratres dilectiſſimi, ad ſacrū ſubdiaconatus ordinē ꝓmouendi, iterū atq́ iterū conſiderare debetis attēte, quod onus hodie ultro appetitis. hactenus eñ liberi fuiſtis, licetq́ uobis ꝓ arbitrio ad ſecularia uota tranſire. quod ſi hunc ordinē ſuſceperitis, amplius non licebit à propoſito reſilire, ſed deo (cui ſeruire, regnare eſt) perpetuo famulari, & caſtitatem illo adiuuante ſeruare oportebit, atque in eccleſiæ miniſterio ſemper eſſe mancipatos. Proinde dum temp⁹ eſt cogitate, et ſi in ſancto propoſito

C. a multis de eta. te & qua. lit. ord.

Bernar.

perſeuerare placet, in nomine domini huc accedite.

Adferant ergo ſinguli ordinandi ſecum humerale, ueſtem albam, cingulum, & manipulum habeãt in ſiniſtra, unà cum ueſte Leuitica, in dextra autem cereum (quilibet epiſcopatus habeat ſuas ceremonias, modo non differant in ſubſtantialibus.) Exhortationis huius cauſam offert nobis lex & conſtitutio eccleſiaſtica de ꝑpetua caſtitate ſeruanda, ſicut in multis concilijs decretum eſt & ſancitum: ita enim ſtatuit papa Stephanus, ita & Leo 2. Qua de re plura dicemus infra circa matrimonium. Quãtum ad ordinationem ſubdiaconi pertinet, ſane ſic ait Hugo lib. 2. par. 3. c. 10. patribus placuit, ut q ſacra myſteria contrectant, legem obſeruent cõtinentiæ, ſicut ſcriptum eſt, Mundamini qui fertis uaſa domini.

C. ante triennium. c. aliter. c. lex. cũ con cor. 21. diſ. Eſa. 52.

Atq; ſubdiaconum etiam Græci hypodiaconũ uocant, quòd diacono ſubditus eſſe debeat, illiusq; ſtare iuſſioni, & in omnibus ei obedire.

2. Poſt hanc primam admonitionem, dictaq; letania, epiſcopus denuo exhortat eos, & ait: Adepturi fratres chariſſimi officium ſubdiaconatus, ſedulo attendite quale miniſterium uobis traditur. Subdiaconum enim oportet aquam ad miniſterium altaris præparare, diacono miniſtrare, pallas altaris & corporalia abluere, calicem & patenam in uſum ſacrificij eidem offerre, de ipſis oblationibus tantum in altari ponere, quantum poſſit populo ſufficere, ne aliquid putredinis in ſacrario remaneat. Pallæ altaris & corporalia in alio uaſe lauentur, nam ipſa lotionis corporalium aqua in baptiſterium mergi debet. Studete itaq; ut iſta uiſibilia miniſteria nitide & diligentiſſime complentes, inuiſibilia horum exemplo per-

ficiatis. Altare qppe ſanctę eccleſiæ ipſe eſt Chriſtus, ſicut Iohannes in Apocalypſi uidit. Eſtote ergo tales, q ſacrificiis diuinis & eccleſię dei digne ſeruire ualeatis, in uera & catholica fide fundati, quod ipſe uobis præſtare dignetur, qui uiuit & regnat deus in ſecula ſeculorum, Amen. Apoca. 8.

Mox unicuiq; calicem porrigit epiſcopus uacuum unà cum patena, & archidiaconus, qa illi uelut in adminiculũ ordinatur, dat ei urceolos cũ uino & aqua, gutturnium cum mappula. Epiſcopus autem dans illi calicem, dicit: Accipe calicẽ ſalutis in nomine domini. Ad om̃es uero ſubdiaconos ſic ait: Videte cuiuſmodi miniſterium uobis traditur, ideo uos admoneo, ut ita uos exhibeatis, quod deo placere poſſitis. Poſtremo præmiſſa oratiõe benedicit ordinatos, benedictione finita, epiſcopus cuilibet imponit humerale ſuper caput, & tunicam Leuiticam tradit induendam, librum quoq; epiſtolarum porrigit & ait: Accipite librum epiſtolarũ, & habete poteſtatem legendi eas in eccleſia ſancta dei, tam pro uiuis quàm defunctis, in nomine patris & filii & ſpiritusſancti. Ad extremum iniungit ſingulis ut orẽt quotidie ſeptem horas canonicas, pro conſuetudine diœceſis. Et nota quando diximus calicem debere eſſe uacuum, & ſimiliter patenam, hoc non eſt neceſſarium ſecundum archidiaconum & Hugonem. Et forma ordinandi fuit conſcripta in concilio Carthaginenſi quarto ſine dubio ex ueterum inſtituto. C. ſubdi. diſt. 23.

5. Habuit & hic ordo figurã in ueteri teſtamento, ſiquidem Nathinæi in hoc erant conſtituti à Dauide & principibus, ut inſeruirẽt Leuitis, ſicut eorum 122. miſſi ſunt ad Iudæos, cum reuerterentur ex capti

uitate Babylonica. Quemadmodum ergo nũc in ec
cleſia ſubdiaconi miniſtrant diaconis,& ſeruiunt ad
omnem nutum,ita quondã Nathinæi ſeruiebãt Le-
uitis. nomẽ aũt habuerũt à nathin q̃d eſt dare,
eo quod illorum officium erat Leuitis porrigere li-
gna,aquas,& om̃ia neceſſaria in templo.(ſcio quod
Hugo,& poſt eũ Petrus Longobardus interpretan
tur,Nathinæi.i.in humilitate deo ſeruientes.nos lin-
guam ſanctam ſequuti ſumus.)Sunt qui putent Na
thanaelem unum fuiſſe ex illis,qui Chriſtum cogno
uit,& laudatus eſt ab eo,quando dixit dominus, Ec
Joh.1. ce uere Iſraelita,in quo dolus non eſt.(ego arbitror
eſſe nomen proprium.)

Johan.2. Chriſtus quoq; ordinis huius miniſterio uſus eſt,
ut quidam uolunt,quando uinum fecit ex aqua. Ma
gis tñ arridet ſententia Hugonis,qui dicit Chriſtum
Johan.13. hoc officio functum,qñ poſt cœnam linteo p̃cinxit
ſe,& fudit aquam in peluim,cœpitq; lauare pedes di
ſcipulorũ,& tergere linteo. Quia miniſterium aquæ
Subdiaconus legit epiſtolam. olim fuit penes Nathinæos,nunc autem penes ſubdi
aconos. Quæres,cur ſubdiaconus legat epiſtolam in
miſſa, cum tamen liber epiſtolarum ei tandem poſt
ordinationem conferatur? Obſeruãda hic principio
eſt regula Hugonis,quia cum non expreſſe conſtat,
quæ ſint eſſentialia illa in quibus ordo cõfertur,ideo
tota debet obſeruari forma,ſicut habetur in pontifi
cali cuiuſlibet diœceſis:ſunt tñ quædam q̃ ſingulari-
ter in ſingulis ordinibus uſurpantur,in quibus putãt
doctores eſſentialiter conferri ordinis ſacramẽtum:
ut in exhibitione clauium aiunt cõferri oſtiariatum,
in oblatione libri exorciſmorũ exorciſtatum, lecto
ratũ uero in acceptiõe libri ꝓphetarũ, acoluthatũ in

exhibitiōe urceolorū & cādelabri, ſubdiaconatū in porrectiōe calicis & patenæ, diaconatū aūt in eo dū recipit librū euāgelioꝝ. de presbyteris infra dicem⁹.

Quāuis ergo nō ſit pcipuū ſubdiaconi officium, legere epiſtolam, ſed porrigere diacono uaſa ad cōſecrationē, & q̄d eſt offerendū, tn̄ qa diacono ſubiect⁹ eſt, & hic qdem euangeliū cantat, decet omino eum legere ſeu canere epiſtolā, ideoq; poſt ſuam ordinationem demum recipit librum ab epiſcopo.

Sequitur inde, ordinationem ſubdiaconi non fieri cum impoſitiōe manuum, ſicut manifeſte teſtat̃ conciliū Carthaginenſe q̄rtum. Quo tn̄ modo diaconus & presbyter ordinātur. (uaria imponit̃ manus, ut ſupra de confirmatione.) Nihil autem per hoc decedit ſanctimoniæ huius ſacramenti, quæ aliūde prouenit quàm ex manuum impoſitione. Eſt & hæc ſanctoꝝ patrum ſententia, quod quanuis diaconorum & presbyterorū ordinatio in ſacris literis nomine impoſitionis manuum exprimatur, tamen neq; illorum ordinum ſubſtantialis pars eſt impoſitio manuū, cum ſine ea poſſit ordinari presbyter, ſicuti Gregorius 9. ſcribit, Presbyter & diaconus cum ordinātur, manus impoſitionem tactu corporali, ritu ab apoſtolis introductɔ recipiūt: q̄d ſi obmiſſum fuerit, nō eſt aliquatenus iterandum, ſed ſtatuto tēpore ad huiuſmodi ordines conferēdos, caute ſupplēdum, quod per errorem extitit obmiſſum.

Manus impoſitio 23. diſt. ſubdiac.

1. Tim. 4. 2. Tim. 1.

C. presbyter, de sac. non iter.

4. Rurſus audio obgannire aliquem ex neochriſtianis aduerſus hos quinq; ordines, eo q̄d nec aliqua eorum ſiat in ſacris literis mentio, neq; ſint à Chriſto inſtituti, quum tamen oīa ſacramenta inſtitutionem niſi à Chriſto habere nō poſſint: etiamſi enim uniuer

ſus conueniat mundus, minimum tamen ſacramentum inſtituere non permitteretur. Quapropter iſti quoq; ordines illos ex numero ſacramentorum reijciunt, quemadmodum & prima eccleſiæ congregatio 2. tantum habuit ordines, presbyteratum & diaconatum, ut affirmat Vrbanus.

C. nullus 60. diſt. Verum hoc qdem eſt, quod omnia ſacramenta à Chriſto ſunt inſtituta, ideoq; & nos profitemur Chriſtum omnes inſtituiſſe ſacrorũ ordinũ gradus, quanuis illis eccleſia demum cœpit diſtincte uti. ſiquidem & in primitiua eccleſia etiam ij ordines fuerũt eſſentialiter diſtincti, ſed ob paucitatem miniſtrorum ſolus diaconus officio, & miniſterio functus eſt omnium ordinum inferiorum, ſicq; uelut implicite in diaconatu ordines reliq omnes fuerũt. Et ne qs dubitet temporibus apoſtolorum fuiſſe hos ordines om̃es, & qdem à Chriſto inſtitutos, affirmat Ignatius: is em̃ in epiſtola ad Antiochenos ſic ſcribit: Saluto ſanctũ presbyterum ueſtrum, ſaluto ſanctos diaconos, ſaluto ſubdiaconos, lectores, cantores, oſtiarios, laborantes, exorciſtas atq; confeſſores. Sic & Cyprianus ſcribens ad Cornelium papã, meminit literas illius accepiſſe ſe per Saturum acolythum ſuum: & Hieronymus aſſerit Paulũ Theſſalonicẽſibus epiſtolã miſiſſe per Oneſimum acolythum. Nimis longum fuerit, omnium doctorum locos concordantes adducere. Vnum hoc tacere non poſſum, quod nemo ad hunc ordinem admittitur, niſi cui ſit prouiſum de beneficio, uel patrijs bonis, uel undecunque quoad uictus neceſſitatem, ne cogatẽ ex mendicato uiuere ad ignominiam ſtatus ſacerdotalis.

An omnes ordines a Chriſto inſtituti.

Li. 1. epi. 3.

Titulus. Memini me iam olim puerũ adhuc audire, Cæſa-

rem quocꝫ eſſe ſubdiaconum. Nunc etiam uideo q̄ſ-dam fuiſſe in ea ſententia, ſed illa communiter reñci tur. (uide gloſſ. in c. Valentinianus 63. diſtin. ubi notabilis gloſſ. & notant do. in c. ad apoſtolicæ de ten. & re iudic. lib. 6. uide Bal. in pro. C. & Io. And. ca. 2. de præb. libro 6. Spe. in ti. de legato par. nunc oſtendendum uerſ. 39. Ca. accepimus, de eta te & quali- ta. ord.

In die tamen coronationis, accipitur imperator pro canonico ad ſanctum Petrū Romæ ab ipſis canonicis ibidem, qui & induunt ei habitum canonicorum. Pontifice quocꝫ canente tunc miſſæ officiū, imperator loco ſubdiaconi calicem porrigit ad altare cum patena & hoſtia, exhibet etiam aquā fundendam in calicem ad uſum pontificis. Simili modo in Aquileia quocꝫ canonicus eſt imperator, ſicut ibi Cæſar Fredericus aſtitit ut canonicus in choro, necꝫ tamen idcirco ordinem ſiue gradū habuit ſubdiaconatus. Oremus dominum. Uide in ce remo.

HOMILIA LXV. DE ORDInatione diaconi.

Conſiderate ex uobis uiros boni teſtimonñ ſeptem. Actu. ſexto.

NEmo uerus uerécꝫ pius Chriſtianus ambigere poteſt, diaconatum eſſe ordinem ſacrū, in ſcripturis quocꝫ fundatū: ita enim refert Lucas in Actis apoſtolorum, Conuocantes duodecim multitudinem diſcipulorum, dixerunt: Conſiderate fratres uiros ex uobis boni teſtimonñ ſeptē, plenos ſpiritu ſancto & ſapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus. & elegerunt Stephanum uirum plenum Diaconus Actu. 6.

fide & ſpirituſancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem,& Timonem,& Parmenam,& Nico-
1.Tim. 4. laum aduenam Antiochenum.hos ſtatuerunt ante
Par.2. conſpectum apoſtolorum, & orantes impoſuerunt
1.Tim.1. eis manus.Hæc autem ipſa fuit ordinatio, ſicut alibi
Actu.13. docuimus.Neq; hic quicquam iuuare poteſt Lutherum,qui ideo conatur ſanctum Stephanum deſpoliare hoc ordinationis ſuæ gradu, quõ hæc electio facta,non ſit ad opus aliquod diuini cultus,ſed ut tantum miniſtrarent ad mẽſas uiduarum. Quid autem ad hoc profuiſſet eis impoſitio manuũ? Miniſtraſſe quidem eos nemo negat,ſed non in hoc tantum,ut
S.Ste- rumetiam in cultu diuino,unde non longe poſt ele-
phanus di ctionem diaconorum ſubiungit Lucas,quia Stepha-
aconus. nu s plen⁹ gratia & fortitudine, faciebat prodigia & ſigna magna in populo.Ecce quomodo hic non miniſtrauit tm̃ ad menſas,ſed miracula magna fecit nõ ſine doctrina,quoniam omnes Iudæi non poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui qui loquebatur p eum.

Conſtat idipſum ex Apoſtolo quoq;,is eñ poſt enumeratas epiſcopi uirtutes, conditionem quoque
1.Tim. 5. diaconi ſubinde deſcribit,& inter cætera dicit;Diaconi habeant myſterium fidei in conſcientia pura, & hi probentur primum: quia cum bene miniſtrauerint, gradum bonum ſibi acquirent,& multam fiduciam in fide,quæ eſt in Chriſto Ieſu.Philippus inſup unus
Actu.21. e ſeptem,à Luca uocatur euangeliſta,&ſic ſentit Ambroſius ſuper epiſt,Pauli ad Ephe.2.dedit quoſdam quidem apoſtolos,alios autem prophetas,alios uero euangeliſtas,ubi Ambroſius putat per euangeliſtas intelligi diaconos, qui etſi non ſint presbyteri, euangelizare tamen poſſunt, quamuis non in cathe-

dra doctrinæ, ſicut Stephanus & Philippus fecerunt. ſed hæc ſupra latius tractauimus homilia quinquageſima octaua. Non autem hos ſeptem tantummodo fuiſſe diaconos, uel ex hoc liquet, quod Apoſtolus quoque diaconum habuit nomine Tychicum, per quem epiſtolam ſuam miſit Theſſalonicenſibus, ut affirmat Hieronymus. Dionyſius etiam ordinationem diaconorum deſcribit, quanto cum apparatu cæremoniarum ſit exhibita iam olim tēporibus apoſtolorum. Clemens inſuper à beato Petro edoctus myſteria fidei, meminit diaconorum, & ait: Si nobis epiſcopis non obedierint omnes presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, & reliqui clerici &c. Origenes quoque uetuſtiſſimus autor, ita ſcribit ſuper Numeros: Putas ne q ſacerdotio funguntur, & in ſacerdotali ordine gloriantur, ſecundū ordinē ſuū incedunt, & agunt omnia quæ illo ordine digna ſunt? Similiter autem & diaconi, putas ſecundum ordinem miniſterij ſui incedunt? Ecce q̃ aperte meminit ſacerdotum & diaconorum ſtatim in primitiua eccleſia. In arg. epiſt.

2. Cæterum quid exigat officium diaconorū, optime colligitur ex eorum ordinatione, ita ut obſeruatur in eccleſia: ita enim ad eos dicit epiſcopus: Prouehēdi dilectiſſimi filij ad Leuiticum ordinem, cogitate magnopere, ad quantum gradū eccleſiæ aſcēditis. diaconum nanque oportet miniſtrare ad altare, baptizare & prædicare. Curate ut quibus euangelium ore annunciatis, uiuis operibus exponatis, ut de uobis dicatur: Beati pedes euangelizantium pacē, euangelizantiū bona. habete pedes ueſtros calceatos ſanctorum exemplis in preparatione euangelij pacis, quod 23. diſt. diaconi. Num. 1. Rom. 10.

uobis dominus concedat per gratiam ſuam.

(Pontificale Romanum eſt auctius.)

Et poſt hæc epiſcopus alloquitur populũ, dicens: Commune uotum communis oratio proſequatur. Hinc adhortatur omnes orare pro diaconis: ipſe q̊que ſubiungit collectam piam cum præfatione, ubi & imponit manum ſuam ſuper caput diaconi, & ait: Accipe ſpiritumſanctum ad robur & ad reſiſtendum diabolo & tentationibus eius in nomine domini. (q̃ manuum impoſitio non ad presbyterium ſit, ſed in miniſterium.) Mox ſtolam adreptã induit illi, dicẽs: Accipe ſtolam cãdidam de manu dei, imple miniſterium tuum, potens enim eſt dominus, ut augeat tibi gratiam ſuam, qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorum. Deinceps induit ei dalmaticã, & ait: Induat te dominus ueſtimento ſalutis, & circundet te ſemper indumento lætitiæ, in nomine domini. Amen.

Porro epiſcopus porrigit illi librum euangeliorum, inquiens: Accipe poteſtatem legendi euangelium in eccleſia dei, tam pro uiuis quàm ꝓ defunctis, in nomine domini. Et ad extremum concludit ordinationem hanc cum benedictione & collecta. (Quomodo diaconi etiam dalmatica utãtur, eſt textus & gloſſa ſi. in ca. communis, diſt. 23. & ca. epiſcopus presbyter 11. q. 3.)

In eccleſiæ primordio præter ea quæ Paulus ſcribit, plures fuerunt de diaconis ſanctiones, quoniam ſic de eis ait Clemens: Diaconi ſint tãquam oculi epiſcopi, oberrantes & circunluſtrantes cum uerecundia actus totius eccleſiæ, perſcrutantes diligentius, ſi quẽ uideant fieri uicinum præcipitio, & proximum eſſe peccato, ut hoc referãt ad epiſcopũ, & ita epiſco-

S. Euar. 3. & S. Fabianus ſub Decio.

po ſuggerere, quę ad cultum eccleſiæ & diſciplinam eius pertinent, diaconibus cura ſit. Euariſtus inſuper ad Aphros ita ſcribit: Diaconi (qui quaſi oculi uidentur eſſe epiſcopi) in unaquaq; ciuitate iuxta apoſtolorũ cõſtituta ſeptẽ debent eſſe, qui cuſtodiant epiſcopum prædicantem, ne aut ipſe ab inſidiatoribus q̃quo modo infeſtetur, aut lædatur à ſuis. Idem plane conſtitutum eſt in concilio Neocæſarienſi, cano. 14. Præterea in concilio Carthaginenſi legimus permiſſum eſſe diaconibus etiam in pręſentia ſacerdotum, tempore neceſſitatis miniſtrare ſacramentum, c. 38.

In eodem decretum eſt etiam, ut diaconus tãtum inter offerendum, & cũ legit, induat albam, quanuis deinceps in concilio Laodicenſi uetitũ rurſus eſt, ne diaconus uel panẽ porrigat, uel calicem benedicat.

5. Quid multa? officium conſtat eſſe diaconi, ut adſiſtat presbytero, illiq; in omnibus ſeruiat quæ ad ſacramenta eccleſiæ pertinent, in baptiſmo, in chriſmate, circa patenam & calicem, in porrigendo hoſtiam ad altare, altare quoq; præparando ad ſacrificium, in ferenda cruce, in legẽdo & prædicando euangelium Chriſti.

Typice iam olim figurauit hunc ordinem gradus Leuitarum, quorum intererat ſeruire Aaroni ſacerdoti loco totius populi Iudaici, ſicut præcepit Moyſi dominus: Tolle Leuitas pro omnibus primogenitis filiorũ Iſrael, ego ſum dominus, ſicut in libro Numerorum deſcribitur ſeruitus filiorum Caath, quando dixit dominus: Tolle ſummã filiorum Caath de medio Leuitarum, ut ſtent & miniſtrent in tabernaculo fœderis. Hic eſt cultus filiorũ Caath: Cum inuoluerint Aaron & filij eius ſanctuarium, & omnia ua-

Hugo li. 2. par. 3. c. 11.

Num. 4.

ſa eius in commotione caſtrorum:tunc intrabunt fi lij Caath,ut portent inuoluta:&nõ tangent uaſa ſanctuarij,ne moriantur. Iſta ſunt onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis, ſuper quos erit Eleazar filius Aaron ſacerdotis. Aaron & filij eius intrabunt, ipſiq; diſponent opera ſingulorum,& diuident quid quiſque portare debeat. Sic ordinatum eſt, quid Leuitę filij Gerſom portare debebãt ſub ſacerdote Ithamar filio Aaronis,& filij Merari,hi omnes Leuitę dicti ſunt à patriarcha Leui,à quibus omne miniſteriũ templi peragebatur.

Et ſicut ordini Leuitico impoſitũ eſt onus à Moyſe portandum,ita nunc in nouo teſtamento diaconibus ſtola imponitur in humero ſiniſtro.(miror q̃modo Hugo & Magiſter meminerint Leuitas numeratos ab anno uigeſimo uſq; ad quinquageſimũ, cũ litera noſtra ſicut & Vaticana habeat, ab anno trigeſimo uſq; ad quinquageſimum.)In diebus quoq; ieiunio indictis,ueſtis illa conuoluta inijcitur eidem humero ſiniſtro,ad ſignandum quod quaſcunque paſſiones ſuſtinemus in hac uita,tanq̃ in ſiniſtra portamus,tantiſper dum perueniamus ad dexterã requiem felicitatis æternæ. Vnde incũbet & hoc diacono officium,ut cãtet letanias,& neophytorũ nomina legat, homines exhortetur attentis auribus obſeruare quæ circa diuinum cultum tractantur, ut annũciet pacẽ, ut admoneat homines flectere genua ad oratiõem, & inclinare capita ad benedictionẽ. Huiuſmodi plura quædam officia adimplent in eccleſia.

Officium diaconi.

Ordinis illius officio uſus eſt dominus, quando poſt cœnam corporis & ſanguinis huius ſacramentũ porrexit apoſtolis,qñ eoſdem à ſomno ſuſcitatos

adhortatus eſt ad orationis ſedulitatem, dicens: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Matt. 26. Luc. 22.

4. Honeſte admodũ perfuncti ſunt hoc ordine apoſtoli poſt acceptum ſpiritum ſanctum, quãdo ordinarunt ſeptem diaconos, ut ſupra diximus. Atque Actu. 7. ex hoc apoſtolorum facto natus eſt mos ille laudatus, quod à ſanctis epiſcopis inſtitutum eſt, ut in qualibet epiſcopali ciuitate ſint diaconi ſeptem, qui & ſignificati ſunt per angelos ſeptẽ tubis canẽtes in Apocalypſi, per candelabra ſeptem, quæ ante deum uniuerſam illuſtrant eccleſiam, per uoces ſeptẽ tonitruum. Apo. 7. et. Ita nũc habemus ordines ſex inferiores presbyterio, qui omnes à ueteribus ſunt obſeruati, iam inde à principio naſcentis eccleſiæ, ſicut ex Ignatio probauimus. Idem patet ex quarto ſtatim concilio Carthaginenſi, quomodo omnes ordines debeant obſeruari, ita & Syluester apertam omnium ordinum facit mentionẽ, & Fabianus refert accepiſſe ſe à maioribus ſuis, ut ſeptem diaconi dieb⁹ dominicis & alijs feſtiuitatibus unà cum ſubdiaconis & acolythis, reliquorum etiã ordinum miniſtris, miniſteriũ ſibi impoſitum ꝓcurent diligenter: ſiquidẽ & in ueteri teſtamento plurimi fuerunt miniſtri in tẽplo dñi, ſacerdotes, Leuitæ, Nathinæi, cantores, pſalmiſtæ, ianitores, ſicut ſupra ex Ambroſio ſup Paulũ ſatis declarauim⁹. Concili. Cartha. 1. Eſd. 7. 18 Super Epheſ. 2.

Sed ut tãdem huic rei ſupremam imponamus manum, præter ea quę ſupra diximus, nunc quoque breuiter indicabimus, quæ ꝓponi debeant ordinãdis iuxta conſtitutionem & morem eccleſiæ ſanctæ: principio oportet eos examinari, ut ſic audiantur atque ꝓbentur, ſint ne digni & idonei, qui admittantur ad ordinem, c. quando epiſcopus 24. diſt. Quatenus ita

impleatur præceptum Pauli,de non imponendis fa
1.Tim 4. cile manib⁹ cuiuis,id nos etiam ſupra ex Leone mon ſtrauimus.

2. Non decet pecunia comparari ordinem aliquem ſacrum,quia hoc ſimoniacum foret:& quiſqs in hoc caſu uel accipit uel exponit,erit excommunicatus 1.q.1.quicquid:nam id aduerſabitur dictoChri
Matt 10. ſti,Gratis accepiſtis,gratis date.

3. Neq; magis conuenit mãcipium ſiue ſeruum promoueri ad ordines,ſaltem ſine conſenſu domini & aſſertione in libertatem.

Ordinandi audiãt. 4. Homicidæ quoque ordinari non debent, de ætat.& qualita.ord.c.ulti.de tempor.ord.c.ulti.glo. in ca.ex pœnitentibus.I.diſtin.

5. Nemo qui ætatis competentem maturitatẽ non habet,prouehi debet ad ordines. eſt autem ętas in presbytero 25.annorum,in diacono 20.in ſubdiacono 18.Cle.Venerabilem,de ætate & qualitate ordi.Ordines quoq; minores nulli ante 7. ætatis annũ debent conferri.

6. Illegitimi ſimiliter ab ordinibus arceantur. de fil.presby. c.1.

7. Nemo ex aliena diœceſi ſine permiſſione ſuperiorum,nullus quoq; religioſus citra prælati ſui licentiam ordinandus eſt.71.diſt.c.1.cum ſeq. & c.ad aures de temp.ord. &.58.diſt.

8. Coniugati quoq; prohibentur ab ordinibus, intellige ſacris,de cle.coniu.c.I.& 28.diſt.nullum.

9. Nullus apoſtata ſiue ſchiſmaticus admittatur ad ordines,diſt.1.ca.ulti.de apoſt.c.1.& cap.ut periculoſa ne cle.uel mona.li.6.

10. Nullus excommunicatus ordinari debet, c.

cum illorum, de ſent.excom.

11. Nullus quoq; bigamus, nullus qui uxorem habuit uiduam, eſt ordinandus.

12. Nemo irregularis, uel ſimoniacus, uel q labo rauerit epilepſia, admitti debet ad ordines. c. ex tua. de Simo. 33. diſt. communiter.

13. Nemini qui captus ſit aliquo membro, & mutilatus, uel aliàs habeat notabilem in corpore defectũ, uel incurabili aliquo morbo oppreſſus, unde miniſterium ſui ordinis exequi non ualeat, debet ordinari c. expoſuiſti. capite. ex parte. de corpor. uin.

14. Nemo minorem tranſiliens ordinem, ſuſcipiat maiorẽ, nemo ſimul ordines ſuſcipiat duos, uel etiam ſubdiaconatum cum minorib', de cle. p ſaltũ, promo. c. literas, de temp. ord. & ca. uin. l. ij. diſt.

15. Nemo in peccato aliquo mortali cõſtitutus, & antea non confeſſus, cum ſit in excommunicatione minori, & quantũ in ſe eſt, irregularis ſiue ſuſpenſus, admittat ad ordines c. nup. de ſenten. excõmun.

16. Multo minus aliquis non confirmatus, p̃ſumat ad ordines irruere.

Communiter etiam prohiberi ſolet, ne quis ãtẽ decedat, quàm literas acceperit, quibus ſe ordinẽ ſuſcepiſſe teſtetur, quas formatas uocant. Quod ad ſcientiam attinet, examinantur omnes pro conditione ordinũ quos ſunt ſuſcepturi, & pro ſtatu quem uolent ſubire.

Nemo quoq; in ſubdiaconum ordinari debet, cui nõ ſit prouiſum in aliquo ſacerdotio, uel cui aliàs nõ ſuppetat ex patrimonio quantum ſatis eſt ad uictus neceſſitatem, uel cui non ſit aliquis titulus collatus, ne quis cũ ignominia ſtat' ſacerdotalis cogatur inde

pauperem uitam ex mendicato agere. Profecto enĩ maiores noſtri præclare omnia ordinarũt, unà cum eccleſia catholica. bene conſtituerunt uniuerſa, edocti à ſummo doctore & magiſtro ſpirituſancto.

Vos quoque dilectiſſimi in domino profuſis precibus deum implorate, ut gratiam ſuam conferat p̃latis & rectoribus eccleſiæ, qui omnia ordinate componant & perficiant in laudem & honorem dei, ad ædificationẽ eccleſiæ, quatenus tales in eccleſia ſancta ordinentur, per quos uiui in melius ſemper proficiant & emendentur, defuncti conſolationem ſentiant, deusq; laudetur in ſecula. Amen.

HOMILIA LXVI. DE ORDInatione presbyterorum.

Hoc facite in meam commemorationem. Lucæ uigeſimoſecundo.

QVàm eximio honore dignatus iam olim ſit dominus deus ordinem ſacerdotalem in ueteri quoque teſtamẽto, partim ſcriptura teſtatur, partim nos iam ſupra commemorauimus: ſiqdem ibi Aaroni ſoli permiſſum erat geſtare nomẽ

Exod. 28. & 29. Leuit. 8. Heb. 9. dei ineffabile in fronte, ipſe quoque ungebatur oleo ſancto, portabat inſigne pectoris cum lapidibus pretioſis duodecim, ubi & deſcripta erant nomina duodecim filiorum Iſrael.

Summus ille ſacerdos ſemel ingrediebatur in ſancta ſanctorum, qui locus erat ſacratiſſimus. ſolis iam tum ſacerdotibus licebat ex cõmiſſione diuina offerre, oblationes à plebe ſuſcipere, & cum ijs deo ſeruire in templo. Soli tunc ſacerdotes (exceptis quibuſdam

1. Reg. 21. caſibus) poteſtatem habuerunt mãducare panes ſan

ctos propoſitionis,ut obmittamus reliquas prærogatiuas & dignitates plurimas. Verum iam nunc, teſte Paulo, ſacerdotium Chriſti in ecclesia multo dignius & ſublimius eſt, quando non amplius ut apud Iudæos ex unica tribu ſacerdotes eliguntur, ſed ex omnibus omnium nationum populis & gentibus adſumuntur presbyteri. iam quoque ineffabile nomen domini non ſoli poſſunt exprimere ſacerdotes, ſed oẽs Chriſtiani, quoniam nomen eius eſt Ieſus. An nõ eſt illa dignitas immenſa, quod deus ſacerdotibus ſuis poteſtatem dedit dimittẽdi peccata, aperire cælum, quod nulli unquam permiſſum fuit homini? Multo ſanctiora ſacramenta commiſit iis diſpenſare deus, q̃ illis in ueteri lege. Quodque precium rerum omnium lõge ſuperat, ubicunque ſacerdos legalis ſacrificia uitulorum, ouium, & boum tractabat tantum, atque quæ cũ ſanguine illorum fiebat, aſperſionem: ibi iam Chriſtus ſacerdotibus ſuis poteſtatem dedit conſecrandi corpus & ſanguinem ſuum, offerendi, manducandi, & bibendi. poteſtatem illam longe excellentiſſimã presbyteris nouæ legis contulit poſt cœnam ultimã, nunc quoque eandem ex iuſſione & commiſſione diuina diſtribuit eccleſia, adhibitis in hoc uerbis Chriſti, qñ dixit: Hoc facite in meã cõmemorationẽ &c. Hebr. 7. Luc. 7. Johan. 20. Heb. 9. Luc. 22.

Aue Maria.

1. Dicturo de ſacerdotio nouæ legis, operæpreci um uidetur principio diſſerere, quibus & q̃ præclaris cæremoniis presbyteri ordinentur, quoniam per hoc facile patebit, quod ſit eorum officium, miniſterium, & quanta dignitas. Primum itaque omniũ ueſtiũtur illi inſtar diaconi, amictu, ſtola alba, cingulo, manipulo, & caſulã ferunt in humero conuolutã, in Ordinatio presbyteri.

manibusquoque lucernam & ſtrophiolum.ibi tum inuocata gratia ſpiritusſancti,hoc cantico, Veni ſancte ſpiritus,incipit eos exhortari epiſcopus,ut ſic digne ſuſcipiant ordinis huius ſacramentum.oportet enim presbyterum offerre,benedicere,præeſſe,prædicare & baptizare,ideoq́ præparare ſe quiſq́ debet ad digne ſuſcipiendum ſacramentum, ſicut illi ſeptuaginta quos ſibi adiunxit Moyſes in auxilium ex p̄cepto domini. Tunc archidiaconus ſiue presbyter adducit eos ad epiſcopum,ipſumq́ orat loco totius eccleſiæ,ut p̄ eum iſti ordinentur presbyteri.Ibi epiſcopus quærit,ſciat ne eſſe eos dignos. Qui ſubdit: Quantum humana permittit noſſe imbecillitas,teſtimoniū perhibeo eſſe illos dignos & idoneos ſuſcipiēdo muneri huius officij.Epiſcopus ſubiūgit: Det deus ut omnibus modis efficiantur digni & iuſti,tales q́ in ſuo cultu perſeuerent. (in aliquibus diœceſibus fit hoc ante exhortationem.) Poſtea epiſcopus imponit manus ſuper ordinādos,& unà cum eo reliqui etiam presbyteri præſentes: epiſcopus autem ad ſingulos dicit: Accipe ſpiritum ſanctum,quorum remiſeris peccata,remittuntur eis:& quorum retinueris,retenta erūt.In quibuſdam locis cum ſpiritu inſufflantur hæc uerba in aures eorum. Illud autem q̄d unà cum epiſcopo ſacerdotes quoq́ cæteri imponūt manus ſuper capita ordinandorum,iam olim conſtitutum eſt in concilio Carthaginenſi 23. diſt. presbyter. Hæc enim manuum impoſitio ſignificat reſuſcitationem operum ſpiritusſancti:ſiquidem caput deſignat animū,digiti dona ſpiritusſancti,& man⁹ opera. Quāuis aūt etiam diaconis in ordinatione ſua impoſituntur manus ab epiſcopo,qui mos ab apoſtolis

Num. 11.

4. Concil. c. 3.

Actu. 7.

profectus eſt, tamen illa manuum impoſitio in aliū fit finem, quia ad ſanctificationem miniſterij: at hic in presbyterio imponūtur ad opus longe ſublimius, puta ad oblationem & ſacrificium corporis ac ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti: proinde ſanctior eſt hæc manuum impoſitio in ſacerdotio. Deinde epiſcopus ſubiungit orationes duas tum prolixas tum pias, ac præfationem multum deuotam ſuper ordinādos, cum multis figuris hunc & alios ordines concernētibus. Ad finem præfationis ſtolam arripit epiſcopus, quæ antea ſuper ſiniſtrum tantummodo humerum fuit impoſita, illius ergo partem poſteriorē deflectit ſuper humerum dextrum, & per modū crucis complicat in anteriori parte, dicens: Accipe iugū domini, iugum enim eius ſuaue eſt, & onus eius leue. Poſthac ſingulis induit caſulas, ita ut pars eius anterior dependeat tota, poſterior autem leuiter iaceat ſuper humeros, & ait: Accipe ueſtem ſacerdotalem, per quam charitas intelligitur: potens eſt enim dn̄s augere tibi charitatem & opus perfectum. deo gratias. & inde rurſus incipit orare epiſcopus, & petere à deo gratiam diuinæ conſecrationis, & poſtulat uirtutes ac dona dei, quorū participes fieri ordinatos teſtatur Paulus ad Titum & Timotheum. Impoſitio manuum.

2. Inde incipit chorus cantare hymnū, Veni creator ſpiritus, atq; interim epiſcopus intingit in oleū catechumenorum. ordinandis autem utranq; manū complicantibus, crucem obliquam S. Andreæ per tranſuerſum conſignat à pollice dextro uſq; ad ſiniſtrum indicem, & rurſus à pollice ſiniſtro uſq; ad dextrum indicem, ſimiliter inungit & uolas manuum, dicens: Conſecrare & ſanctificare digneris domine 1. Tim. 3

manus iſtas per iſtam unctionem, & noſtram bene dictionem,ut q̃cunq; benedixerint,benedicantur:& q̃cunq; conſecrauerint, cõſecrentur & ſanctifi centur,in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Amẽ.

Porro deinceps præparat diaconus calicem cum uino & modica aqua,atq; imponit patenam deſuper cum hoſtia, quæ omnia ſic adripiens epiſcopus,dat eis in manus,dicens:Accipe poteſtatẽ offerre ſacrificium deo,miſſasq; celebrare tam pro uiuis quàm ꝓ defunctis,in nomine domini, Amen.Hinc benedicens eis,oſculatur manus ſingulorum,& ait:Pax domini ſit uobiſcum ſemper. Sicq; ſolennis presbyterorum ordinatio eſt conſummata, quanuis adhuc ſuperſunt pleræq; aliæ cæremoniæ,quæ non ad neceſſitatem, ſed ad decorum pertinent. Hoc tantum aduertant,ut quilibet ordinatus habeat canonem miſſæ,quem legat unà cum epiſcopo,licet non ſit neceſſarium,ut dicit Guil. in ſuo rationali, ſed in hoc ſeruetur cõſuetudo diœceſis. At hanc cautelam S.Thomæ aduertat nouus ſacerdos, ut intentionem ſuam conſecrãdi referat ad illud inſtans, in quo epiſcopus profert uerba conſecrationis:nam ſic nec propoſitũ epiſcopi, nec concelebrantium fraudabitur, diſt.15. 4.ti.ar.2.q.2.& fulcit dictum ſuum autoritate Innocentij.Poſſent hic multa dici de immenſa ſacerdotũ dignitate,& de prærogatiuis eorũ,ſed breuitatis ſtudio illis explicãdis ſuperſedebimus,neq; à neceſſarijs circa hoc ſacramentum receſſuri, neq; omnia quę ad presbyterium ſpectant enarraturi,quia ordo non eſt ſacramentum,ſed ordinatio.

Cautela.

Audiuimus ergo officium eſſe ſacerdotum,ut cõſecrent ſacramentũ corporis & ſanguinis Chriſti in

altari dominico,ut prædicēt,benedicant, orent pro uiuis & defunctis. Atque hæc omnia ex ipſa ui uocabuli ſatis patent.Sacerdotes enim dicũtur, quoniam ſacra dent.& in principio naſcentis eccleſiæ,Apoſtoli uocabãt eos presbyteros, hoc eſt, ſeniores,non q̃ oporteret eos grandæuos eſſe,&annorum numero ualentes,ſiquidem Timotheus,teſte Paulo, annoſus non erat,& tamen uoluit Apoſtolus, atque adeo imperauit,ne quis adoleſcentiam eius cõtemnat: decet autem animis eos eſſe fortes,ratione & intellectu bene ualentes,morum integritate & bonæ conuerſationis maturitate ſpectatos,ſicut ſcriptum eſt:Senect⁹ uenerabilis eſt,non diuturna, neq; annorum numero computata,cani autẽ ſunt ſenſus hominis,&ætas ſenectutis uita immaculata: faciunt ad hoc & ueſtes ipſæ,& ſinguli ordines ſuam myſticã habentes ſignificationem Ideo enim inunguntur eis manus, ut intelligant ſuſcepiſſe ſe gratiam ordinationis,& quod erga oẽs obſeruare debeant ac exercere opera charitatis.Stolam utriq; aptant humero, in hoc ut ſentiãt ſe armis iuſtitiæ eſſe debere munitos,ne uel proſperis extollantur,uel in aduerſis deſperent,ſed ut iugũ domini ultro & libenter deferant.In ſuſceptione calicis atq; patenæ conſiderēt,oportere eos offerre domino oblationem ſanctam & bene placentem.

1.Tim 4.
Hugo.
Sapi.4.

3. Sacerdotij huius figurã geſſerunt olim filij Aaron,& ſucceſſores eorum,ſimiliter quoque 70.ſeniores à Moyſe electi,& à ſpirituſancto edocti,illiusq; gratia impleti,ut Moyſen adiuuarent in regendo populũ aliàs effrenẽ,cui ſolus ille nõ ſufficiebat moderando, ſicut & dñs ipſe ſupra duodecim apoſtolos

Leui.8.
Num. 11.

Luc. 10. alios elegit 72. diſcipulos, qui opus apoſtolorum & laborem promouerent: eorum iam locum & uicem gerunt in eccleſia ſacerdotes, ſicut epiſcopi apoſtolorum, ut ait Beda. Ordinis huius miniſterio ipſe quoque perfunctus eſt dominus, quãdò poſt cœnã conſecrauit panem & uinum, atq; tranſmutauit in corpus & ſanguinem ſuum, idemq; facere in ſui memoriam iuſſit apoſtolos. Omnium uero maxime & eminétiſſime officio hoc uſus eſt idem in ara crucis, ubi non ſacramentaliter tantum, ut in cœna, ſed tanquã uerus ipſe ſacerdos & pontifex, ſeſe uere & eſſentialiter obtulit uictimam pro peccatis omnium hominum deo patri, ſicq; per proprium ſanguinem ſuum Hebr. 9. intrauit in ſancta, ut pacificaret omnia quæ in cælis ſunt, & quæ in terra.

Hinc iam ſacerdotes longe ſanctiſſimũ gerunt officium, opus adminiſtrant (ſi quid aliud) perfectiſſimum, conſecrantes corpus & ſanguinem Chriſti: q̃d utiq; ſuperat omnia totius mundi opera, quum ſit ipſum omnium ſaluberrimum: deinde nõ minus hominum promouet ſalutẽ, quod ſolis illis datum eſt abſoluere à peccatis. Vnde & talis conſecratio præclaris & deuotis miſſæ cæremonijs ꝑficitur, multoq; pluribus ſolennitatibus q̃ uel baptiſmus, uel confirmatio, uel abſolutio, uel unctio extrema.

Sacerdotium ſimplicibus datur. Dicat hic aliquis forſitan: Si hoc præclariſſimum eſt in eccleſia officium, deceret utiq; & conueniret illud ſupremis tantũ eccleſię miniſtris eſſe cõmiſſum, ut epiſcopis & archiepiſcopis, neq; tam excellentem poteſtatẽ ueluti uileſcere, dum ſimplicibus hominibus confertur, quibus tamen non licet uel confirmare, uel altare aliquod conſecrare.

Audiat ille rurſus, qſquis ita cogitat: Si reuerentiam & immenſam inſpiciamus huius ſacramenti dignitatem, cōueniat utiq; ſolos epiſcopos, imò ſolum pontificem ſummum illud adminiſtrare, ſicut olim ſolus ſummus ſacerdos, idq; toto ſemel in anno, ingrediebatur in ſancta ſanctorum. Atqui ob immenſos & innumeros fructus, quos ex hoc ſacramento percipiunt fideles, Chriſtus ipſe ex ſua ineffabili gratia & miſericordia uoluit huius ſacramenti adminiſtrationem eſſe penes quoſlibet ſacerdotes. Ex multis autem fructibus ſunt ij ſex non poſtremi, ſi rem in uniuerſum conſideremus.

De conſ. diſt. 5. Euſebi. papa.

Hebr. 9.

Cur multi ſacerdotes.

1. Quia per hoc cultus diuinus affatim adauget.
2. Humana fragilitas reſtauratur.
3. Defunctis pœna mitigatur.
4. Immenſa Chriſti benignitas in opere redemptionis ſubinde in memoriam reuocatur.
5. Communicatio dei nobiſcum manifeſtatur.
6. Noſtra quoq; ſuperbia deprimitur fortius, ſicut hæc om̄ia poſſent ad longum extendi, quoniam cultus hic dei in terra maximus eſt, cum dignitate uenerari & adorare illud glorioſiſſimum ſacramētum, ideoq; maiori deuotione plebs fidelis audit miſſam, quàm aliquod aliud diuini cultus officium, & ob id ſacerdotes diligentius horas canonicas adimplēt celebraturi, quàm aliàs. Laici quoq; tum confitendo, tum ieiunando, tum orando præparare ſe debent deuotius, quandò ſuſcepturi ſunt hoc ſacramentū tempore paſchali. Quid multa? Vbicunq; miſſarum obſeruatio diligens non eſt, facile corruit omnis deuotio. Vnde & hoc opus eſt ſathanæ, quod nunc Lutherani, illo inſtigante, miſſas in tam arctas redegerunt Miſſa.

anguſtias, Zuingliani & Catabaptiſtæ penitus abrogarũt, qui nimirũ pcurſus eſt Antichriſti certiſſimus.

Dan. 12.

Volens hic obmitto illud uulgo quod quæri ſolet, utilius ne ſit miſſam uel uerbum dei in concione audire: quoniam certo quidem uerum id eſt, ꝗ ſi in una prouincia cõtinuis triginta annis prædicaretur euangelium, & non legerentur miſſę, in alia autem totidem annis miſſæ legerentur ſine prædicatione uerbi, meliores tũc futuri ſunt Chriſtiani ibi, ubi conciones fierent, quàm ubi miſſarum ſolennia tantum peragerentur.

Utilius ne audire miſſam vel ſermonē.

Ideoq́ ſupra dictũ eſt ob maiorem utilitatem, dominum Ieſum humili pietate & clementia motum, ut permiſerit ſe à pluribus & humilibus presbyteris confici in ſacramento altaris, propter quam bonitatem & miſericordiam nos illi perpetuas & immenſas agere gratias debemus.

4. Quæras adhuc præter hos ſeptem ordines, quis locus erit primæ tonſuræ, cuius nulla hucuſque facta eſt mentio? Ideo ſcilicet, quia nõnulli eam pro ſacramento non habent, ſed aiunt eam eſſe præparationem tantum ad ordines ſuſcipiendos, & ſic in numero ſacramentalium ſolum reponunt. Ego autē quum putem etiam illud eſſe ſacramentum, ſequutus Innocentiũ, qui dicit per primā tonſuram iuxta formā eccleſię datam clericalem ordinem conferri, credo non temere permanſiſſe in eccleſia ritum conferẽdi hunc ordinē, q omni & loco & tẽpore dari poteſt etiā extra miſſam. debet enī ibi pſto eſſe forpex cũ pelui, ordinãdus q́ꝗ ſit indutus ueſte alba linea, & lumē geſtet in manib᷒. Atq́ ſi forte cõfirmatus nõ dũ fuerit, debet prius cõfirmari. (qa character cleri-

Prima tõſura.

C. cum cõtingat de ętate & qual. ord.

calis habet ordinē ad characterem confirmatiōis & baptiſmatis.) Ita deinceps incipit ordinare epiſcop⁹ & ait: Adiutorium noſtrū in nomine dñi, Qui fecit cælum & terram. Sit nomē domini benedictum, Ex hoc nunc & uſq; in ſeculum. Mox ſubiungit orationes aliquot multum deuotas, canente interim choro Pſalmum: Cōſerua me domine. Quod quum fit, Pſalm. 15
epiſcopus detondet eis capillos in quatuor partibus capitis, in fronte, ceruice, & iuxta utranq; auriculam. C. prohi. diſ. 23.
ad extremum etiam in ſummitate capitis tres faſciculos pilorum auellit paruulos. Quilibet eorum, dum tondetur, dicit: Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei, tu es qui reſtitues hęreditatem meam mihi. Deinde canitur Pſalmus: Domini eſt terra, & epiſcopus orat Collectam unà cum benedictione, & cuiq; Pſalm. 23
induit ueſtem illam lineam, dicens: Induat te deus hominem nouum, qui ſecundum deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate ueritatis. Hæc omnia poſtremo concludit cum collecta.

Multa ſeruauit hic ordo nomina, nam & pſalmiſtatus dicitur & clericatus, ut Leo uocat, & cantoratus appellatur in Cōcilo Toletano 22. diſt. ſi pſalmiſta, per hunc ordinem acquirit aliquis priuilegiū clericorum 21. diſt. cleros, ita ut etiam coniugatus non bigamus, coronam ferēs, merito gaudeat priuilegio clericorum c. cle. ſi tonſura, de uit. & honeſ. cleri. nemo tñ ad hoc impellendus eſt ut geſtet coronam, ſed quiſq; poteſt quum uult, priuilegium illud à ſe amouere: ſic q uiduam duxit, & qui bigamus eſt, coronā ferre non permittit: & ſi p̄ſumpſerit portare, clericorū tamen priuilegijs nō gaudebit, C. quiſqs cleri. 84. diſt. & C. altercationis de biga. 31. diſ. ſeriatim. C. vt conſul. de vit. & ho. cleri.

Habuit & hic ordo figuram in ueteri teſtamēto Nazaræos, q capillos ſuos ſeruabant donec cōſecrarentur, & tunc demum offerentes ſacrificium tondebantur, idq; ſub oſtio tabernaculi, capilli autem proijciebātur in ignem. Neq; uero myſterio caret, quòd hic capilli reſcindantur in capite, ut ſic liberrimus eorum animus in deū eleuatus ſignificetur, & reſolutus ab illicitis temporalium rerum deſiderijs. inſinuātur ibi & ſenſus liberi, à quibus illi pili auelluntur, quare dominus deus dixit ad Ezech. Fili hoīs, ſume tibi gladium acutum, & duces eum per caput tuū & barbam. Inde legimus Priſcillam & Aquilam ſe totondiſſe. Atque hic quidem ingreſſus eſt, & primus aditus laicorum in ſtatum clericorum, ubi quilibet uocatur in ſortem domini, ut illi ſeruiat cum laude & benedictione in ſecula, Amen.

Eze. 5.

Actu. 18.

HOMILIA SEXAGESIMA SEPTIMA, DE DIGNITATE EPISCOPALI.

Attendite uobis & uniuerſo gregi, in quo uos ſpiritusſanctus poſuit epiſcopos. Actuum XX.

Episcopatus ordo.

DIximus hactenus de ordinibus ſeptem, ſicut in eccleſia catholica conſtanter obſeruantur, & quomodo prima tonſura debeat in ordinum numero cōputari: ſupereſt adhuc ordinatio epiſcoporum, quam ſemper crediderunt Chriſtiani eſſe ſublimiorem & digniorem ſuper ordinem aliorum ſacerdotum: an autē ſit peculiaris ordo & ſacramentum ſingulare, controuerſum quidem eſt à nonnullis, qui putarunt eo quod cōſecratio corporis & ſanguinis Chriſti ſit officium eminentiſſimum, ideo q̃q̃

non eſſe ordinem alium ſublimiorem ſacerdotali. Sed quod quis ordinatur epiſcopus, id aiunt eo tantum fieri, quod ſe ordo ille extendat & diffundat ad quaſdam operationes, quò antea ſacerdotalis ordo non pertigerat, ut ſunt confirmatio paruulorum, ſacerdotum ordinatio, altarium conſecratio & ſimilia, quæ utiq; multo ſunt inferiora conſecratione corporis & ſanguinis Chriſti. Fundamentum eorum q ita ſentiunt, eſt tale, quod omnes ordines qui ſacramentorum numero cẽſentur, uel immediate, uel per media debent facere ad conſecrationem ſacramenti altaris, uel ad præparationem ad ipſum. Et quum epiſcopus non habeat opus dignius, quantũ ad illud ſacramentum, quolibet ſacerdote, aiunt non eſſe illum ordinem peculiarem, ſed extenſionem ordinis ſacerdotalis ad aliquas operationes digniores. Atq; idipſum ſane nemo eſt qui eat inficias: nam ſi quis ſit epiſcopus, & nõ idem ſacerdos, (poſito per poſſibile & impoſſibile, propter uerba Innocentii papę, pontificale officium ſine altaris miniſterio nõ ualet adimpleri.) profectò ſacerdos aliquis miſſam celebrans, dignior futurus eſſet eo, qui tantum foret epiſcopus. At quia dignitas epiſcopalis includit ſacerdotalem, & reliqs inferiores omẽs eſſentialiter, ideo merito cẽſeri debet ſuperior ſacerdotali. Porro ſi paulo diligẽtius cõſiderentur ſacræ literæ, primitiuæ eccleſiæ conſuetudo, autoritas eccleſiæ, ſanctorumq; patrum teſtimonia, & rationes euidentes, tunc ſane patebit epiſcopalem dignitatem non tantum eſſe ſacerdotali ſuperiorem, ſed & ordinem ſacrum, atq; adeo ſacramẽtum ut reliqui ſunt ordines. Teſtatur hoc hiſtoria iam ſupra inducta de confirmatione, quando apoſtoli mi-

Act.8.19. ſerunt Petrum & Iohannem, audientes quòd & Samaria recepiſſet uerbum dei, iamq́ illi eſſent baptizati à Philippo diacono, cōfirmati deinceps ſunt ab apoſtolis iſtis duobus tanquam epiſcopis, & nō ab aliquo ex ſeptuagintaduobus.

Matt.9. Luce.10. Ad hęc iam antea induximus Bedam, & eſt ſententia gloſſę, quod Chriſtus elegerit duodecim apoſtolos, quibus ſucceſſerunt epiſcopi: deinde alios ſeptuagintaduos, in quorum locum ſubrogati ſunt presbyteri. Ita Hugo de ſctō Victore, ait: Presbyteri, ſucceſſores & uicarij ſunt ſeptuagintaduorum diſcipulorum, qui præcedebant dominum Ieſum in omnem ciuitatem & locum, quò ipſe erat uenturus: ita quippe presbyteri, q adiutores ſunt epiſcoporum, rudes populos catechizando initiant, baptizādo unitati eccleſiæ incorporant, & in ſacramentis uſq́ ad manus impoſitionem populo dei miniſtrāt. Epiſcopi uero ſucceſſores ſunt apoſtolorum, qui ex neceſſitate ad adiutorium & ſupplementum ſui officij in tāta multitudine populorum regendorum miniſterium ſibi expetunt ſacerdotum, ſicut Moyſes in eremo elegit

Num.11. ſeptuaginta uiros prudentes. Quanuis non ignorem B. Ignatium S. Iohannis diſcipulum, dare aliam collationem in quadam epiſtola ad Smyrnenſes, quum ait: Omnes epiſcopum ſequimini, ſicut Chriſtus Ieſus patrē, preſbyteros ſicut apoſtolos, diaconos autem uenerамini ſicut dei mandato miniſtrantes. Multo plura ibi habentur de dignitate, ſublimitate & ueneratione epiſcoporum. At hinc obijciat aliquis, quomodo conueniat, quòd Ignatius presbyteros apoſtolis confert, quorum ſucceſſores nos diximus eſſe epiſcopos? Facile hoc diſſoluitur: nā ſi epiſcopi con-

Epiſcopi ſucceſſores Chriſti & apoſtolorum.

ferantur Chriſto, quod hic Ignatius facit:ipſe enim epiſcopus eſt animarum noſtrarum, ipſe ille epiſcopus eſt, qui per ſanguinem ſuum intrauit in ſancta ſanctorum. Hinc nemini mirũ uideri debet, presbyteros ſucceſſores dici apoſtolorũ, licet Ignatius non dicat eos in locum apoſtolorũ eſſe ſuffectos, ſed ſequendos & uenerandos. 1. Petri. 2. Heb. 9.

Hoc quoque expendendũ eſt, quod Ignatius tres diſtinctos ordines commemorat, epiſcopos, presbyteros & diaconos: nam inde euincitur, epiſcopatum peculiarem & ſublimiorem eſſe ordinem ſuper presbyterium. Deinde licet Lucas alibi referat diaconos electos à plebe, tamen præclare hic teſtatur Ignatius eos dei mandato ſeruire. Actu. 6.

2. Conſtat hoc etiam ex perpetua apoſtolorum conſuetudine. ita enim Timotheus & Titus ordinati à S. Paulo, alios potuerunt ordinare & conſtituere presbyteros, dummodo curarent ne cui nimium leuiter imponerent manus, ſicuti non male intellexit Ambroſius, quando Paulus Titum, Lucam & Timotheum commemorans, Titum uocat ſocium ſuum, quia & ipſe erat epiſcopus. Patet idem ex ſeptimo canone apoſtolorum, qui ſic habet: Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, nequaquam ſeculares cauſas adſumat. Et canon octauus: Si quis epiſcopus aut presbyter aut diaconus ſanctum paſchæ diem ante uernale ęquinoctium cum Iudæis celebrauerit, abijciatur. Rurſus canone 15. ſic habetur: Si quis presbyter aut diaconus, aut glibet de numero clericorum, relinquens propriam parochiam, pergat ad alienam præter epiſcopi ſui conſcientiam, hunc ulterius miniſtrare non patimur. 1. Tim. 4. 2. Cor. 8. Canon. 7. Canones apoſtolorum.

Canones autē illos eſſe receptos teſtatur Iſidorus, qui ait eos approbatos ſynodali autoritate. Idem teſtatur S. Zepherinus, & approbati fuerūt in ſexta ſynodo, c. placuit, c. ſexagintta, ſicut meminit Gratianus, c. placet. diſ. 16. D. Iohannes Chryſoſtomus quoq; plurimum fidei & autoritatis tribuit illis.

Vide primatū Peteri li. 3. c. 32

Præterea manifeſtum fit hoc ipſum & ex beato Dionyſio Pauli diſcipulo, qui nō tantum trium iſtorum ordinum facit mentionem, ſed & ordinationē ſingulorum commemorat, atq; de epiſcopis ſic inquit: Pontificum ordo ſacratior, primus eſt diuina ſpeculantium ordinum, idemq; & ſummus & ultimus, quippe in quo definit & impletur ſacerdotij noſtri diſtinctio oīs. Et probat: Porro pontificalis ordinis uirtus in ſacris omnibus diſtinctionibus capitur, & per oēs ſacros ordines operatur propriæ hierarchię myſteria. Et inde: Etſi à ſacerdotibus perficiūtur quędā uenerabilia ſigna, nunquam tamen diuinam regenerationem ſine ſacratiſſimo conſummabit unguento, neque ſacroſanctæ cōmunionis ſacramenta perficiet, niſi ſignis tanti myſterij altaribus uenerandis impoſitis: ne ipſe quidem ſacerdos erit, niſi pōtificalibus officijs ad hoc fuerit promotus. ut ſic pateat cōſtantiſſime, ſemper fuiſſe in eccleſia diſcrimen inter epiſcopos & ſacerdotes: deinde penes epiſcopum iugiter manſiſſe peculiaria quędam officia ſacerdotibus non permiſſa. diſcrimen quoque illud non eſſe confundendum, docet idem in epiſtola ad Demophilum, ſicut ab initio induximus.

De eccleſ. hierar. c. 5 par. 1.

Epiſcop⁹

Affirmat hoc ipſum & Philo, qui beatum Petrū Romæ uidit, cū eo loquutus eſt, & prædicantem audiuit, ſicut teſtatur Euſebius: is enim librum ſcripſit

de uiris apoſtolicis:(de uita contemplatiua ſupplicū, Li.2.c.16 quod uidelicet cæleſtia contemplentur & ſemper de 2.17. um orent,ut inquit Hieronymus.)Ait ergo Euſebius eum in iſto libro ſcribere,quō diaconi & presbyteri officia ſua perficiant,& quid ſit ſuper omnia cathedra epiſcopalis ſublimitatis & dignitatis.

Quumq́ aduerſarij noſtri multum innitantur uerbis B.Hieronymi ad Euagrium,ſicut eum ipſum citauimus ſuper diſcrimine epiſcoporum à presbyteris,ſcribens enim ad Nepotianū, quanuis inſolentiam reprehendit epiſcoporum,contemnētium præ ſe presbyteros,tamen differentiam inter eos conſtituit,dicens:Eſto ſubiectus pontifici tuo, & tanquā animæ parentem ſuſcipe.Et inde:Quod Aaron & filios eius, h oc epiſcopum & presbyteros eſſe nouerimus,unus dominus,unū templum,unus idemq́ cultus.Quæ uerba oīno refellunt ueteres nouosq́ erro res,qui dignitatem epiſcopalem reijciunt, quoniam dixerat Hieronymus Nepotianum debere ſubditū eſſe pontifici.id inde probat exemplo Aaronis & filiorum eius:ſi autē ad libros Exodi & Leuitici recurrimus,tunc ſane uidemus Aaronem ſummum fuiſſe Exodi.29 Leui.8. ſacerdotem, & filios eius inferiores, hocq́ adeo manifeſtū fit ex tribus, quia ſcriptura ipſum & ſucceſſores ſuos ſemper appellat ſummos ſacerdotes,deinde ſolus ille decentius ueſtiebatur & magnificentius ex præcepto dñi:adhæc in Leuitico patet, Aaronen etiam unctum fuiſſe in capite, quum interim in Exodo legamus filios eius tantum unctos in manibus, Exo.18. ſicut in hunc uſq́ diem obſeruatur,& nos infra breuiter aperiemus.Ideoq́ pręclare dixit Hugo:Vnctio capitis peculiariter ad epiſcopum pertinet, unde re-

Pſal. 44. cogitet illius ſe eſſe uicarium, de quo ſcriptum eſt:
Pſalm. 132. Vnxit te deus oleo lætitiæ. quamobrem in ordinati one epiſcopi canitur hic Pſalmus: Sicut unguentum in capite, quod deſcendit in barbam barbam Aaron, quod deſcendit in oram ueſtimenti eius, quoniã ibi mandauit dominus benedictionem & uitam uſque in ſeculum: quemadmodum & ſuprà locum hunc al legauimus.

Adhuc autem uerbis B. Hieronymi paulo diligentius præmonendi ſunt epiſcopi, ut ne nimis contemnat ſacerdotes, dum Aaroni & filijs eius comparat epiſcopos atq; ſacerdotes. Amare igitur debent epi-
In epiſcopos. ſcopi presbyteros, non eis quoslibet præferre uenatores, aſſentatores, muſicos & mimos, ſed diligãt eos ut filios, quemadmodum Aaron dilexit filios ſuos ſacerdotes. (extende, quia campũ habes ampliſſimum cõtra quoſdam epiſcopos noſtri ſeculi, qui parum reuerenter tractant clerum etiam doctum & bene meritum.)

3. Communi hoc conſenſu ſemper eſt obſeruatum in eccleſia, ut mera iam ſit malitia, quod Lutherus & eius magiſter Vuiclef auſi ſunt hoc inficiari.
De primatu petri. Volens hic obmitto Anacletum (uide c. in nono diſ. 21. & quando Lutherus pro ſolita temeritate auſus fuerit eum reijcere, tamen nos uindicauimus eum ab illius iniurijs, lib. 1. c. 25.) ſimiliter & Anicetũ, q idem affirmant quod nos iam ante induximus ex Beda,
Leo papa Hugone & alijs. Leonem tamen magnum prçterire non poſſum, qui ſcribens ad Anaſtaſium epiſcopum Theſſalonicenſem, quomodo etiam ſubdiaconi non debeant uxores ducere, (in codice canonũ cuius me minimus in lib. de primatu Pe. li. 1. c. 20. habet ca. 54.)

ſubdit: Quod ſi in hoc ordine, qui eſt quartus à capite, dignum eſt cuſtodiri, quanto magis ſeruandũ eſt, ne aut Leuitico aut presbyterali honore aut epiſcopali excellentia quiſquam idoneus æſtimetur, qui ſe à uoluptate uxoria necdum frenaſſe detegitur? Ecce quàm manifeſte hinc patet ex uerbis Leonis, ordinẽ ſubdiaconorum eſſe quartum, unde oportet tres alios eo ſuperiores eſſe, diaconorum ſcilicet, presbyterorum & epiſcoporum. Atq; hoc ſane noſtrum eſt inſtitutum, ut doceamus dignitatem epiſcopalẽ q̃q; eſſe ordinem (uel potius ipſam ordinationem, ne qs Corycæus auſcultet) amplius hic non placet inſiſtere, quanuis poſſent adhuc multa ex ſacris literis & doctoribus induci, quæ tamen faſtidium forſitan ingererent pijs & catholicis hominibus nihil ſuper hac re dubitantibus, ſicuti in hoc nemini Chriſtiano eſt dubitandum.

Quapropter obmiſſis ſcripturæ & patrum teſtimonijs, ſimul atq; cõciliorum decretis, obiter enim nũc ſuccurrit, quàm omnino prudenter & circunſpecte prouiſum ſit, ut epiſcopus à tribus, presbyter ab unico tantum ordinetur, unde ſatis cõſtat, magnum eſſe utriuſque ordinis diſcrimen. (uide cano. apoſt. c. 1. & 2. canones Anacleti. c. 1. canonem concilij Niceni 4. canonem concilij Niceni 59. cum multis alijs ſimilibus) imò Euſebius refert hunc modũ obſeruatum in conſecratione epiſcopi primi Hieroſolymitani, unde forma poſteritati ſit data conſecrandi epiſcopos. Res eſt plus quàm in aprico, ideo nolo eſſe diffuſior. Vnum hoc obmittere non poſſum, ut ſententiam illam meam propoſitam, ſed quid dico meam?

Tres conſecrent epiſcopos.

quum ſit deciſio totius eccleſiæ, ſicuti ſatis declaraui mus, rationabilibus cauſis confirmem: quoniam epiſcopus pręſtare poteſt & exequi opus in eccleſia alijs ſacerdotibus non permiſſum, ut confirmare, tēpla, altaria, & ipſos quoq; ſacerdotes conſecrare. Quum ergo poſſit opus ꝑficere ſpirituale in corpore Chriſti myſtico, q̄d nō quilibet poteſt præſtare ſacerdos, ſequitur eum illud facere uirtute ordinis epiſcopalis: nam cui tandem poterit iſta poteſtas attribui? Ad hæc epiſcopus etiam excōicatus ſiue depoſitus, quā uis neminem debeat ſacris initiari, ſi tñ hoc tentat, erit ille utique conſecratus: confert enim ordinem, ſed non exequutionem ordinis. Idque non aliunde ꝓ uenit, niſi quod ei in ſua epiſcopali ordinatione, ſicut & in alijs ordinibus cunctis imprimitur animæ illius character indelebilis, de ord. ab eo qui renunc. epiſco. nam ſi epiſcopum eſſe, dignitas foret tātum ſiue iuridicialis poteſtas, poſſet tūc id omne ſimul auferre papa, ita ut etiā ſi tentaret aliq̄d facere, tñ nihil faceret: ſed ſicut presbyter licet excōicatus, uel in interdicto cōſtitut⁹ uel degradat⁹, ut loquūt uulgo, tñ ſi tentat cōſecrare, cōſecrat, ita ut epiſcopus ordinat.

Damaſ. ad epiſcopos Aphric.

Præterea ordo epiſcopalis iterari non poteſt, ita ut q̄s ſemel ordinatus in epiſcopū, rurſus ordinaretur, idq; fit propter characterem q̄ deleri non poteſt.

Poſtremò etſi plures ſint etiā in epiſcopali dignitate gradus: ſunt eñ q̄dam epiſcopi tñ, ut Auguſtanus, Herbipolenſis. Alij archiepiſcopi, puta Moguntinus, Treuirenſis. Alij primates, ut Madeburgeñ. per Germaniam, Lugdunenſis in Gallia. Alij patriarchæ, qui fuerunt ab initio tres, Romanus, Alexandrinus, & Antiochenus: nunc autem ſunt quinq;, additis eiſ-

am Conſtantinopolitano & Hieroſolymitano: atq; ex iis ſupremum locum obtinet Romanus: quanuis ergo plures ſint epiſcoporum gradus, tamen omnis ille ordo unicus eſt tantum.

4. Ridebunt autem hæc neochriſtiani ſat ſcio, qm̃ negant characterem, quẽ conſtanter affirmat ecclesia imprimi in tribus ſacramẽtis, in baptiſmo, confirmatione & ordine: unde hęc ſacramẽta in uno iterari & repeti non poſſunt, quod diffuſe oſtendimus ſupra in materia baptiſmi, qñ induximus Paulum ad Epheſios 1. & 4. cum expoſitiõe B. Hieronymi, Athanaſii, Brunonis: ſimiliter & Iſaiam ca. 66. Dionyſium, Damaſcenum & Auguſtinum in quatuor locis. Hic tantum illum Pauli locum ad Corinthios latius tractabimus, quum ait: Qui confirmat nos uobiſcum in Chriſtũ, & q unxit nos deus, & q ſignauit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris. Character probatur. 2. Cor. 1.

Quę uerba Pauli ſi expẽdamus diligentius, inuenimus utiq; characterem trium illorũ ſacramentorũ, iuxta expoſitionem Haymonis. Nã quum ait, Qui confirmat nos, ſignificat ſacramentum confirmationis: quum addit, Qui unxit nos, intelligit baptiſmũ, in quo nõ ſoli reges & ſacerdotes unguntur, ſed oẽs in uniuerſum Chriſtiani exterius inunguntur, & interius cum gratia ſpiritus ſancti: unde & illi oẽs ſpiritualiter ſunt reges & ſacerdotes, ſicuti ſupra ex Petro induximus. Quũq; ſubdit Paulus, Qui ſignauit nos, reſpexit ad ſacramentum ordinis, ſiquidem quando dominus dixit ad apoſtolos, Sicut miſit me pater, ita ego mitto uos, ibi ſignum ſuum poſuit in eis, & pignus ſpiritusſancti dedit in corda illorum, iuxta illud Hieronymi, q dicit: Quoniam iſtud ſignatur, q̃d

aliquid intrinſecus continet precioſum, ſignauit autem nos deus, ideoq́ quia corda fidelium conſignãtur, argumentum euidens eſt, in eis contineri aliqd precioſum. Ambroſius paulo diuerſo nomine rem eandem exprimit, transſcriptionẽ enim uocat, *neq́* aliud intelligit niſi characterem, quum ait: Baptizati ſunt hæredes dei, quia trãſcribitur in eos gratia dei: cohæredes autem ſunt Chriſti, quia renouantur in uita ipſius. Et ſi nihil aliud haberemus quàm uerba Auguſtini libro 2. cap. 13. contra Parme. deberent ea cuiq́ Chriſtiano ſatisfacere: quum enim duplicem ſimilitudinem induxiſſet de hoc charactere, alteram de imagine quæ inſculpitur monetæ, alterã de ſymbolo militari, adiungit: An forte minus haberent ſacramẽta Chriſtiana quàm corporalis hæc nota, quũ uideamus nec apoſtatas carere baptiſmate, quibus utiq́ per pœnitentiam redeuntibus non reſtituitur, & ideo amitti non poſſe iudicatur?

Multa ſubijcit de hoc ſigno, quõ maneat & in malis ad damnationem, & in bonis ad remunerationẽ. Vt autem rem hanc tandem finiã, nemini ſane Chriſtiano dubium eſſe debet, ſe in baptiſmo & confirmatione accepiſſe characterem ſignum hoc ſpiritale, perpetuo in anima ſua duraturum. deinde non minus oportet ambigere, ordinationem ſacerdotum, epiſcoporum & aliorum, eſſe ſacramentum, quo ſeparantur ordinati à laicis, ne ſit confuſio inordinata in eccleſia, ſicut inducere conatur Lutherus. Longe enim aliter docuit nos Paulus, dicens: Donationes habemus differentes, ſiue propheriam ſecundum rationem fidei, ſiue miniſterium in miniſtrando, ſiue qui docet in doctrina &c. Ecce quomodo Paulus ue
Rom. 12.

lit differentiæ nonnihil eſſe oportere inter Chriſtianos, quũ interim Lutherus conetur uniuerſum Chriſtianiſmum redigere ſub unicum ordinem ſacerdotum: differentiam autem illam ordinibus cõſtitui teſtatur Ambroſius, quum ait: Gratiam dari ordinato, ſignificat per prophetiam & manuũ impoſitionem. prophetia eſt, qua eligitur quaſi doctor futurus idoneus. Manus uero impoſitiones ſunt uerba myſtica, quibus confirmatur ad opus electus, accipiens autoritatem teſte conſcientia ſua, ut audeat uice domini ſacrificiũ deo offerre. (uide illud quod addit, uice domini ſacrificium offerre.) Quapropter credere nos conuenit ſpirituiſancto, qui manifeſte nos in ſacris literis diſtinctos grad⁹ & ordines docet eſſe miniſtrorum eccleſiæ. Inde quoq; profuſis dominum precibus rogemus, ut illi ſedulam & diligentem gerant eccleſiæ curam, gratia nimirum diuina adiuti atq; ſuffulti, q̃ poſſint fideles regere, ut ſic presbyteri ſimul cum ſubditis uita tandem perfruantur æterna, Amen. Super. 1. Tim. 4.

HOMILIA SEXAGESIMAoctaua, de ordinatione epiſcopali.

Pro patribus nati ſunt tibi filij, conſtitues eos principes ſuper omnem terram. Pſalm. xliiij.

INcõparabilis eccleſię doctor, & ꝓpugnator inuictus Auguſtinus, in illo ampliſſimo opere quod edidit ſuper explicatione Pſalmorũ, dum uerſum iam inductum exponit, ſic ait: Genuerũt te apoſtoli, ipſi miſſi ſunt, ipſi prædicauerunt, ipſi patres. ſed nun

quid nobiſcum corporaliter ſemper eſſe potuerunt? ergo illorum diſceſſu deſerta eſt eccleſia?

Abſit, pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. patres miſſi ſunt apoſtoli, pro apoſtolis autem nati ſunt tibi filij, conſtituti ſunt epiſcopi. Hodie enim epiſcopi qui ſunt per totum mundum, unde nati ſunt? Ipſa eccleſia eos patres appellat, ipſa illos genuit, & conſtituit in ſedibus patrum. Non ergo te putes deſertam, quia nõ uides Petrum, quia non uides Paulum, quia nõ uides illos p quos nata es, de prole tua tibi creuit paternitas. Inde in ſ. cõcilio Niceno, in Carthaginenſi quoq; diſcrimen ſemper obſeruatũ eſt epiſcoporũ & presbyterorum, tantiſper dum ſacerdos quidã infelix Aerius eccleſiæ perturbator, dum conabatur fieri epiſcopus, factꝰ eſt hæreticus, negans illam ordinũ differẽtiam, commentus etiam in hoc quoſdam alios perinde impios errores, quos iã olim fortiter impugnauit Auguſtinus.

Aerius hæreticus.

Augu. de hereſ. ad Quoduult

Nunc demum ſectatores iſtius, Vuiclephi & Lutheri, ſuſceptum proſequi conati ſunt laborem, & illos errores nobis inculcare, quaſi ſint ueritati cõformes, quos tamen ipſi ſuperiori homilia ſatis fortiter refutauimus. Hic quoq; antequã ad ordinationẽ epiſcopalem ueniamus, operæprecium uidetur, fucatam hæreticorum obiectionem diſſoluere, nõ qdem per modũ diſputationis, ne ſimplices ſeducantur & auertãtur, nõ ſatis intelligentes quæ ꝓ ſentẽtia eccleſiaſtica, & quæ ꝓ aduerſarijs inferuntur: proinde excludemus errores illos abnegando, dummodo attendant hic catholici, perpetuum hũc eſſe hæreticorum omnium morem, ut uelut uno cõſenſu aduerſentur eccleſiæ. Quamobrẽ Origenes dicit, qa colligauerũt cau-

das,ſicut uulpes Samſonis,& quãuis in hoc cõueniunt, in reliquis tamen nunquã concordant, ſed à ſe inuicẽ ſemper diſcrepant,ſibiq́ ipſis aduerſantur,ſicut & uulpes Samſonis capita à ſe mutuo auertebant. Ita plane ſe res habet circa iſtos tres à deo reiectos hoĩes,Aerium, Vuicleph & Lutherum,niſi quod qui ſequutus eſt, deterior ſemper extitit priori. Aerius enĩ epiſcopalem tãtum ordinationem impuguauit, Vuicleph duos tñ affirmauit ordines,presbyterij & diaconatus, Lutherus ſemel ſimul'q́ omnes reĳcit, negat inſuper ordinem eſſe ſacramentum, quod nõ ſolum ſacris literis,ſed & patribus & ſanctorum conciliorum decretis ex diametro aduerſatur. Iudi. 15. hæretici inter ſe diſſident

2. Quanuis Paulus ad Timotheum ſcribens,tãtum meminit epiſcoporum & diaconorum, admonens illos officij ſui, tamẽ inde colligi nec poteſt nec debet, eo tempore duos illos ordines in uſu tantum fuiſſe, quin potius ratio inſpicienda eſt, cur Paulus in eo cap. duos iſtos ordines tantum commemorat, nec aliquam facit ibi mentionem presbyterij,ſed deinceps in duobus locis. eam porro cauſam Hieronymus ſic exprimit, cum ait: Cur Paulus de presbyteris nullam facit mẽtionem,ſed etiam ipſos in numero epiſcoporum comprehendit? quia ſecundus, imò penè unus eſt gradus,ſicut ad Phil. epiſcopos & diaconos ſcribit,cũ una ciuitas plures epiſcopos habere non poſſit. Quaſi dicat,quia uirtutes epiſcoporũ etiam competunt presbyteris,tanquã in proximo gradu conſtitutis,ideo neceſſariũ non fuit de uirtutibus & officio presbyteri ſigillatim aliquid præſcribere, & ob hanc cognationẽ utriuſq; ordinis Paulus presbyteros etiã nomine epiſcoporum intellexit. ꝓbat Paulus notat duos ordines

hoc inde,ꝙ una ciuitas non niſi unum epiſcopũ habere poteſt,presbyteros plures poteſt habere. Obſerua hunc locum contra hæreticos,qui Hieronymũ in ſuã ſententiam conanť ꝑtrahere,cũ tñ hic expreſſe dicat, quia ſecundus eſt gradus, ita quanuis presbyterium epiſcopali ordini proximum eſt,non tamen unus,ſed pene unus eſt gradus. Præterea uide quod Hieronymus aſſerit temporibus Pauli ordines illos duos fuiſſe diuiſos,epiſcopalem &ſacerdotalem,qm̃ in una ciuitate non quidem plures epiſcopi,ſed multi fuerunt presbyteri.

Aliam adhuc cauſam proponit Ambroſius,ſuper epiſtolam ad Epheſios 4. dicens:In epiſcopo om̃es ordines ſunt,quia primus ſacerdos eſt, hic eſt princeps ſacerdotum,& ꝓpheta,& euangeliſta, & cætera adimplẽda officia eccleſiæ in miniſterio fidelium. Hoc ipſum plane eſt quod & Auguſtinus dicit,maiorem ordinem in ſe continere etiam minores:ſiquidẽ ſacerdos in eccleſia(quod etiam nunc fit)poteſt officio fungi diaconi,lectoris, exorciſtę.Itaque quando Paulus in loco ſupra citato non meminit officij ſacerdotalis,uult hũc gradum in ſuperiori qui illum in ſe concludit,intelligere.

Tertiam inſup rationem ꝓponit Ambroſius in eodem loco,cum ait:Poſt epiſcopum diaconatus ordinationẽ ſubijcit. Quare? Niſi ꝗa epiſcopi& presbyteri una ordinatio eſt,uterque enim ſacerdos eſt,ſed epiſcopus primus eſt:nam quilibet epiſcopus etiam ſacerdos eſt,ſed nõ oĩs ſacerdos etiam epiſcopus eſt. docet inſuper Timotheum quoq; fuiſſe epiſcopum, eo quod Paulus officium & munus illi iniunxit alios quoq; ordinandi epiſcopos.non decet autem maio-

rem & ſuperiorē ordinari ab inferiori, quoniam nemo præſtat quod ipſe antea non accepit.

In primitiua quidem eccleſia facile cōceſſerim nō perinde omnia cum tanto apparatu, taḿq; ſolennibus cæremonijs eſſe tractata, ſicut poſtea fieri eſt ordinatum, quia primum p̄dicabant & baptizabant, ita ut forſitan uſus tulerat, ſicut teſtatur Ambroſius ſup epiſtolam ad Epheſios, non habita magna ſiue loci ſiue temporis ratione. Quemadmodum & Philippus diaconus non magnopere conſiderauit, quonam die baptizaret eunuchum, & an ieiunaret, ſiue tunc presbyter aliquis interueniret. Ad hæc Petrus neque diaconum aliquem habuit, neq; quadraginta dies expectauit, quando Cornelium baptizauit. Paulus quoq; nihil amplius diſtulit, cum baptizauit cuſtodem carceris. Id adeo in primitiua eccleſia factū ſemper eſt, donec adcreſceret magis, quādo demum officia ordinata ſunt in eccleſia, ſingulisq; officijs ſua tempora deſtinata, & modus certus pręſcriptus, quo fierent omnia. Ephe. 4. Acto. 8.

Cæterū quod Hieronymus in epiſt. ad Euagrium dicit, & inde ſuper epiſtolam ad Titum, Quia idem ſit presbyter qui epiſcopus, & antequam diaboli inſtinctu fierent ſtudia in religione, & diceretur in populis, ego ſum Pauli, ego Apollo, communi presbyterorum conſilio eccleſiæ gubernabātur. poſtquam autem unuſquiſq; eos quos baptizauerat, putabat ſuos, non Chriſti, in toto orbe decretum eſt, ut unus ex presbyteris electus ſuperponeretur cęteris, ad quem omnis cura eccleſię pertineret, & ſchiſmatum ſemina tollerentur. 93. legi. 95. olim. An idem epiſcopus & presbyt.

Ibi non ea eſt Hieronymi ſententia, quaſi uelit or-

dinationem epiſcopi non eſſe ſuperiorem, q̃ cuiuſli-
bet ſacerdotis: ſed hoc dicere uoluit, quomodo in pri
mitiua eccleſia non fuerit diſtinctum illud officium
inter humiles apoſtolos, quando etiam nomina ita
erant permixta, ut iuxta ſuam ſignificationẽ *epiſco-
pi* dicerentur ſacerdotes, & uiciſſim ſacerdotes epi-
ſcopi: dico iuxta ſignificationem, quia presbyter ſe-
niorem ſonat & ſapientiorem, ſicut & ſeniores à ſe-
nio dicti ſunt: epiſcopus autẽ dicitur quaſi ſuperin-
Li. 19. de ci ui dei. c. 19 tendens & ſpeculator, teſte Auguſtino: ſed quia &
presbyteri inuigilare debẽt ſuper populum, poſſunt
etiam illi dici epiſcopi. (ſignificatione ſaltem, à quo
eſt nomen impoſitum.) Verum hæc confuſio iam
olim tempore apoſtolorum è medio ſublata eſt, qa
hæc diſſenſio dicentium, ego ſum Pauli, ego ſum Pe
tri, à Paulo deleta eſt, ad Corin.

Eſtq́ illud in Hieronymo bene ponderandum, qñ
dicit, ex hac confuſione quod nõ erant magiſtratus,
exortas eſſe ſectas & diſſenſiões, ex ijs rurſus blaſphe
mias contra Chriſtum, unde tandem conſtitutus ſit
Actu. 16. ordo inter ſacerdotes. Vellem nunc audire Aerium
aliquem, Vuiclephum aut Lutherum, an dum magi-
ſtratuum ordines tollere conantur, incipiant iſtam
confuſionem rurſus reuocare. Cur autẽ placeret hoc
iſtis rerum omnium perturbatoribus, quod olim
diſplicuit Paulo?

Profecto non apparet iſtos hic aliud uelle, niſi ut
optimas quaſq́ ſanctiones iam inde à Chriſti & apo
Ephe 4. ſtolorũ temporibus in uſu habitas, deſtruant & euel-
lant. Aliter nos docuit Ambroſius, in recepta olim
cõſuetudine obſeruatum, ut ſenior ſemper fieret epi-
ſcopus, illiq́ defuncto ſuccederet is qui proximus ui

deretur numero annorum:ſed quia non omnes hac ſucceſſione ſacerdotes erant ad epiſcopatum idonei, hic quoq; modus tandem ſublatus eſt,&ſtatutum in concilio,ut epiſcopi non ordinarētur reſpectu ſenij, ſed meriti. Vnde & hoc in epiſtola Hieronymi ad Euagrium expēdendum eſt,quod non præcipue ibi tractat,an epiſcopus ſit ſuperior presbytero, ſed illud eius erat inſtitutum,quia animaduerterat quendam diaconum conatum fuiſſe ut ſe æquaret presbytero,hoc nimirum ibi reprehēdit Hieronymus. Atque ut oſtenderet diaconum eſſe inferiorem presbytero,intantum extollit ſacerdotium,ut dicat à principio communem fuiſſe ſacerdotis & epiſcopi appellatiōem.Non diuerſum eſt quod etiam Auguſtinus ſimilem redarguit temeritatē cuiuſdam diaconi Falcidei,qui quoq; ſacerdotibus ſe nitebatur æquiparare,in q.no.& uet.teſt.c.101.

5. Cum itaq; ſatis iam cōſtet,etiam ex ſacrarum literarum teſtimonijs,epiſcopos in ſua ordinatione accipere ſacramentum,gratiæ augmentum, & characterem, cuius inſigne imprimitur animæ hominis in ordinatione à reliquis diuerſum:nonnihil iam differendum nobis eſt,in quonā conſiſtat ordinatio epiſcopalis. Ordinatio epiſcopalis.

Principio tres oportet eſſe epiſcopos,qui aliū cōſecrēt,ſicut & alibi diximus,ex ijs tamen unus quiſpiam eſt præcipuus qui conſecrat,alij tantum ſimul cum iſto conſecrant:inde uſu uenit,ut interdum abbates quibus infulam licet geſtare,& præpoſiti,poſſint locum eorum qui ſimul conſecrant ſupplere:debent autem illi omnes pronūciare uerba, quia inter cætera ſic legi primum ſolet:

Epiſcopum oportet iudicare,interpretari,conſecrare,ordinare,offerre,& baptizare. Atq; hoc eſt q̃d ex Auguſtino iam ſupra induximus,qa ſemp maior & ſuperior ordo includit minorem. Inſuper inungi ſolet quilibet epiſcopus in capite cum chriſmate, ad quam unctionẽ ſic dicit conſecrans: Vngatur & conſecretur caput tuum cæleſti benedictione in ordine pontificali, in nomine patris & filij & ſpiritusſancti. Amen. Pax tibi, Et cum ſpiritu tuo. Mox ad hæc chorus ſuccinit pſalmum illum, Ecce quàm bonum & q̃ iocundum. Huius unctionis cauſam refert Hugo illam, cum dicit: Omnis conſecratio fluit ex ſpiritusſancto, cuius uirtus inuiſibilis in unctiõe chriſmatis ſanctificatur & datur.

Pſal. 132. Hugo fol. 6. c. 13.

Præterea inunguntur illi & manus ſacro chriſmate.(uide hic immenſam eius eminentiam ſup ordinẽ ſacerdotalem.) Ad hanc aũt unctionem ſubdit q̃ cõſecrat, Vngantur manus iſtæ de oleo ſanctificato, & chriſmate ſanctificationis, ſicut unxit Samuel Dauid regem & ꝓphetam, ita ungantur & confirmentur in nomine dei pa tris, & fi lij, & ſpiritus ſancti.

Sciendum quoq;, quod in hac conſecratione epiſcopi imponũt ſup caput eius qui ordinatur, librum euangeliorum, qui in parte poſtica dependeat à capite uſq; ad ceruicem. Neq; uero conſecrans tantũ, ſed & cæteri epiſcopi aſſiſtentes imponere debent manꝰ ſup caput ordinati, ſtatutumq́; adeo id eſt in cõcilio Carthaginenſi quarto. Epiſcopus cum ordinatur, duo epiſcopi ponant & teneant euangeliorum codicem ſuper caput & ceruicem eius. (Menda eſt in quibuſdam libris, ubi pro ceruicem legitur uerticẽ.) & uno fundente ſuper eum benedictionem, reliqui

omnes epiſcopi qui adſunt, manibus ſuis caput eius tangant.

Cæterű cur epiſcopo in ſua ordinatione liber euãgeliorű ponatur ſup caput, ratio hæc quidem ambigua non eſt, ſcilicet ut admoneatur euangelium iugiter & in ſenſu & intellectu ſuo habere: deinde ut meminerit, quantum onus ipſe ſibi hoc munere ſuſcipiat. Epiſcopus enim nomen eſt oneris, non honoris. Ad hæc ſcire debet quilibet epiſcopus, ſibi ſarcinam illam prædicationis euangelicæ undiq; p diœceſim eſſe pferendam, præterea quantum ad ipſum attinet ſciat, eo quod iam ad ſummam ordinationis dignitatem peruenerit, plus ſibi porro ſtudendum, ut ſecundũ euangelium quàm proxime uiuat, illiq; obediat: quapropter etiam epiſcopus non ordinatur, niſi in die dominico, debetq; officium tunc incipi ad horam tertiam diei, quoniam in hoc ordine confertur ſpirituſſanctus, ſicut & apoſtolis datus eſt die dominico pentecoſtes hora tertia. Itaq; cum epiſcopi ſuccedant in locum apoſtolorũ, eadem & die & hora conuenit nunc ordinari epiſcopos, ut teſtatur papa & martyr ſanctus Anacletus. C. epiſ. 23 diſt. Auguſti. li. 19. de ciuit. dei. Par. 3. foli 134. 75. diſt. ordinat.

Inſuper ordinari ſolent & baculus epiſcopalis, & infula, & annulus, & chirothecę. Baculus q̃q; ideo illi traditur, ut meminerit ſe in pœna malorű clementer eſſe debere auſterum. Liber euangeliorum cum ei offertur, dici ſolet, Accipe euangelium & uade. prædica populo tibi commiſſo, potens eſt enim deus augere tibi gratiam ſuam, qui uiuit & regnat cum deo patre in unitate ſpirituſſancti per omĩa ſecula ſeculorum, Amen. Vide Guilelmum in rationali, & Hugonẽ. 9. ordines

4. Audiuiſtis hactenus de nouẽ eccleſiaſticis or- 9. angeli.

dinibus in eccleſia.(cur enim alij ſeptem nominent, ſupra aſſignauimus cauſam) neque uero temere eſt hic numerus, quoniam inde apparet etiâ hanc eccleſiam militantem habere choros nouem, ſicut illa triumphans ſanctorum & angelorum. Atq; ordinati illi in eccleſia non male comparãtur angelis, cũ etiam dicãtur angeli à propheta, cum ait de ſacerdotibus, Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituũ eſt. Hęc etiam ratio ſolida eſt, quare Dionyſius ſimul atq; poſuerat in angelis tres actus hierarchicos, q̃s exercent angeli ſuperiores & inferiores, illuminant eñ, purgant & perficiunt illos, ita ſimiliter affirmat hos actus non diuerſo modo eſſe in eccleſia militante, ubi hierarchæ illi, ſcilicet qui ſupremas tenent officiorum partes, debẽt etiam illuminare, purgare, & perficere inferiores.

Sacerdotes angeli. Mala. 2. De cęl. hierar. c. 3. De eccleſ. hierar. c. 5.

Quanuis autem ſuperiores epiſcopis obtineant dignitates archiepiſcopi, primates &c. dignitates tamen illæ ſunt tantum, & non ſacramẽta, ſicut etiam papa electus, ſi ſit antea epiſcopus ordinatus, amplius nõ ordinatur, ſed & benedicitur ſolũ, & coronat.

Etſi quoque ordo quidam eſſentialis ſit inter baptiſmum & reliqua ſacramenta, ſimiliter inter ſacerdotium & epiſcopatum, ordo tamen huiuſmodi nõ eſt inter reliquos ordines: quanuis enim peccaret aliquis in hoc & fieret irregularis ſi faceret, ordinatus tñ in ſacerdotẽ, etiamſi prius ordines nullos haberet, ordinatus ıñ eſſet, qñ etiam ordines minores in primitiua eccleſia ſpecialiter collati nõ ſunt, licet perinde oẽs ſint à Chriſto inſtituti, ſicut ſupra meminimus ipſi. Ad hæc ſine dubio eccleſia illoꝝ ſpecialem

collationem in uſum nõ adduxit citra inſtinctum & inſpirationem ſpiritusſancti, docentis eam omnem ueritatem, ſicut & papa alicui non exiſtenti epiſcopo poteſt facultatem dare cõferendi ordines minores: quemadmodum infulatis abbatibus, præpoſitis, & de facto conceſſit papa fratribus minoribus, quãdo proficiſcebantur in Tartariam prædicaturi, quãuis illa proprie ſint epiſcoporum officia, quorũ numerantur nouem, ordinare clericos, uirgines ueſtales benedicere, epiſcopos conſecrare, confirmare, tẽpla & altaria dedicare, clericos & ordinatos degradare, ſynodos obſeruare, chriſma conſecrare, ueſtimenta & uaſa ſacrata ad cultum diuinum benedicere, tamen quædam illorum poſſunt etiam inferioribus, q̃ ſunt epiſcopi, conferri. Joh 5.16. Officia epiſcoporum.

Quemadmodũ etiam in primitiua eccleſia quando pauci adhuc erant Chriſtiani, ſufficiẽtes erant miniſtri, exiguo quoque numero, ita ut triplices eſſent tm̃, epiſcopi, ſacerdotes, & diaconi: ſic ea quoque ratio eſt, cur iam ordines quatuor minores uno conferuntur die: quia quum ampla iam facta eſſet Chriſtianorum congregatio, populusq́; tum ſæpe cũ ingenti gaudio ſacramẽtũ corporis Chriſti ſumeret, oportebat quadruplices adeſſe miniſtros. nunc uero cum refrixerit charitas multorũ, & deuotionis gaudiũ immutatum longe, ut bona pars toto uix ſemel in anno ſuſcipiant ſacramentũ, iamq́; neochriſtiani uix in multis annis meminerint illius, ideo tãta miniſtrorũ multitudine iam porro nõ indiget eccleſia ad ſacramentorum adminiſtrationem, ideoq́; in ſuperiorib⁹ ordinibus ordinatus, poteſt minores ordines exequi commode. Sic cum quis ſecum ipſe reputat tantam 4. ordines ſimul cõferuntur. Ceſſat actio 4. ordinum.

defectionem Chriſtianæ diſciplinæ, charitatis & deuotionis, uel ſic ſaltem cogetur ad concipiendum ſibi uere pium affectum, & ad admirandum, Cur fiat, q̃d non ſeuerius utatur deus uirga ſua in puniendo peccato, q̃ nunc facit. Eſt quod hic nonnulla inducã uerba ex epiſtola S. papę Cornelij, quã ſcripſit ad Fabianũ epiſcopum Antiochenũ, cuius meminit & Euſebius de hæretico Nouato, q nõ raro apud ſuos deierauerat, ſe non ambire epiſcopatum, & tamen illius deſiderio fecit ſe à tribus alienis ac peregrinis epiſcopis ordinari. dicit ille, Nouatus qui ꝓprie ſibi uendicabat euãgelium, neſciebat in catholica eccleſia unũ epiſcopum eſſe debere, ubi uidebat presbyteros eſſe quadraginta & ſex, diaconos ſeptẽ, ſubdiaconos ſeptem, acolythos quadraginta & duos, exorciſtas & lectores cũ oſtiarijs quinquaginta & duos, uiduas cũ indigentibus 1500. quos oẽs deus alit in eccleſia ſua.

Euſebius lib. 6. c. 33.

Ecce quomodo tunc temporis erat adhuc Roma infidelis, & tyrãnus iſte Decius Chriſtianos grauiter affligebat, & inauditis ſupplicijs pſequebatur, ita ut nullus pro Chriſtiano habitus, auderet palam ambulare, quando ab eo occiſi tunc erant Fabianus papa, Cyprianus q̃q; ſub illo, & hic ipſe Cornelius, Sixtus, Laurentius, & ipſa martyr glorioſa & inuicta Apollonia, aliiq; innumeri Chriſtiani diuerſis tormentis ſunt interfecti, Romæ tamen cum hoc papa Cornelio fuerunt miniſtri eccleſiæ ordinati 144.

Euſebius lib. 9. c. 31.

Cum ergo deus bonum ſummum exiſtat, ſic & creator noſter & conditor & gubernator & ſuſtẽtator & redemptor, merito illi deferendus eſt cultus oĩm ſummus: ſic enim ipſe dicit, Si ego dñs ueſter ſum, ubi eſt honor meus? ideo ſibi iam olim in ueteri teſta-

Mala. 1.

mento delegit uniuerſam tribum Leui, ad exequendum cultum diuinum: quanto plures nunc conuenit eſſe, qui cultum dei proſequantur & perficiant, non tãtum ad gloriam dei, ſed & propter noſtram imbecillitatem & fragilitatem, ut ſic per illos porrigantur nobis ſacramentorum remedia, ideoq́ bene meminerint omnes clerici officiorum ſuorum, ſuamq́ uitam optime componant, quomodo uelint & poſſint rationem de omnibus reddere: ſic quilibet ordinatus, ſtudeat tantum habere ſcientiæ, quantum ſuę conuenit conditioni, quoniam officium eorum eſt docere populum, qui & legem dei requirat ex ore eorum. Quapropter Paulus Timotheo commiſit diligenter illud, dicens: Attẽde lectioni, exhortationi, doctrinæ, inſta in illis. Ideo quoq; in concilio Toletano quarto ſatis proſpectum & cautum eſt, ut ſciant omnes ſacerdotes literas ſacras, norint & ordinationes eccleſiæ, omnis quoq; corũ ſtatus conſiſtat in pdicatione & doctrina, ut ſic ſcientia fidei ædificent q̃ plurimos & bonorum operum diſciplina, ca. ignorantia, diſtinct. 38. Quod ſi autem nolint ſacerdotes docere ſecundum ſuæ tum ordinationis tum conditionis neceſſitatem, dicet illis dominus iſtud per ꝓphetam Oſeam: Quia tu repuliſti ſcientiam, repellã te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Profecto quicunque in ſpiritualibus præſunt, ſarcinam geſtant onuſtam & grauem, quia redimitos eſſe illos oportet ſanctimonia uitę & integritate doctrinæ, ſicut ipſe ad apoſtolos Chriſtus dixit: Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant opera ueſtra bona, & glorificent patrẽ ueſtrum q eſt in cælis. Maxime uero quilibet ordinatus cogitare debet iam publicum ſe eſſe mini-

Mala. 2. 1. Tim. 4. Oſee. 4. Mat. 5.



IN ultimum ſacramentoꝝ locum ſeruauimꝰ nobis dilectiſſimi hoc ipſum matrimonij ſacramẽtum, de quo tamen animus nobis non eſt diſſerere pleniſſime, & circa omnia euagari,quoniam id & ꝓlixum & moleſtum nimis fuerit, ſatisq́ ea oĩa dilucide ſunt à ſan- Boethius
ctis patribus deſcripta,quibus nolle præbere fidem, extremæ ſtultitiæ erit argumentum. Tantum ergo hic explicabimus ad omnium Chriſtianorum præmonitionem,quantam aduerſus hoc quoque ſacramentum exerceant temeritatem neochriſtiani, dein de pio animo oſtẽdemus,quibus modis quilibet catholicus poſſit ſibi ab huiuſmodi erroribus cauere. De matrimonio itaque præclare inquit Hugo libro ſecundo par.11.ca.1. Quum omnia ſacramenta poſt & quidem ꝓpter peccatum cœperint,ſolum matrimonium eſt inſtitutum ante peccatũ,non tñ in remedium,ſed officium tm̃ ſiue miniſterium.deus eñ autor & inſtitutor eſt matrimonij,quando creauit mulierem in adiutorium uiri,ut magis dilataretur genꝰ humanum,ſicut in ſpiritu cognouit hoc Adam, cuiꝰ gratia mulier eſſet creata,quũ dixit: Hoc nunc os ex Gene.2.
oſſibus meis,& caro de carne mea.ideo relinquet ho Mat.19.
mo patrem & matrẽ,& adhærebit uxori ſuæ,& erũt duo in carne una:quapropter dominus Ieſus nuptias in Cana Galilææ non corporali tantũ p̃ſentia,ſed Ioh.2.
& miraculi exhibitiõe uoluit cohoneſtare & approbare. Vnde ſatis cõſtat,coniugium & bonum eſſe & originem habere à Deo,nemo enim cogitare debet Adamũ inſtituiſſe matrimonium, ſed deus Adã ad-

Gene.2. huc dormientem illuſtrauit intrinſecus, & inſpirauit cognitionem diuinę ſuæ uoluntatis, quam rationem matrimonij uellet eſſe inter coniuges. Sequitur quod uinculum uoluntarium magis ligare poteſt, q̃ naturale: nam quis oſtendere poteſt inter homines uinculum firmius, & minus diſſolubile q̃ ſit inter patrem & filium, inter matrem & filiam? uinculum autem matrimonij quanuis liberum & uoluntarium, ſuperat tamē illud naturale: quoniam relinquit homo Gene.2. patrem & matrem, adhærens interim uxori ſuæ.

Ad hæc ſequitur inde, matrimonium habere tria tempora, unum in paradiſo, ſecundū qñ iam expulſi ſunt ꝓtoplaſti ex paradiſo, tertium nunc tandē ſub gratia & euangelio. Pulchre dicit Auguſtinus ſuper Geneſ. de nuptijs ad Valerianum: Quod ſanis fuit in officium, infirmis factum eſt in remedium.

Sani adhuc erant Adā & Eua in paradiſo, ſine om̄i ęgritudine animarū, qñ erat thorus immaculatus, ho-Heb.3. norabile coniugium, concipiente tunc Eua ſine om̄i inordinata cōcupiſcentiæ accēſione, & pariente ſine dolore, atq; hoc ad incremētum generis humani tm̄ uergebat, ſicut p̄cepit eis dn̄s deus in paradiſo.

Augu.ibi. Sed poſt Adæ lapſum infirmitas incontinentiæ q̃ eſt in carne per peccatum mortua, ne cadat in ruinā flagitiorum, excipitur honeſtate nuptiarum, quoniā propter peccatū adhæret membris noſtris lex p̄uerſę iſtius & lætalis concupiſcentiæ, ſine qua nō fit car-Rom.7. nalis commiſtio: uerum quando ſupuenit dominus Matt.19. Ieſus, ille etiam ſacramentum ex eo fecit, atq; ſententiam Adę confirmauit, libellos diuortij coniugibus ā Moyſe admiſſos ſuſtulit, & marito iniunxit, ne relinq̃t uxorē ſuā niſi cauſa ſtupri. Promulgauit hoc idē

apoſtolus Chriſti Paulus,ſic dicens ad Epheſios: Sacramentum hoc magnum eſt,ego aũt dico in Chriſto & eccleſia &c. Ephe.5.

Aue Maria.

Euangelium Matthæi XIX. Acceſſerunt ad Ieſum phariſæi,tentantes eũ & dicentes: Si licet homini &c.uſq;, qui poteſt capere, capiat.

Non eſt animus uniuerſam huius ſacramenti materiã euoluere,ſicuti iam inde ab initio ꝓpoſuimus, ſed ea tantum ꝓponere,quæ in controuerſiam à ueteribus pariter & nouis hæreticis ſunt rapta: prima enim eorum fuit hæreſis, qui dixerunt matrimonium & prohibitum eſſe & iniuſtum,atq; adeo peccato non carere,ita ut oẽs tum coniugati,tum ad coniugium aſpirantes,eo ipſo facto peccent mortaliter. In eo errore fuerũt,teſte Auguſtino,Taciani & Marcionitæ, qui affirmarunt opera coniugij eſſe peccata,quotieſcunq; fiant. Non autem ita diu durauit hęc hæreſis,eo ꝙ ex diametro repugnat ordinationi diuinæ,ſacrisq́; literis, & humanæ tum rationi tum politiæ atq; conuictui. matrimonium enim à Deo ante peccatum eſt inſtitutũ, ſicut antea induximus: poſt peccatum quoque præceptum eſt ſeruari,qñ poſt diluuium dominus deus latam iam antea legem renouauit,dicens: Creſcite & multiplicamini. Confirmauit inſuper præceptum hoc dñs in nouo teſtamẽto, plane ibi ꝓfeſſus coniugale uinculum eſſe à Deo,quũ ait: Quos deus coniunxit, homo nõ ſeparet. Ad hęc, ſi peccatum adnexum haberet contractio matrimonij,Chriſtus utique illud ſua præſentia non cohone-

Marcionitę ꝯ matrimonium.

Gen.2.9.

Matt.19.

Iohan.2.

coniugium,ut iſti mentiuntur turpiter,eſtq́ ea fauil la adhuc reliqua à uetuſtiſſimo iſto in cendio q̊d excitauit Manichæus,uolēs omnium rerum corporalium & uiſibilium principium eſſe diabolum. aliter nos edocti ſumus ex fide,nanq; ipſe deus creauit cælum & terram, atq; quicquid in ijs continetur. inde inſtituit cōiugium,quod ipſe poſtremo Chriſtus cōfirmauit. Quos eñ deus cōiunxit,homo ne ſeparet. Gen. 1. 2 Matt. 19.

2. Altera hæreſis fuit Montani,ſicut commemorat Auguſtinus. ille enim primum & unicum inter duos tantum admiſit coniugium, peccatum fore ratus,ſi quis uiduus aut uidua ulterius contraheret. In eum errorē prolapſus eſt maximus alioquin uir Tertullianus iam quoq; grandæuus, tantum ex inuidia qua ducebatur aduerſus presbyteros Romæ,ut teſtatur beatus Hieronymus de uiris illuſt. & ad Tertullianum. deinde quemadmodū fieri ſolet,ſi rumpas & eruas ſudem,reliquis etiā facile patet elapſus,ita hic Tertullianus ex uno errore incidit in alium. ſtatim enim incidit in errorem Valentini,Milliariorum & Aeonum,ſimiliter quoq; de prophetijs Montani, q̄s ille conſtanter uoluit tueri,& in alijs ſimili modo. Quapropter Hieronymus præmonet diligenter lectorem librorum Tertulliani,ut inde quę bona ſunt, ſibi deligat,mala euitet. Et quum Heluidius induceret dictum Tertulliani de perpetua uirginitate cōtra Hieronymum,infert ille ſtatim: De Tertulliano nihil amplius dico,quàm eccleſiæ hominem nō fuiſſe. Montanus cont. bigamiam. Tertullianus lapſus. Ad Tranquil. Cōt. Hel.

Sup ea re Auguſtinus q̊q; ſic ſcribit ad Quoduultdeum: Tertullianus tranſiens ad Cataphryges,quos ante deſtruxerat,cœpit ſecundas nuptias contra apoſtolicam doctrinam tāquam ſtupra dānare,& poſt- Para. 86.

modum etiam ab ipſis diuiſus,ſua conuenticula propagauit. dixit enim, animas hominũ peſſimas poſt mortem in dæmones uerti,ſtatum autem animæ credidit per traducem propagari.

Addit etiam,tempore ſuo errores iſtos Tertullia ni exoleuiſſe in Carthagine,ita ut congregationes quæ ibi fuerunt, templa ſua catholicis tradiderint occupanda.

Quanuis ergo bigamia,maxime infra tempus annuum demortui primi coniugis,non magnam mereatur laudẽ,unde & Hieronymus fortiter diſſuadet hoc uiduæ Gerontiæ,ne denuo nubat: narrat ibi quō fuerunt duo coniuges,ex quibus maritus antea habuerat uxores duodecim,ipſa quoq; uxor totidem maritos(niſi me memoria fallit)iamq; admirantibus cũctis,uter coniugum prius moreretur,contigit ut antea mortua ſit uxor, hinc uniuerſa ciuitas maritum comitata eſt ita coronam geſtantem in capite,& funus ſiue pheretrum uxoris defunctæ præcedentem.

Vir vxores 12 et Vxor [illegible] maritos habuit.

Vidua nō ſtatim nubat.

Etſi iam ſtatus uidualis ſit utiq; honeſtus & magis placens deo quàm coniugalis,ſi modo ſtudeat uidua exornare ſe uirtutibus, quemadmodum Iudith fecit, ſi ſit ſedula in orationibus & ſperans in deum, iuxta Pauli præceptũ,& exemplũ Annę filiæ Phanuelis,quæ uidua fuit uſq; ad annos octoginta quatuor, non recedens à templo,ſed ſeruiens deo in orationibus & ieiunijs noctes & dies.

Iud. 8.

1.Tim.3.

Luc.2.

Ad hæc pertinet,ut ſit honeſta in conuerſatione & ueſtitu, non contentioſa, neq; blaſphema,nec temulenta & ebria.

Tit.2.

Nemini tamen præceptum hoc eſſe conuenit, in uiduitate manere, niſi qs uouerit ipſe. aliàs ſeruetur

regula Pauli,melius eſt nubere quàm uri. undiq; etiã permittit hoc Paulus, quod mortuo altero coniuge, liberum ſit alteri cõtrahere rurſus,quamobrem grauiter adeo inuehitur Hieronymus contra Tertullianum,& ait: Scripſit & Tertullianus de monogamia librum hæreticum, quem Apoſtolo contraire, nemo qui Apoſtolum legerit,ignorabit:nõ quòd Apoſtolus cogat homines ad ſecundas nuptias,ſed quia indulget neceſſitati carnis. 1.Cor.7 Hier.ſu per Tit.1.

Quod autem ſecundas nuptias admittat Paulus, manifeſte ex eo patet quod dicit: Mulier alligata eſt legi,quanto tempore uir eius uiuit.quod ſi dormierit uir eius,liberata eſt,cui autem uult,nubat tantum in domino.beatior autẽ erit,ſi ſic permanſerit ſecundum meum conſilium.puto autem quod & ego ſpiritum dei habeam. 1.Cor.7.

Ecce quàm aperte Paulus permittit mulieri,ut nubat,mortuo marito,quanuis melius putet, ſi permaneat in continentia uiduali.unde & de adoleſcentulis uiduis alibi dicit: Volo iuniores nubere,filios procreare,matres familias eſſe,nullam occaſionem dare aduerſario maledicti gratia. Vidua nubere poteſt. 1.Tim.5.

Quod ſi porro attẽtet aliquis dicere,ſicut Montanus præſumpſit,ſpiritum ſanctum non perfecte ueniſſe in Paulum,ſed in ſe potius & quæ ſecum erant, in Priſcillam & Maximillam,in hoc nemo Chriſtianus fidem dabit illi,ſed magis obijciet ei uerbũ iſtud Pauli: Licet angelus de cælo euangelizet uobis p̃ter quam quod euangelizauimus uobis,anathema ſit. Gal.1.

Eadem plane ſententia eſt Auguſtini, dicentis lib. 2. contra aduerſ.legis & prophet. Deus maſculũ & fœminam ꝓpagandi generis cauſa nuptiali caſtitate

23.q.1.de-us maſculum. cōiunxit,& ſecūdas nuptias quæ in utroq; teſtamento permittūtur,licitas eſſe mōſtrauit. Et alibi ſic inquit:Secundas nuptias om̄ino licitas Apoſtolus concedit,de tertijs autem & quartis,& ultra de pluribus nuptijs ſolent homines mouere quæſtionem: ſed qs audeat definire,quod nec Apoſtolū uideo definiſſe:ait enim:Si dormierit uir eius,cui uult nubat.Dominus autem nec ſeptemuiram damnauit.

Hier.c. aperi vbi. Idem affirmat Hieronymus ad Pammachium, dicens:Ego nunc uoce proclamo libera,non damnari in eccleſia bigamiam,imò nec trigamiam,& ita licere quinto & ſexto & ultra,quomodo & ſecundo, marito recte nubere:quanuis bigamos excludit Apoſtolus à dignitate ſacerdotali,non eo tamen quod ſecundæ nuptiæ pro peccato reputētur,ſed propter ſacramenti uirtutem,ut ſit unius uxoris maritus, ſicut unius eccleſiæ unus eſt quoq; Chriſtus.

1.Cor.7. Non diſſentit ab hoc & Ambroſius, ſuper prædicta Pauli uerba ſic ſcribens: Primæ nuptiæ tantum à domino ſunt inſtitutæ,ſecundæ uero ſunt permiſſę: & primæ nuptiæ ſub benedictione dei celebrantur ſublimiter,ſecundæ uero etiam in præſenti carēt gloria: ſunt tamen admiſſæ propter fornicationem, in quā facile labūt uiduę iuniores,ideo eis pmiſſę ſunt.

Obiectio. Obijciat aliquis:primum,in legibus ciuilibus cautum eſt,ut mulier quæ intra tempus plāctus(hoc eſt autem annum)nubit,ſit infamis l.liberorum,ff.de ijs q notant.infam.Confirmant hoc ipſum imperatores Chriſtiani,Gratianus,Valentinianus & Theodoſius l.1.C.de ſec.nupt.

Non notatur aūt infamis qſquam, niſi delinquat inſigniter,ideoq; reputet quis etiam ſecundas & terti

das nuptias non contrahi ſine peccato.

Deinde in prædictis uerbis Ambroſius aſſeruit ſecundas nuptias etiam in præſenti carere gloria & benedictione, ſicut Alexander 3. de facto puniuit preſbyterum qui benedixerat ſecundas nuptias, & inſuper Vrbanus prohibet mulierem ſimul & uirum benedici, quum ſecundas contrahunt nuptias: inde iam colligat quiſpiam, ubi non ſit benedictio, non eſſe etiam ſacramentum. De ſecun. nupt. c. 1. c. vir. ibi.

Atqui utraq; obiectio fundamentum firmum nullum habet, ut tamē ſimpliciores minus ibi offendantur, reſpondendum breuiter eſt. Reſpon.

Et principio quidem honeſtum eſt, ſane & mulierem pudicam apprime decet, ut intra annuum tempus planctus de morte mariti, non nubat: quod ſi tamen hæc nupſerit, aliqua rationabili cauſa impulſa, propter curam rei domeſticæ uel negociationis, quā non poſſit facile ſine marito exequi, eiuſmodi enim rebus mulieres ſuis uerbis & iuſſis non multum proficiunt: atq; ut maxime illæ multum iurgentur & fleant, quod utrunq; norunt egregie, nemo tamen magni facit, quapropter non raro uidua etiam pudica cogitur ante tempus nubere. Etſi quoq; huiuſmodi cauſam nullam habeat, tamen ſi timeat ne quādo labatur in deterius, ſuæq; pudicitiæ obliuiſcatur, multo conſultius eſt, quum ſit homo, humaniſq; prematur adfectib⁹, ut nubat honoris cauſa, quàm uratur: quando ut uetus, ita uerum eſt uerbum, uulgo quod dici ſolet: ſi non ſubſtruas nidum gallinæ, pullos locabit in urticis.

Quod autem leges ciuiles adeo ſunt duræ mulieribus infra tempus luctus nubētibus, rationem reddit

onibus ad hoc pſcriptis rurſus illos copulat, etſi nulla ſit hic efficacia ſacramẽti in miniſtro, ut infra dicet. Error Uuicle- phi.

5. Tertius error circa hoc ſacramentũ eſt eorum qui negant illud eſſe ſacramentum aut matrimoniũ, ſi coniuges non habeant in animo opera matrimonialia exeq uelle, uel ſi ſint ſteriles, aut ex naturæ aut ætatis uitio, uel ſi ex quacunq; alia cauſa conueniant quàm ob propagationem ſobolis.

Fuit hæc hæreſis Vuiclephi, quæ facile retruditur per ſanctiſſimum illud matrimoniũ, quod unquam cõuenit, Mariæ & Ioſeph, inter quos quo ſanctius & perfectius extitit matrimonium, eo liberiores fuerũt ab operibus carnalibus. Fuiſſe autem illud cõiugium uerum, facile colligitur ex uerbis Matthæi, quum ait: Iacob genuit Ioſeph uirum Mariæ. Item ex uerbis angeli dicentis: Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam cõiugem tuam. Lucas etiã ſic inquit: Miſſus eſt angelus Gabriel à deo in ciuitatem Galileæ ad uirginem deſponſatam uiro cui nomen erat Ioſeph, atque ob hoc matrimonium Ioſeph dici ſolet pater Ieſu, ſicuti Lucas refert eum ductum à parentibus ſuis & Maria in templum, quò annuatim illi cõueniẽbãt. Maria inſuper Ioſeph patrẽ Ieſu uocat, dicens: Ecce pater tuus & mater, &c. Sterilitas non inficit matrimonium. Matt. 1. Lucę. 1. Marc. 6. Lucę. 2. Lucę. 2.

Quum ergo ſanctiſſimum hoc matrimonium diuina prouidentia contractum, & angelica cuſtodia conſeruatum ſit, neq; tamen aliquis coniugum animum habuerit opera coniugalia uelle perficere, ſicut Maria dixit ad angelum, quomodo fiet hoc? quia uirum non cognoſco, hoc eſt, carnaliter id mihi nunquam propoſui. Lucę. 1.

Vnde & Beda ait: Propoſitũ ſuæ mentis reueren-

trimonium datum eſt:quapropter facile quis poteſt contrahere eo animo,ut euitet peccatum. Patet hoc ex uerbis Pauli, quum dicit: Propter uitandam fornicationem unuſquiſq; uxorem ſuam habeat, & una quæq; uirum ſuum habeat. Deinde quum permittit eis ob ſanctimoniam temporis abſtinere ab operibus carnalib⁹, dicit:Iterum reuertimini in id ipſum, ne tentet uos Satanas propter incontinentiã ueſtrã. Ibi enim rurſus admittit Apoſtolus uſum coniugalem,non propter ſobolem, ſed ad uitandam fornicationem.Neq; multo poſt ſequitur: Dico non nuptis & uiduis, bonum eſt illis ſi ſic permanſerint ſicut & ego:quod ſi non continent,nubant:melius eſt enim nubere quàm uri.Ecce quàm libere admittit Paulus opera coniugalia,neq; tamen pro ratione allégat ſobolis procreationem, ſed fornicationis euitationẽ. 1. Cor. 7.

4. Eſt itaq; communis hæc doctorum concluſio,opera coniugalia non eſſe peccata mortalia, etiamſi non fiant amore prolis, ſed ob fugiendam fornicationem: & quanuis opus hoc coniugale in ſe citra dubium eſſet peccatũ mortale,propter inordinatam illam commotionem in hoc opere, ubi parum relinquitur rationi quod agat.(quoniam etiã ex ſententia Ariſtotelis aufert ad momentum uſum rationis,quòd homo adeo obducitur ſenſatione uoluptatis,quod rationis uſus ut communiter & ſpiſſe ſapientis,totus abſorbetur.) Opus coniugale ſine intẽtione prolis.

Ex miſericordia tamen deus reſpexit fragilitatem humanam,& ſacramentum hoc ordinauit in remedium excuſandi peccati.Iam quiſquis hac ducitur imbecillitate, ut continere non poſſit,contrahat matrimonium,& habebit ueluti prætextum quendam.ſa-

ciet enim opus hoc uel omnino non peccatum, uel ſaltem ueniale, quod alias futurum erat mortale. ad hoc faciunt uerba Pauli, quum ait fieri & dici hoc ſecundum indulgentiam. 1. Cor. 7.

Et quanuis illud in nouo tantū teſtamento expreſſum eſt à Paulo, tamen uerifimile uidetur Scoto, hoc etiam permiſſum fuiſſe in ueteri lege, non eſſe autē hoc peccatum, teſtatur ſatis Auguſtinus, affirmans maſculum & fœminam copulatos non filiorum pro creandorum gratia, eſſe cōnubium interueniente fide, ut nec ille cum altera, nec illa cum altero id faciat, ſi uſq; ad mortem alicuius eorum id inter eos placuerit, & prolis generationem (quanuis non ea cauſa coniuncti ſint) non tamen uitauerint, ut uel nolint ſibi naſci filios, uel etiam opere aliquo male agant, ne naſcantur. Li. de bo. cōiug. c. 3. 32. q. 2. ſolet quæri.

Alibi etiam de iis qui ita impie & crudeliter procurant abortum, ſic inquit Auguſtinus ad Valerium Comitem: Aliquando eouſque peruenit hæc libidinoſa crudelitas, uel crudelis libido, ut etiam uenena ſterilitatis procuret, & ſi nihil ualuerint, conceptos fœtus inter uiſcera aliquo modo extinguat uel effundat, uolendo prolem ſuam prius interire quàm uiuere: aut ſi in utero uiuebat, occidi, antequam naſci: prorſus ſi ambo tales ſunt, coniuges non ſunt: & ſi ab initio tales fuerunt, non ſibi per connubium, ſed per ſtuprum potius conuenerunt. De nup. & concup.

Deinceps ait Auguſtinus: In ipſa immoderatiore exactione debiti carnalis, quam eis non ſecundum imperium præcepit, ſed concedit ſecundum ueniam Apoſtolus, ut etiam præter cauſam procreandi ſibi miſceāt, etſi eos praui mores ad talē cōcubitū im- Ubi ſupra. c. 6.

pellunt,nuptiæ tamen ab adulterio ſeu fornicatiõe defendunt:neq; enim illud propter nuptias admittitur,ſed propter nuptias ignoſcitur. Sed de ijs aliàs plura,nunc hæc ſatisfaciant,&c.

HOMILIA SEPTVAGESIMA, de ſacramẽto coniugij,qua cauſa illud ſine peccato contrahatur.

Sacramentum hoc magnum eſt. Epheſi.V.

REiecimus circa matrimonij ſacramentum,dilectiſſimi, nonnullos errores, præcipue tres: primum Marcionitarum & Tacianorum, q dixerunt illud eſſe peccatum,ideoq; nemini permiſerunt.Error hic teſte Auguſtino,à Manichæis profectus eſt, & iam ſatis patet uitium illius Chriſtianis omnibus ex ſacris literis.Secũdum induximus illum Cataphrygum,Montani,& Tertulliani,de illicitis nuptijs ſecundis,qui etiam aduerſatur uerbis Pauli.Poſtremo exploſimus hæreſim Vuiclephi, aſſerẽtis opera coniugalia nõ eſſe permiſſa niſi amore producendæ prolis:unde ſequeretur peccare maritum quotieſcunq; agnoſceret uxorem, quam ſciret iam eſſe imprægnatam.In hoc impio errore quia offendi facile poſſent multi homines pij,puſillanimitate quadam adducti,breuiter aliquot rationes oſtendemus,ex q-bus aliquis contrahere poteſt matrimoniũ.Inde patebit quando quis peccet,& quando non.

1. Principio itaq; matrimoniũ contrahere poteſt qſpiam eo animo,ut liberos procreet,hæredes habeat,quos in lege diuina inſtituat, & ſic mundum hic Cur ducẽda vxor.

augeat,illic cælum: eſtq́ matrimoniũ hoc felix, meritorium & deo beneplacens. Ideo enim ut non parua fieret acceſſio ad populum dei,iam olim patriarchæ plures habebant uxores, qñ alias mundus uniuerſus erat in idololatria demerſus, ſicut de Abraam & Iacob conſtat,quoniam tunc in hæredibus ex ſanguine ductis conſiſtebat etiam hæreditas fidei & religionis. Atq́ hoc ipſum eſt fundamentum, quare non ita laudata fuerit uirginitas in ueteri teſtamento,(niſi per ſingularem ſpiritusſancti inſtinctũ, ut in Hieremia & Iohanne Baptiſta) & quur ſterilitas tam in uiris quàm in mulieribus fuerit contempta, ſicut ipſe dominus ait, Non erit apud te ſterilis utriuſq́ ſexus:ideo nimirum, ut ſic creſceret populus domini, qui tunc in Iudæa tantum notus erat. & ob id tantopere dolebat Anna,quia ſterilis erat, ſimiliter & Rebecca uxor Iſaac. Rachel quoq́ idcirco triſtabatur q́ liberos nõ haberet, ſoror autem eius filios quatuor, dixitq́ ad Iacob: Da mihi liberos,alioquin moriar.

Gene.16. Gen.29.30. Deut.7. Pſalm.75. 1.Reg.1. Gene.15. Gene.29. & 30. De bo. cõiug.c.13.

Hinc Auguſtinus ait de patriarchis ueteris teſtamenti: Illis temporibus quum adhuc propheticis ſacramentis ſalutis noſtræ myſterium uelaretur, iuſti officio propagandi nuptias copulabant,non uicti libidine,ſed pietate ducti,qui multo facilius continere potuiſſent & uellent.

Patriarchę vxores plures

Vtebantur enim coniugibus, quum & plures uni uiro habere liceret,quas caſtius habebant,quàm nũc unam quilibet iſtorum,quibus ſecundum ueniã concedit Apoſtolus:habebant enim eas in opere generandi,non in morbo deſiderij. (repetit hoc ſæpe in eodem libro & ſuper Geneſim & de uirginibus.) 33. q.4.obijciuntur Iacob.

Eſt ergo hæc ratio plane pia & meritoria, ſi quis hac de cauſa ad nuptias & coniugium peruẽiat, amore prolis.

Inde iam datur intelligi, quid ſibi in hoc uoluerint doctores, quando uirginitatem Chriſtianorum compararunt cum coniugio patriarcharum. Ita enim Hieronymus ait libro ſecundo cõtra Iouin. Quis ignorat ſub alta diſpenſatione dei omnes retro ſanctos fuiſſe eiuſdem meriti, cuius nunc Chriſtiani ſunt? 32 q 4. qa ignoret.

Quomodo Abraam antè placuit in coniugio, ſic nunc uirgines placent in caſtitate: ſeruiuit ille legi & tempori ſuo, ſeruiamus nos legi & tempori noſtro, in quos fines ſeculorum deuenerũt. De virginibus.

Non diſcordat illud Auguſtini, quum dicit: Sicut nõ eſt impar meritum patientiæ in Petro qui paſſus eſt, & in Iohanne q paſſus non eſt, ſic non eſt impar meritum continentiæ in Iohanne, qui nullas expertus eſt nuptias, & in Abraam qui filios genuit.

Nam illius cœlibatus & iſtius cõnubium per tempor: diſtributionẽ Chriſto militauerũt, ſed cõtinentiã Iohãnes in opere, Abraã in ſolo habebat habitu.

Seqtur hinc etiam illa cauſa, quur permiſſum fuerit patriarchis plures habere uxores, at nũc nõ item: ſimiliter ſi quando uxor uel ſterilis erat, uel deſierat parere, cum conſenſu eius poterat tunc maritus ducere ancillam, ſicuti Rachel uxorem iunxit Balam ancillam uiro ſuo Iacob, & Lia Zelpham. Iam uero etiamſi conſtet certo quempiam contraxiſſe matrimoniũ cauſa prolis, & tamen ex infallibilibus argumentis comperiatur eum ſuo adfectu & propoſito fraudari, nihil adhuc ei permittitur, ut etiam conſentiente uxore ducat aliam. 31. q. 7. Tim.

Vnde Auguſtinus huiuſmodi cauſam reddit, & ait: Manet uinculum nuptiarum, etiāſi proles cuius cauſa initum eſt, manifeſta ſterilitate non ſubſequatur, ita ut iam ſcientibus coniugibus non ſe filios habituros, ſeparare ſe tamen uel ipſa cauſa filiorum, atque alijs copulare non liceat. Quur autem permiſſum fuit uni uiro multas ducere uxores, & non uni mulieri multis nubere uiris? Quoniam tunc patriarchæ plures habebant uxores ob multitudinem liberorū, ad quam ſeruiebat etiam uxorum copia: ſed ut una mulier maritos plures haberet, nihil plane factūrum erat ad multitudinem ſobolis. Ideo Auguſtinus dicit: Non eſt propagandi neceſſitas quæ tūc fuit, quando & parientibus coniugibus alias propter copioſiorem poſteritatem ſuperducere licebat, quod nunc certe non licet. (rotunde dicunt noſtri, una mulier ſufficeret pluribus uiris in remedium & ſatisfactionem cōcupiſcentiæ: unus uir plus ſufficit multis mulieribus, quoad officium procreationis liberorum.)

De bo. cōiug. c. 15.

Vbi ſupra

32. q. 7. tantum.

2. Alia contrahendi cauſa eſt, quod aliquis cupiens naturali deſiderio habere hæredem, nolit tamen eum conſequi per peccatum, & ideo contrahit, ut ſic cum honore matrimonij & gloria dei illum habeat, hic quoque animus bonus eſt. (licet Petrus Aureoli uelit imputare pro peccato ueniali.) Quoniam ſic etiam patres ſancti optarunt ſibi contingere hæredes, ſicut Abraam dixit ad dominum: Domine deus, quid dabis mihi? Ego uadam abſque liberis, & filius procuratoris domus meæ, iſte Damaſcus* Eleazar. Mihi autem nō dediſti ſemen, & ecce uernaculus meus hæres meus erit. Vbi dicunt doctores Abraam cogitaſſe, quod ſi deſtitueretur prole, ſe* Eleazarum il-

Propter heredem cōtrahere

Gen. 15.

*Elieſer.

lum pro filio adoptaturum. Quid multa? non exiſtimo aliquem intelligentem ſuper hoc dubitare, niſi quis eò deueniſſet inſipientiæ, ut primum & præcipue cuperet hæredem magis quàm appeteret deum, quę profecto maxima foret ſtoliditas: illius enim generatio diu duratura non eſſet, iuxta iſtud ſapientis: Hæreditas, ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſimo benedictione carebit. Pro. 20.

5. Tertia porro ratio eſt, amica & fidelis cohabitatio cum mutuo obſequio inſeruiendi inter ſe, ut cum quis iam uetulus & grandæuus ducit uxorem, quæ ſui curam gerat, id quoque malum & iniquũ non eſt: ſiquidem inter cæteras cauſas coniugij inter Mariam & Ioſeph, hæc quoque non poſtrema commemoratur, quòd Ioſeph Mariæ coniunctus ſit cuſtos, qui illi inſeruiret & miniſtraret, fugientemque cum filio in Aegyptum duceret ac reduceret, ſicut & ipſi docuimus alibi, & Ambroſius clare meminit. Cum autem Vuiclephiſtarum & quorundam Lutheranorum hæreſis huic articulo ex diametro contradicat, operæpreciũ uidetur, rem hanc diligentius conſiderare, & noſtrum inſtitutum fortius confirmare, ut hoc quoque matrimonium reputetur honeſtum, quum duo contrahunt tantum ob mutuam eiuſmodi officiorum communicationem, non aliter tamen quàm inſtitutum eſt à deo, in dignitate coniugali. Cōtrahere ob ſocietatem. To. 3.

Et quanuis hic ſatisfacerent nobis quæ ſupra induximus, eo quod nec Vuicleph neque Hus errorem ſuum ſcripturæ teſtimonijs unquam eſt confirmaturus, audiamus tamen porro uerba Auguſtini: Mihi, inquit De bo. coniug. c. 3.

ille,non uidetur propter ſolam filiorum procreationem, ſed propter ipſam etiam naturalem in diuerſo ſexu ſocietatem contrahi matrimonium:alioqn iam non diceretur coniugium in ſenibus,præſertim ſi uel amiſiſſent filios,uel minime genuiſſent:nunc uero in bono licet annoſo coniugio,etſi emarcuit ardor ætatis inter maſculum & fœminam, uiget tamen ordo charitatis inter maritum & uxorē. Affirmat tandem quod ſi inter coniuges ſeruetur fides honoris, & mutuum ac uoluntarium obſequium miniſterij uiciſſim exhibiti,etiamſi membris iam ſint uelut cadauerinis, remanet tamen uinculum coniugij inter eos. Quilibet ergo Chriſtianus quaſi pro certa regula obſeruet illud Auguſtini dictum:In nuptijs plus ualet ſanctitas ſacramenti,quàm fœcunditas uteri: quoniam ille uerus & firmiſſimus eſt nexus,iuxta iſtud Pauli:Viri, diligite uxores ueſtras tanquam corpus ueſtrum.

C.18.vbi ſupra.

Ecce quandiu uixit Abraam cum ſterili ſua Sara? certe cētum erat annorum,priuſquam hæredem conſequeretur. Quid quod iam inde à principio mulier à deo creata eſt in adiutoriū uiri? quur itaq; non poſſit iam uir uxorem ducere in auxilium & ſolatium?

Nihil igitur moueantur huiuſmodi coniuges, qui conueniunt, neq; tamen prolem expectant, nullam ſibi conſcientiam hic fingant ob iſtam malignam hęreſim Vuicleph. Quin potius credant uerbis Auguſtini & aliorum ſanctorum patrū, ideo maxime, quod nec aliqs ſcripturę locus,neq; ulla ratio ſolida p eum inducitur.

Contrahere propter pacem.

Huc pertinet,ſi quãdo inter reges & principes bella cōponunt.plerūq; eiuſmodi cōpoſitiones definiūt in contractionem matrimonij alicuius:ibi quanuis

præcipua ratio eorũ qui coniugium procurant, pax eſt & concordia,ut ſic homines & prouinciæ cõſeruentur ac defendantur à rapinis, incendijs & latrocinijs,alijsq́ innumeris bellorum incõmodis, quando tunc perſonæ ambæ conſentiunt, & iuxta ordinationem diuinam matrimonij ſacramentum ſuſcipiũt, ratio illa impulſiua etiam primaria,nihil impedimẽti aut ſcrupuli eis ingerit in ſacramento. Sed hæc latius in fine circa epilogum.

4. Quarta demũ ratio eſt, quum quis in ſeipſo ſentit,ſe continere non poſſe, ſicq́ cõſultius ſibi fore putat,ſi ducat uxorẽ,ut hoc modo ſub titulo honeſtiori prauam concupiſcentiam extinguat, q̃ ſi idem faciat cum cõcubina,cum qua animam ſimul & corpus perimat. Vult ergo illud perficere modo & ordine à deo conſtitutis,nõ magnopere curans, imò nec ob id faciens ut liberos habeat,quos ſi tamen accipiat à deo,proponit ſe illos pro facultatibus ſuis ad diuini nominis gloriam educaturum. Contrahere ne vratur.

Non tamẽ hic dicimus de eo,quod coniugũ alter ex altero debitum poſcit,nam in eo caſu iuxta Pauli doctrinam tenetur illud alter præſtare alteri.eſtq́ illud opus iuſtitię,quare pro peccato nõ imputaretur conſentienti in opus petitum,etiamſi petens peccaret,quod in multis caſibus poſſet oſtendi,quibus ultro ſuperſedemus,ſatis ſit hic nobis,ꝙ qui contrahit cum propoſito reſtinguendi fornicationem & concupiſcentiam prauã,is utiq́ non peccat,qm̃ ob id inſtitutum eſt matrimonium iam in lege euãgelica,ut pręclare teſtatur Paulus,& nos iam inde ab initio diximus,quanuis iam olim pręcipue ſit ordinatum ad procreandam ſobolem, & ad augmentum generis 1.Cor.7.

humani, nunc tamen matrimonium illud opus excu
Heb.13. ſat, quo minus ſit pc̄tm̄, dicente Paulo: Honorabile coniugium in omnibus, & thorus immaculatus.

Præter hæc Pauli uerba, quę tamē nobis ſatis poſ ſent facere ad confirmādam cauſam illam quartam, poteſt hoc idē ratiōe firmari, quia in hoc uelut uno omnes ore conueniunt doctores, cōiugem alterum alteri expoſtulanti, ne cogatur alior ſum declinare, compulſum eſſe ut reddat debitum, ſicut Auguſtin⁹
De adult. coniugijs. ait ad maritum: Si tu abſtines ſine uoluntate uxoris, tribuis ei occaſionem fornicandi, & peccatum illius tuæ imputabitur continentiæ. 27.q.2. ſi tu. preſſius & apertius loquitur Origenes homilia ſeptima ſup Matthęum. Quod ſi ergo maritus poteſt & debet ad præcauendum peccatum uxoris, opera coniugalia exequi citra aliquod peccatum, quanto magis & poteſt & debet peccatum pręuenire in ſemetipſo? quod ſi deinde praua fuerit libidine accenſus, exequatur id cum uxore, potius q̄ ut ſepta (quod aiunt in prouer-
33.q.pa.ſe. cū.per.ap. bio) tranſſiliat. Nanq; hoc ferè ſcribit Auguſtinus ad Hediciam: Secundum uerba apoſtolica etiamſi uir continere uoluiſſet, & tu noluiſſes, debitum tibi reddere cogeretur, & illi deus imputaret continentiam, ſi non ſuæ, ſed tuæ cōcederetur infirmitati, ne in adulterium caderes. Atq; in caſu huius rationis uolunt q. dam doctores intelligere uerba Pauli ſuperius alle-
1.Cor.7. gata: Hoc autem dico ſecundum indulgentiam, non p̄ceptum. aiunt enim uelle cum indulgentiam tunc eſſe, qn̄ qs matrimonio utitur in hoc tm̄, ut ſuę ſatiſfaciat cupidini, ne in diuerſum raptus, cogeretur hoc facere extra cōiugium cōtra animæ ſuæ ſalutē, neq; uolunt illi hæc uerba ad primos duos caſus referre.

4. Quinta inſuper ratio contrahendi matrimonium, eſt ut quis animũ tm̃ expleat in uoluptate operis carnalis, idq; nõ plane eſt à peccato immune, maxime quum antea ipſe ſe maritus prouocat ad cõcupiſcendum, q̃ tentetur, in hoc tm̃, ut in opere ſe oblectet, carnalemq; uoluptatem ſentiat. Vnde ad Tobiam dixit angelus Raphael: Audi me, & oſtendam tibi qui ſunt, quibus præualere poteſt dæmonium: hi nanq; qui coniugium ita ſuſcipiunt, ut deum à ſe & à ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita uacent, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, habet poteſtatem dæmonium ſuper eos. Contrahere libidine Tob. 6.

Ne autem hic quiſpiam uel aberret, uel puſillanimis reddatur, ſciendum eſt, nõ omnem uoluptatem ſiue delectationẽ eſſe prohibitam, aliàs nemini liceret liberè manducare, aut bibere, aut fricare: ſed tunc demum uoluptas uetita eſt, quando eam quis quęrit modo prohibito, ut quum quis cum aliena fornicatur, quum quis inebriatur, quũ quis manducat quando erat ieiunandum, quum quis uſqueadeo in uoluptate demerſus eſt, ut in ea præcipuum ſuum conſtituat finem, magis ab illa affectus, quàm præcepto diuino, uel omnino ita exardeſcit in illa, ut uelit opus hoc perficere, etiamſi nõ ſit hæc ſua uxor, uel ſi uoluptatem quærat per iniqua media aut prohibitas circunſtantias, in omnibus ĳs iniquum & iniuſtum eſt quærere uoluptatẽ, tam in operibus coniugalibus, q̃ in alĳs. (uerum eſt q̃d Iohannes Maioris diſſuadet hæc in eccleſia publice prædicanda.)

Vt tandem ueniamus ad rationem motiuam q̃n tam, dico quod ducere uxorem, uel cum uxore rem habere, & ſolam uoluptatis carnalis oblectationem

✱ quærere, peccatum eſt ueniale tantum, nõ mortale, quoniam coniugium excuſat, niſi quis uoluptatem quærat præter naturã ut pecudes, prohibito modo, uel ita eſſet in uoluptatẽ pronus, ut uelit eam in opere exequi cum illa, etiamſi uxor ſua non eſſet. In eius rei fidem formandam, audi Auguſtinum dicentem: Apoſtolus illum concubitum ſecũdum ueniam concedit, qui fit per incontinentiam, non ſola cauſa ꝓcreandi, & aliquando nulla cauſa procreandi, quem nuptiæ non fieri cogunt, ſed ignoſci impetrant, ſi tamen nõ ita ſit nimius ut impediat, quæ ſepoſita eſſe debent, orandi tẽpora, nec immutetur in eum uſum qui eſt contra naturam. Et non paulo dilucidius dicit ibidem: Quicquid inter ſe coniugati immodeſtũ, inuerecundum, ſordidumve gerunt, uitium eſt hominum, non culpa nuptiarũ. Iam in ipſa quoq; immoderatiore exactione debiti carnalis, quam eis nõ ſecundum imperium præcepit, ſed ſecundum ueniam concedit Apoſtolus, ut etiam præter cauſam ꝓcreandi ſibi miſceantur, etſi eos praui mores ad talem concubitum impellunt, nuptiæ tamen ab adulterio ſeu fornicatione defendunt. 32. q. 2. quicquid. Vtiq; nõ uult hic Auguſtinus peccatum eſſe mortale, ſi qñ coniuges mutuum inter ſe colludãt & uoluptatem quærant, ſed tantum peccatum eſſe ueniale. Ideoq; ait Auguſtinus: Etiamſi præter cauſam procreandi ſibi miſceantur, id ego interea reponam, pro quibus dicimus: Dimitte nobis debita noſtra. Quiſquis autem ita uoluptatem appetit more beluino, ut uelit uoluptatem explere; ſi hæc non ſit ſua uxor, peccabit mortaliter. Similiter ſi quis adeo fuerit ſtupidus, ut etiam quando uacandum ſit orationi, & acceden-

De bo. cõiug. c. 10.

ca. 6.

dum ad communionem ſacramẽti tempore paſchali, nolit parcere uxori, peccabit: quoniam quilibet ſic debet uxori ſuæ cohabitare, ne impediatur oratio. De tali autem inordinata incenſione, inquit Hieronymus: Sapiens uir iudicio debet amare coniugem, non affectu: regat impetus uoluptatis, nec præceps feratur in coitum. Nihil eſt fœdius, q̃ amare uxorem quaſi adulteram. Citat ibi Xiſtum Pythagoricum in ſententijs dicentem: Adulter eſt in ſuam uxorẽ amator ardentior: in aliena quippe uxore omnis amor turpis eſt, in ſua nimius 32. q. 4. origo. 1. Pet. 3. Li. 1. con. Iouin.

Omnia hæc intelligi debẽt iuxta Martinum de temperantia, de amore inordinato, quam quis nõ dirigit ad amuſſim rationis, ſed quando habet concupiſcentiam effrenem, ita accenſus in feruore carnali, ut eodem modo cũ illa uoluptatem quæreret, ſi uxor ſua non eſſet, ibi à peccato mortali nulla poteſt eſſe excuſatio. Alias libere licet marito cum uxore iocari & dulciter uiuere, quia & amarũ matrimonij uinculum eſt ei perferendum.

Hinc de patriarcha Iſaac legimus, quod in tãtum dilexit Rebeccam, ut dolorem qui ex morte matris eius acciderat, tẽperaret: quumq́ iam filios duos haberet adultos, Iacob & Eſau, charitas quoq; annonæ ingrueret, profectus eſt in ciuitatem Geraris, ubi rex Abimelech per feneſtram uidit eum iocantem cum Rebecca uxore ſua. Ad eũdem modum poſſunt aliquem diuitiæ mouere ad contrahendum matrimonium, & ſimiliter pudicitia, & generis nobilitas, ſpes item illa, fore ut eiuſmodi connubio promoueatur ad officia & conditiones ampliores, dummodo ſemper & præcipue habeat intentionem eccleſiæ catho- Gene. 24. Gene. 27. Contrahe re ob diuitias, pulchritudinẽ

licæ,& animum ſuſcipiendi illud matrimonij ſacramentum,tunc nihil uetat ſacramentũ id eſſe, etiamſi diuerſis moueatur rationibus ad contrahendum cũ hac ipſa:nam id quoque diſcimus factum eſſe exemplo Iacob patriarchæ,qui motus pulchritudine Ra-
Gen.29. chel,ſeruiuit pro ea ſeptem annis: fuit illud ſibi tempus breue propter amorẽ,ut tandem optata illa ſibi contingeret uxor,& quanuis ſororem eius Liam prius duxerat quæ formoſa non erat,poſteriorẽ tamen magis ſemper amauit.Non abſimile eſt etiam exemplum Dauidis cum filia regis,Michol, cum Abigail,
Deut.21. ſimiliter & Ruth,&c. ſic legimus in lege dixiſſe dominum:Si uideris in numero captiuorum mulierem pulchrã,& adamaueris eam, uolueriſq; habere uxorem,introduces eam in domum tuam.

Bona matrimonij tria. 5. Ad hæc omnia funditus intelligenda, meliuſq; declaranda,doctores ponũt tria bona quæ ſunt in matrimonio,ipſum etiam excuſantia,quæ ſunt,fides coniugalis,proles, & ipſum ſacramentum. In ijs ſatis cernitur, quomodo matrimonium ſit remediũ:
Sup Geñ. li.9.ca.7. ideo enim ait Auguſtinus: Vtriuſque ſexus infirmitas propendens in ruinam turpitudinis,recte excipitur honeſtate nuptiarum,ut quod ſanis poſſit eſſe officium,ſit ægrotis in remedium:quoniam id bonum quod habent nuptiæ, peccatum eſſe nunquam poteſt: hoc autem tripartitum eſt, fides, proles, ſacramentum:in fide attenditur,ne præter uinculum cõiugale cum altera uel altero concumbat: in prole, ut ſuſcipiatur amanter,benigne nutriatur,religioſe educetur:in ſacramento autem,ut coniugium non ſeparetur,& dimiſſus aut dimiſſa, nec cauſa prolis alteri cõiungatur. Hæc eſt tanquã regula nuptiarum, qua

uel naturæ decoratur fœcunditas,uel incontinentiæ regitur prauitas.

Non tamen ſic intelligi debent uerba Auguſtini, quaſi illa omnino ſtricte ſint neceſſaria:nam & coniunx qui fidem non ſeruat,nõ ideo irritum facit coniugij uinculum: & licet non contingant in coniugio liberi,manet tñ nexus ille matrimonij. inſeparabile autem coniugij uinculum intelligitur per ipſum bonum ſacramenti, quod ſubſtantiale eſt in eo, & ſine quo eſſe non poteſt: ſed ſine fide mutua, ſine liberis poteſt ſacramẽtum matrimonij conſiſtere,niſi ꝙ ali quantulũ claudicat.Conſentiunt tamen doctores,ꝙ quãuis conſtans ſit ſine liberis matrimonium, tamẽ debet eſſe ea perſonarum contrahentium uoluntas, ut ſi aliquãdo ſuſcipiant liberos,uelle ſe eos pie educare. Requiritur etiam,ne conſentiant uelle ſeipſos ultro afficere ſterilitate,ut careant liberis. ſi quacunque uia concorditer impedirent ne naſcerentur, ex diametro & p dis dia paſon(quod dicitur) eſſet hoc contra matrimonium,imò nec matrimonium eſſet. Exemplo nobis eſt Onan filius Iudæ,qui non recte peruenit ad uxorem ſuam Thamar,ſed ſemen effudit in terram,ne liberi naſcerentur,&idcirco percuſſit eum dominus,eo ꝙ rem deteſtabilem faceret. Gene.38.

Conſtat ex ijs omnibus ꝗ impie errauerit Vuicleph,& nimis quàm hęretice omne matrimonium damnarit,niſi naſcantur inde liberi,& opera coniugalia exerceantur,quum tamen ex ſcripturis biblicis iam ſupra defenderimus ipſi coniugium Mariæ & Ioſeph. ſic quoque in ſtatu coniugali illibatam ſeruarunt uirginitatem Henricus imperator cum S.kunegunde, ſanctus Alexius cum ſua uxore, ſic & Dauid

uirginem Sunamitidem Abiſag duxit uxorem,neq́
tamen cognouit eam, ſicut ibi declarant doctores,
3.Reg.1. ideo quoq; Salomon permiſit occidi fratrem ſuum
3.Reg.2. Adoniam,eo quòd illam Abiſag concupiſceret uxorem.uetitum enim id erat, ne quis duceret uxorem
Leuit.17. eam quæ fuerat ante uxor patris ſui. Eſſe autem laudabile hoc coniugium,quum etiam coniuges continent ab operibus coniugij, teſtatur Auguſtinus, dicens: Hæc omnia bona ſunt propter quę nuptiæ ſunt,
De bo.cõiug.ca.24. proles,fides,ſacramentum:& inde,Nec prolem autem carnalem iam hoc tempore quærere,ac per hoc omni tali opere immunitatem quandam perpetuam retinere,atq; uni uiro Chriſto ſpiritualiter ſubdi,melius eſt utiq; & ſanctius,ſi tamē ea deuotione ſic utantur homines,quomodo ſcriptum eſt,ut cogitēt quæ ſunt dei, quomodo placeant deo, id eſt, ut perpetuo cogitent continentiam. Procul igitur reijcienda eſt hæreſis Vuiclephi,nec aliquo modo inter Chriſtianos ſufferenda: nos autem dominum rogemus, ut quotquot ſacramentum hoc ſuſceperunt in eccleſia, in gratia quoque ſuſcepta conſeruentur cum pace,& uiuant mutuo in omni dilectione & pudicitia ſe inuicem diligētes,ſicut Chriſtus dilexit ſponſam ſuam eccleſiam, ut inde etiam illi poſt hanc uitam uita perfruantur æterna. Amen.

HOMILIA LXXI. QVA PRObatur matrimonium eſſe ſacramentum contra Lutherum.

Sacramentum hoc magnum eſt. Epheſi,quinto.

INſultus & graues impugnationes hactenus tres audiuimus, contra hoc ipſum matrimonij ſacramentum, Primo Tacianorum, qui omne reijciebant coniugium, & damnauerunt: deinde Montanorum & Tertulliani, qui ſecundas tantũ & tertias nuptias condẽnabant: poſtremo Vuiclephi, qui negauit eſſe matrimonium, ubicunq; nõ eſſet ſobolis propagatio. Hæreſes iſtas tres ſufficientibus ſacræ ſcripturæ locis, eccleſiæ quoq; & ſanctorum patrũ teſtimonijs reiecimus. Nunc accingimur & quartam hæreſim refutaturi, quam in hac re (ne uideretur ocioſus & nihil agere) introduxit Lutherus, & ipſe negãs matrimonium eſſe ſacramentum, quæ ſane non exigua foret coniugij depreſſio, ſi apoſtata iſte in hoc uerum diceret. At quia nos aliter docemur ex ſacris literis, & hunc errorem aſſiſtente dei gratia & manu, ualide infringemus, nam ibi Lutheri animus aliter non habet, atque ſi iam ex neſcio quibus luperca lib⁹ prodiret: nihili enim facit ſiue ſextæ ſint nuptię, ſiue liberi naſcantur, ſiue non, quacunque etiam ætate & cõditione ſint iſti, ſiue moniales, ſiue monachi, ſiue ſacerdotes, dũmodo Adæ ueteri & cõcupiſcentijs eius ſatisfiat, ſub hoc honeſtiſſimo ſancti ſacramenti titulo, etiamſi interim omne id ſuum ſuorũq; matrimonium putatiuum, mera ſit fornicatio & ſtuprum, Vſq; adeo priores iſti hæretici priſcis ſeculis auſi non ſunt toti mundo adhuc magis pio, proponere iſtiuſmodi errores impios & beluinos, ſed diabolus q̃ magis & plures ſeduceret homines, ſpeciem prætexuit pietatis. Taciani rati ſunt, quemlibet Chriſtianũ in unico Chriſto cõtentũ eſſe debere, neq; ulterius quęrere coniugem. Mõtani & Cataphryges

Lutherus negat matrimoniũ eſſe ſacramentum.

Antiqui hęretici apparenter boni.

putabant, eo quod Chriſtus unicus eſſet unius eccle ſiæ ſponſus, Chriſtianum quoq; nō decere niſi ſemel contrahere. Omnia hæc fucum quidem habuerūt pi etatis & continentiæ à prauis cupiditatibus, ſicut ꝓpoſuit Vuicleph, permiſſum tantum eſſe matrimoni um ad prolis generationem. nō caruit hoc ſpecie ho neſtatis, ne quis contraheret niſi amore ſobolis, ſic- ut & ob id inſtitutum eſt matrimonium in paradiſo. Nunc uero demum tam perdito ſeculo nihil opus fu it Luthero, ut diuerticula quæreret probitatis, ſed li- berrime oībus tam monachis quàm ſacerdotibus & monialibus, uetulis & iuuenibus, ſterilibus quoq; pro ſua cuiq; libidine ꝑmiſit incontinentiam ſub ſpe cie coniugij: ipſeq; adeo iam uetulus & penè delirus monachus, recens tamen cum moniali contraxit, in- terimq; matrimonium ſacramentum eſſe negat. ad- dit alia deliramēta multa, quæ leuiſſimum quenq; ho minem non decerent. nūc ergo aggrediamur & hūc errorem confutare.

1. Ne autem excidamus ordine congruo, uoſq; omnia melius intelligatis, primo Lutheri errorē de- tegemus, qui in hoc latet.

1. Vnum eſſe matrimonium gentilium,
2. Iudæorum quoq; & Chriſtianorum.
3. Non eſſe aliquod ſcripturæ teſtimonium, q̃d matrimonium ſit ſacramentum.
4. Gratiam quoq; in eo non conferri. hæc fere impia ſunt Lutheri commenta, quoad hoc ſacramen tum, reliqua infra aperiemus.

Principio igitur quantum ad coniugium pertinet gentilium, dico illud eſſe legitimum iuxta conſuetu- dinem & leges prouinciarum: ueruntā non eſt ſacra-

Cōiugium gentilium.

mentum proprie loquendo,neq; ſic ratum, quod ſeparari non poſſit:ſacramẽtum inquam non eſt proprie,niſi quod in communi poteſt etiam dici ſacramentum,ſicut ait Auguſt.ſacramentũ coniugij omnibus gentibus commune eſt,ſanctitas tamẽ ſacramenti non eſt,niſi in ciuitate dei noſtri & monte ſancto eius.Ita & Innocentius tertius inquit ad epiſcopum Tiberiadeñ.ſacramẽtum matrimonij eſt apud fideles & infideles.Quod autẽ etiam illud ſacramentum dicitur,in cauſa eſt,quod & infideliũ matrimonium originem habet ex inſtitutiõe diuina.ſtatim enĩ poſt diluuiũ pcepit dñs Noæ & filijs eius:Creſcite & multiplicamini,& replete terrã.non tñ hoc præcepit eis deus,niſi p media conuenientia ipſius matrimonij, q̃d ita illis indulſit ,p remedio,& ut ſic ex poteſtate diuina cõiugũ alter alteri facultatẽ daret corporis ſui. Ipſo deinde uſu receperũt hoc filij à parentibus ſuis, cumq; legi naturali eſſet conforme,ita plane retinuerunt.Quanuis enim non perinde fidem quoq; & religionem parentum ſuorum imitarẽtur liberi,alijs ad aliud idolorum genus declinantibus,in coniugio tñ ſequuti ſunt morem patrum ſuorum:cumq; matrimonium fuerit ſacramẽtum etiam in ueteri lege naturæ, fit ut etiam matrimoniũ infidelium q̃d ex illo defluxit,ueniat appellatione ſacramenti,quanuis in uarijs nationibus uarij etiam coniugiorum ritus ſint obſeruati,quorum plurimos Hieronymus pcenſet. C. gaudemus. de diuor. Gene. 9. Cõ. Iouin.

An autem matrimonium infidelium poſſit etiam dici ſacramentum propter ſignificationem,ita quod eorum coniunctio ſignificarit unionem Christi & ecclesiæ? Profecto ſicut eorum matrimonium proprie ſacramentũ non extitit,ſed quaſi ſemiſacramentum,

ut affirmat Brulifer, ita ſignificatio & bona matrimonij imperfecta fuerũt,& ſunt penes illos;teſte Richardo:id hoc modo explicari ſolet,quoniam ut ſupra diximus,tria ſunt in matrimonio bona,fides,ꝓles,& ſacramentum.quod ergo iam coniuges etiam infideles fidem inter ſe mutuam ſeruant,ſicut in alijs negociationibus,obſeruatur hoc quidem ab eis, qui etiam adulterium puniunt. Verum quia fideles non ſunt,hęc quoq; fides eorum in deum directa non eſt, quia propter deum non faciunt illud:deinde licet etiam liberis ſuis bene faciant, tamẽ eos non educãt in uero ueri dei cultu &timore,ſed in infidelitate ſua in qua etiã pereunt tãdem:ſic ſatius eſt;fidelem nõ habere filios,quoniam ſic & ſacramẽtum omnino non habent neq; agnoſcunt, proprie loquendo de ſacramento,ſed tantum habent illud ad uinculum humanæ ſocietatis, quæ ſine matrimonio perdurare non poteſt. Vnde & reſpublica iſta Socratica & Platonica communiter reijci ſolet,quæ pluſquam beluino ritu,ſublato uſu coniugij,uxores habebat communes, ſicut eam præclare exploſit Ariſtoteles ex hominum conuictu in ſuis Politicis.

1. Cor. 7. 2. Porro ne quis dubitet,uerum eſſe inter infideles matrimonium, aperte teſtatur Paulus qui ait: Si quis frater uxorem habet infidelem,& hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam: ſimiliter ſi qua mulier uirum habeat infidelem. Vtriq; permiſſurus hoc nunquam erat Apoſtolus, niſi uerum eſſet matrimonium,atq; inde forſitã natum eſt, quod matrimonium eorum cœptũ ſit dici ſacramentum. Vnde & Innocentius 3. ait: Cum illud non ſit generaliter uerum,neque de nouis neq; de ueteribus ſacramẽ

C. veniens de presb. non bap.

tis, quod baptiſmus ſit fundamentum illorum, q̄m & ſacramentum coniugij & euchariſtiæ à non baptizatis recipi poteſt, loqtur ibi in uniuerſum de ueteribus ſacramentis: peculiare eſt autem & ſpeciale de ſacramēto euchariſtiæ: ſicut enim ſupra duximus, baptiſmus utiq; oſtium eſt & fundamētum omniū aliorum ſacramentorum, totiusq́ adeo nouę legis. Sed quod etiam infidelis poſſet ſacramentum altaris ſuſcipere, ideo fit, quia ſacramentum illud eſſentialiter non conſiſtit in ſuſceptione ut reliqua ſacramēta, ſed habet eſſe permanens, quod poteſt etiam accipere infidelis, ipſum ſcilicet ſacramentum, uerum tamē non ſacramentaliter ob defectum fidei: quanuis Innocentius caſum hunc de presbytero non baptizato, ordinato tamen, primum putabat ambiguum: tandem tamen concludit eum non eſſe ordinatum, ideoq́ cōmittit epiſcopo Ferrarienſi, ut illū rurſus ordinet. Infideles excuſantur.

Ex locis ſcripturæ ſupra inductis hoc ſequitur, q infideles non peccent in operibus coniugalibus, dummodo aliàs matrimonium ſeruent, ſecundum cognitionem legis naturalis, quoniam & ipſi contrahunt iuxta modum diuinitus primo inſtitutum: ſicut aliqui dubitant de Turcis & alijs ethnicis, qui etiam plures ducunt uxores, an cū alijs peccēt, & nō cū prima.

5. Atq hoc ipſum quod iam adduximus ex Paulo, ne mulier fidelis diſcedat à uiro infideli, intelligendum eſt eſſe conſilium Pauli, non præceptum: quapropter & ait, cæteris autē dico ego, non dominus, quaſi diceret, equidem hoc non tanquam præceptū impero, quia neque dominus præcepit: conſiliū igitur eſt ad quod commotus eſt Paulus, eo quod in primordio naſcentis eccleſiæ quotidie multi conuerte- 1. Cor. 7. Nō diſcedere ab infideli.

bantur ad fidem ex Iudæis & gentibus, ita ut ſæpe
1.Cor 7. coniugum alter alterum adducebat ad fidem, ſicut hanc rationem Paulus ipſe cõmemorat, dicens: Sanctificatus eſt uir infidelis per mulierem fidelem, & ſanctificata eſt mulier infidelis per uirum fidelem. Quod ſi infidelis diſcedit, diſcedat, non enim ſeruitu ti ſubiectus eſt frater aut ſoror in eiuſmodi. unde col ligunt doctores, in tribus caſibus fidelem poſſe ab in fideli cõiuge diſcedere: primo, ſi nolit ei cohabitare: deinde, ſi uelit quidem, ſed cum blaſphemia nominis Chriſti. poſtremo, ſi infidelis conetur fidelẽ pertrahere in peccatum mortale, & tunc quoque poterit diſcedere.

C. quanto dedi. Tria hæc manifeſte declarat Innocentius papa, & ante eum docuit Auguſtinus in ſermone domini in monte.

Sed hic cogitet forſitan aliquis ſecum, ſi conſilium dedit hoc Paulus, & permiſit ut fidelis cohabitet cõiugi infideli, quur non idem adhuc ſeruat in eccleſia?

Contrahere cum infideli. Reſpondeo, quod nimis amplum foret euagari hic p omnia, & oſtendere quãdo & quatenus præ-
Exo.2. ceptum fuerit fideli contrahere cum infideli in uete
Nume.12. ri teſtamento. Moyſes enim filiam habuit Ietro infi-
Gene.41. Ruth.4. delis, Ioſeph duxit filiam ſacerdotis Putifaris in He-
3.Reg 2. liopoli, Naaſon quoque duxit Raab uxorem, Booz
Heſt.2. Ruth Moabitidẽ, Salomon filiam Pharaonis regis Aegypti, Heſter nupſit Aſſuero gẽtili, Iacob inſuper
Gene.34. conſenſit ut Dina nuberet ipſi Sichem qui erat Ephę us, & ſimilia multa.

Genn.24. Viciſſim quoq; legimus, quomodo noluit Abra-
Gene. 26. am ut filius ſuus Iſaac duceret aliquam uxorem de filiabus Chanaan. Eſau etiam, quia uxorem accepit

ex Chananęis,irritauit aduerſum ſe animum ſuorum parentum,q deinde mittentes alterum filium Iacob in Meſopotamiam Syriæ,diligenter iniunxerunt ei ne acciperet uxorem Chananæam. Gene.28.

Præceperat em̃ hoc deus in uniuerſum de ſeptem populis regionis Chanaan:Nõ inibis cum eis fœdus, nec miſereberis earum,neq; ſociabis cũ eis coniugia, filiam tuam non dabis filio eius,nec filiam illius accipies filio tuo. Deut.7.

Præterea Iudæi domum reuertentes ex Babylonica captiuitate,multas ſecum adducebãt mulieres alienigenas,Eſdras aũt ex ꝑcepto dñi ſeparauit ab eis, & tñ ſi qñ infideles uolebant recipere fidem,prohibitum hoc erat nemini:ſicuti ſupra induxim⁹ pmiſiſſe dñm,ut quum uidiſſet aliqs inter captiuas unam formoſam,cuius teneret amore,ita ut uellet eam ducere uxorem,illi detonderet capillos,reſecaret ungues, & exueret ueſtes in qbus capta erat. 1.Eſd.4. Deut.21.

Sic nimirum Fridericus 2.imperator, dux Sueuorum,uxorem duxit Iolam filiam Sultani. & Palude refert, nobiles Hiſpanos accipere uxores nobiliſſimas filias principum Sarracenorum,ſic tñ, ut ſpõſa cum 20.uirginibus baptizetur.

Vt redeamus autem ad id quod primo loco quæſitum eſt,doctores diſtribuũt tria tempora in eccleſia. primũ erat in eccleſia primitiua,quãdo ad Chriſtum conuertebantur Iudæi & Gentiles,tunc q̊q; ſpes erat cuilibet coniugi,fore ut etiam alter coniunx conuerteretur ad Chriſtum,& ſic implebatur dictum Pauli, ſanctificari uirum infidelem p mulierem fidelem. Eo tempore procedebat & uolebat illud conſilium Pauli, ut coniunx fidelis non deſiſteret neque deficeret, Infidelis cũ fideli. 1.Cor.7.

ſi poſſet etiam alterum cōiugem adducere ad fidem, ſicut Cæcilia conuertit Valerianum.

Secundum tempus in eccleſia fuit ab Imperatore Conſtantino, quando iam prohibitum fuit coniugi Chriſtiano habitare cū coniuge Iudæo, ſed non cum infideli, in cauſa erat, qa tunc incipiebant Iudæi om̄ino eſſe obſtinati, gentiles autem non ſic. Inde conſti-

Cap. 62. tutum eſt in concilio quarto Toletano, Iudęi q Chriſtianas mulieres habent, admoneantur ab epiſcopo ciuitatis ipſius, ut ſi cum eis permanere cupiunt, Chri-

C. Iudęi. 28. q. 1. ſtiani efficiantur. Quod ſi admoniti noluerint, ſeparentur, ne forte fidelis dum infidelem conuertere nititur, ipſe in infidelitatem relabatur. Gentiles autem tunc continue adhuc conuertebātur, ſicuti fidelis & catholica regina Chrotildis in Burgūdia Cluduigem regem Gallorum, ut meminit Gregorius Turoneñ.

Li. 2. c. 28. 29. Tertium porro tempus eſt, quando iam infideles pariter omnes, Turcæ & Saraceni indurati ſunt in impi-

Li. 1. c. 9. etate ſua, non minus quàm Iudæi. Quapropter Ambroſius huiuſmodi conſilium dedit pro hoc tempore in libro de patriarcha Abraā: Caue Chriſtiane gentili uel Iudæo filiam tuam tradere, caue ne gentilem uel Iudæam uel alienigenam, id eſt, hæreticā & oēm alienam à fide tua, uxorem accerſas tibi. Prima coniugij fides, caſtitatis gratia eſt: ſi idola colat, quorum prædicantur adulteria, ſi Chriſtum neget, qui præceptor & remunerator eſt pudicitiæ, quomodo poteſt diligere pudicitiam?

Et inde: Accedit aliud inſigne caſtimonię, ſi credas à tuo deo tibi, quod ſortitus es coniugium, datum,

Pro. 19. unde & Salomon aït, A deo præparabitur uiro uxor, nō poſſunt hoc diſpares fide credere, ut ab eo quem

non colunt, putent ſibi connubij impartitam gratiã, 28.q.1.caue. Poſtea inducit quomodo Abraam filio ſuo elegerit uirginẽ caſtam ex terra longinqua. Atque hoc iam conſilio utitur eccleſia, quantum ad Iudæos & ethnicos pertinet: ſed quoad hæreticos, ſciendum quia ſi inter Chriſtianos coniugum alter in hæreſim cadit, à qua nolit deſiſtere, matrimonium tamen inter eos nõ ſoluitur: nã quod ſcinditur inter gentiles cum alter ſine altero coniugum ad fidẽ conuertitur, ratio eſt, quia inter eos eſt quidem legitimum, ſed non ratum matrimonium. Itaque quãdiu uiuunt coniuges Chriſtiani, manet uinculum matrimonij ratum & inſolubile, ſi modo ſit cõtractum ex lege & ſanctionibus eccleſiæ. Ait Innocẽtius ibi, per hanc reſponſionem, quorundam malitiæ obuiatur, qui in odium coniugũ, uel quando ſibi inuicẽ diſplicerent, ſi eas poſſent in tali caſu dimittere, ſimularẽt hæreſim, ut ab ipſa nubentibus coniugibus reſilirẽt. fieret hoc nimium illis temporib⁹, ubi ſub prætextu Lutheranæ hæreſis multi à ſuis coniugibus reſilirẽt.

Gene. 24.

Contrahere cum hæretico.

C. quanto de diuor.

Separari tamen poteſt maritus ab uxore propter hæreſim, ſicut teſtatur Auguſtinus, & inducitur ſup hoc à Gratiano, quoniam hæreſis fornicatio eſt ſpiritualis. Expreſſit hoc ipſum & Alexander tertius, q̃d poſſint in hoc caſu ſeparari, ſed utroq; uiuente non ultra contrahere.

28.q.1. idolatria.

C. queſiuit, de diuor.

Alia cauſa diuortij in cauſa hæreſeos, eſt propter prolem, quæ cum numeretur inter tria coniugij bona, ſemper cõtendet coniunx hæreticus liberos educare in hæreſi ſua erronea, quod nũc quoq; fieri uidemus, ubi parentes in fide diſſentiunt.

4. Ex omnibus prædictis ſatis iam liquet, q̃ im-

Differunt coniugia infidelium & Chriſtianorum.

pudẽter ſimul & impie Lutherus conetur matrimonium Chriſtianorum conferre coniugio infidelium: quod ut auditu eſt fœdum, ita à Chriſtianis omnibus alieniſſimum. nos quoque cõtrarium hactenus probauimus ex ſacris literis & ſanctorum patrũ teſtimonijs. Supereſt adhuc altera pars, ubi Lutherus contendit matrimonium ſanctorum patrum in ueteri lege, perinde fuiſſe ſanctum atque nunc eſt coniugium Chriſtianorũ, cum tamẽ nos catholici in eorum matrimonio ſacramentum non reponamus.

Ad hoc reſpondebimus, etiam matrimonium in ueteri teſtamẽto ſacramentũ fuiſſe, ſicuti multo plura fuerunt in eo ſacramenta, communia illa & quotidiana ſacrificia, thurificationes, primogenitorũ oblationes, decimæ, circũciſio &c. ſicut ſupra iam inde ab initio diximus. Nam ut in alijs ſacramentis, ita & hic lex gratiæ ſuperat ueterem Moyſen, nunc nimirum ex uirtute ſacramenti matrimonio Chriſtianorũ huberiorem gratiam operante q̃ in ueteri teſtamento: & ob id Chriſtus autoritatem coniugij renouauit ex antiqua illa Moſaica lege, in duobus locis. primum cum ait, Non legiſtis, quia qui fecit hominem ab initio, maſculum & fœminam fecit eos? & dixit, Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhęrebit uxori ſuæ, & erũt duo in carne una. Altera confirmatio eſt, quãdo ſubiungit: Ideo iam nõ ſunt duo, ſed una caro. Quomodo autẽ in melius mutarit dominus matrimonium in noua lege, patet ex ſequẽtibus dupliciter: Primum, quia dicit, Quos deus coniunxit, homo non ſeparet. Volens per hoc inſinuare conſtantiam uinculi coniugalis. & recte ait, Quos deus coniunxit: nam quod nunc putatur eſſe matri-

Matrimonium Chriſtianorum melius q̃ Judęorum

Matt. 19.

Gene 2.

Matt. 19.

monium inter monachos & moniales, nõ à deo, ſed contra deum ex peruerſa libidine & concupiſcentia à diabolo copulatur.

Deinde & in hoc emendauit dominus matrimonium, quia ſuſtulit libellum diuortij à Moyſe permiſſum, quia & uxoribus nimium erat grauis atq; nociuus. Cumq; hoc ipſum fecerit exhibitione externa, ſine dubio multo magis fecit hoc intrinſecus cũ permiſſione gratiæ ſuæ diuinæ: id inde patet, quãdo matrimonium ſacramentũ magnum eſt in domino Ieſu & eccleſia. matrimonium autem Chriſtianorum præſentem habet ſignificationem in Chriſto & eccleſia, ideo multo plus gratiæ largitur q̃ olim in ueteri teſtamento. Deut. 24. Ephe. 5.

Omnia hæc ſatis confirmantur ex illo, quod oẽs ſancti doctores communiter (limito hoc propter Inglienſem Marſilium iſtum, qui fuit plantator ſtudij Heydelbergenſis) dicunt, noua hæc Chriſtianorum ſacramenta præſtantiora eſſe, & maiorem gratiam largiri poſt Chriſti paſſionem, q̃ antea, eo quod quęcunq; prompte ſoluuntur, in maiori ſunt precio, q̃ quæ mora indigent: ita maius beneplacitum habuit deus ex paſſione Chriſti & morte iam perſoluta, q̃ olim adhuc futura & expectata.

Cæterum conferri gratiam in hoc ſacramento, quando pertinaciter negat Lutherus, proxima homilia cõuincemus ad gloriam Chriſti & eccleſiæ, ad defenſionem ſtatus coniugalis, & informationem omnium qui in eo pie uiuunt &c.

Rogemus dominum &c.

HOMILIA LXXII. QVA CONfirmatur, in ſacramento matrimonij gratiam diuinam conferri.

Sacramentum hoc magnum eſt, Epheſi, quinto.

QVandoquidem Lutherus impugnat coniugij ſacramentum, præcipuum ſuum fundamentum in hoc conſiſtit, q̃d gratia in eo non conferatur, quæ tamen in ſacramentis omnibus datur, adeo ut illa aliás ſacramenta non eſſent. Ad confutationem huius erroris etſi ſatisfaceret cõmunis totius eccleſiæ autoritas, & Chriſtianorum unanimis

Con. epiſ. fundamẽti cõſenſus, quæ etiam cuilibet Chriſtiano ſufficere debent, ita enim & Auguſtinus dicit, Euangelio nõ crederem, niſi autoritas eccleſiæ me cõmoueret: (alia litera habet, commoneret) & Chriſtus ipſe ait, Qui ec-

Matt. 18. cleſiam non audierit, ſit tibi tanquam ethnicus & publicanus: Attamen ut hæc magis pateã, & ut catholici ſuper hoc ſacramento interrogati ab hæreticis, habeãt unde ex ſacris literis eccleſiaſticam fidem & conſtantem ſententiam tueantur, etiam hunc errorem diligentius refutabimus eo modo, quo rem hãc tractauit rex Angliæ, ſumpta occaſiõe ex uerbis Pauli, quæ furioſos iſtos & ſeditioſos hæreticos fortiter

Ephe. 5. conuincũt, eorumq́ errorem explodunt. ait autem, Mulieres uiris ſuis ſubditæ ſint ſicut domino, quoniam uir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt eccleſiæ, ipſe ſaluator corporis eius: ſed ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres uiris ſuis in omnibus. Viri, diligite uxores ueſtras, ſicut & Chriſtus di-

lexit eccleſiam,& ſeipſum tradidit pro ea, ut illã ſanctificaret,mundans eam lauacro aquę in uerbo uitę, ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam,nõ habentem maculam aut rugam,aut aliquid huiuſmodi,ſed ut ſit ſancta & immaculata.ita & uiri debent diligere uxores ſuas,ut corpora ſua. Qui ſuam uxorem diligit,ſeipſum diligit.nemo enim unquam carnem ſuam odio habuit,ſed nutrit & fouet eam,ſicut & Chriſtus eccleſiam,quia membra ſumus corporis eius,de carne eius, & de oſſibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam,& adhærebit uxori ſuæ,& erunt duo in carne una.Sacramẽtum hoc magnum eſt,ego autem dico in Chriſto & in eccleſia.

Hactenus ad longum percenſuimus ipſa Pauli uerba, quibus uniuerſa Lútherana hæreſis funditus euellitur.Recte autem dixit Petrus,& poſt eum Hieronymus,grauia eſſe pleraq; & obſcura in epiſtolis Pauli: ideo hæc uerba explicabimus diligentius, iuxta ſententias ſanctorum patrum ab eccleſia approbatorum. 2.Pet.3.

2. Multis modis docet hic Paulus, matrimoniũ eſſe ſacramentum,&gratiam conferre ex ſignificatione coniunctionis Chriſti cum eccleſia.oſtendit eñ matrimonium eſſe à deo benedictum, ut fiat ſacramentum Chriſti cum eccleſia cõiuncti, quæ ſane immenſa matrimonij dignitas eſt,quod hic Paulus uirum Chriſto,& mulierem comparat eccleſiæ. Vide præclaram hanc comparationem. Virum facit caput corporis,quod unum cõſtituit cum uxore: Chriſtum quoque caput facit corporis eius, quod unum eſſe dicit cum eccleſia.An non magna &eximia ſunt hæc myſteria fidei noſtræ? non eſt hoc glorioſum &

Gratia in matrimonio.

ſanctum ſacramẽtum, quod tam ſublimem habet ſignificationem? Neq; prætermittendum eſt oſcitanter, quod Apoſtolus rationẽ illam proponit, cur mulierem uir diligat, quoniam ſignum hoc non diſſimile ſit Chriſto quem ſignificat. Et hãc cauſam grauius ponderat Paulus, q̃ illam quam phyſici præbent, mutuum coniugum amorem proficiſci ex communi natura mulieris & uiri. Porro eodem adhuc exemplo Paulus docet, mulieri timendum eſſe uirum, honeſteq; tractãdum, eo q; ipſa eccleſiã ſignificat, Chriſto ſemper & in omnibus obedientem. Multis hæc uerbis inducit Apoſtolus, tandemq; ne quis putet eũ hic tãtum adhortari uoluiſſe, & tali ſimilitudine uti, addit rem hanc ueram eſſe, adeoq; uerum ſacramentum, in hoc admonet hominem primorum uerbo-
Gene.2. rum quæ in paradiſo dicta ſunt ab Adam ipſi Euæ, ſimulq; primæ legis coniugalis: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem. Ad extremum concludit prævalide, dicens: Sacramentum hoc magnum eſt.

Cæterum intellexiſſe hæc Paulum de ſacramento coniugij, facile probari poteſt. primum, quia ſi uoluiſſet ille matrimonium per ſe nõ eſſe ſacramentum, ſed in Chriſto tantum & eccleſia, corruerent ſtatim omnia quæcunq; antea induxerat ad commendationẽ matrimonij. de collatione duplicis coniunctionis, Chriſti & eccleſiæ, uiri & mulieris. Ad hoc ipſum
Ibidem. etiã facit hoc, q̃d Paulus adducit uerba Adæ, Hoc os ex oſſibus meis: quanuis ad literã uerba illa poſſunt intelligi de matrimonio corporali, ſicuti & accipienda ſunt, & dominus ipſe in hunc finem & ſenſum ea citat, tamẽ ad Chriſtum & eccleſiam reſpicit Paulus.
Mat.19. Non fuerit autem temeritatis magnæ argumẽtum,

ſi conetur quis ea ad Chriſtum referre, ita ut non faciant etiam ad coniuges? Atque in hoc totus Lutheri error reſidet, quòd putat honorem quem Apoſtolus tribuit matrimonio, illi non eſſe deferēdum, ſed Chriſto duntaxat & eccleſiæ. Quanto rectius docuerunt tum Paulus tum qui Paulum ſequuti ſunt, doctores omnes, uerba hæc ad præſens inſtitutum eſſe referenda, ad matrimonium ſcilicet, cuius ſacramentum hic inſtituebatur, cum ex ſpiritu dei uerba Adæ ſint deformata, & ad illud ſignificādum ſiue prænunciandum accommodata, hoc eſt, quod uerba hæc p̄tineant ad corporale coniugium hominum tunc inſtitutum, & ad coniunctionem Chriſti & eccleſiæ in matrimonio ſignatam: dictum id autem eſſe de matrimonio corporali, Chriſtus ipſe teſtatur, qui etiam ſic intellexit, ſed referri ad Chriſtum & eccleſiam, manifeſte affirmat Paulus. Om̄es igitur Lutherani tergiuerſari hic non poſſunt neque quicquam cauſari, niſi blaſphement Chriſtum, Paulumq́ue de mendacio accuſent, aut ab errore ſuo deſiſtant, quod illis foret conſultiſſimum. Ad hūc ſenſum iam accommodabimus autoritates patrum, & ſufficientes rationes. Adam em̄ in primo ſtatim aſpectu Euæ, uerba hæc loquutus eſt, quibus coniugem utrique parentū antepoſuit, qui ipſe tamen nec patrem habuerat neque matrem, ſed neque dum præceptum illi fuerat generare prolem, ita ut ex collatione liberorum & parētum ſcire potuerit, quid eſſent pater & mater, ſed ex inſtinctu ſpiritus ſancti præſenſit ille iam tum, quidnam operaturus eſſet mutuus coniugum conſenſus, quidq́ue ſignificaturus, ſicut in multis locis affirmat Auguſtinus.

Matt. 19.

Li. 14. de ciuit. dei ca. 22.

3. Quis autem adhuc nõ uidet, q̃ inualide & falſo Lutherus Pauli uerba dilaniet, qui cum dicat matrimonium ſacramẽtum magnum eſſe in Chriſto & eccleſia, Lutherus appellationem ſacramẽti conatur rapere à matrimonio, & in Chriſto atque in eccleſia tantum conſtituere, ſicq́ nobis octo efficit ſacramẽta, cum tamen Paulus aperte dicat matrimoniũ eſſe ſacramentum, non Chriſtum & eccleſiam? Vere quidem eſt, quod Paulus ſublimitatem & dignitatẽ matrimonij colligit ex eminẽtia ſignificationis, puta in Chriſto & eccleſia. non debet autem per hoc ſacramentalis dignitas matrimonio adimi, ut ſi dicas, ſacramentum altaris ſacramẽtum magnum eſſe, dico autem in Chriſto Ieſu, uel corpore ei' myſtico. Quis hoc ita impudenter & temere intelligat, ut nolit negetq́ ideo ſacramentũ altaris eſſe ſacramẽtũ? Eodẽ plane modo hic Lutherus ſemper contrarius & ſibi & eccleſię, citra aliquod fundamentum temere intelligit hæc Pauli uerba, & uel non uidet, uel non intelligit, uel recuſat intelligere quæ ſit uera Pauli ſententia, & quis ſit huius capitis ad Epheſios ſcopus: neq; enim hic p̃cipue hoc agit, ut illis uerbis doceat quantum ſit myſterium coniunctionis Chriſti & eccleſię, ſed cõiuges inſtruit, ut ſciant quomodo inter ſe mutuo uiuant in dilectione. ad id ut magis eos permoueat, oſtendit magnificam ſignificationem, quã habet matrimonium in Chriſto & eccleſia, ideoq́ ſtudere debent & eniti, ut huic ſignificationi magis cõformentur, ſicut illa uerba intellexerũt Auguſtinus, Hieronymus, & tota deniq; eccleſia. Nam Apoſtolus ipſe Lutheranum iſtum ſenſum ſatis refellit, qui cũ dixerat, Sacramentum hoc magnum eſſe in Chriſto

& eccleſia,ne quis hic cogitaret uelle cum ad Chriſti & eccleſiæ coniunctionem tm̃ referre ſacramentum, & non ad matrimonium:ſtatim meminit matrimonij rurſus,ut oſtenderet cur tandem uerba priora p̄miſiſſet.ait enim, unuſquiſq; uxorē ſuā ſicut ſeipſum diligat,uxor autem timeat uirum ſuum.

Priuſquam in hac confutatione Lutherani erroris progrediamur,explicandum eſt illud latius quod dixit Apoſtolus, Sacramentum hoc magnum eſt. Aut eſt ne hoc ſacramentum maius cæteris? *Magnum ſacramētū matrimonij.*

Reſpōdetur,quoniam ſunt quidem omnia ſacramēta magna,ſi gratiam diuinam in eis collatā inſpiciamus,& miſericordiam immenſam quam in eis nobis concedit deus, ſed iuxta expoſitionem doctorū, quatuor ſacramenta præcipue magna dicuntur:baptiſmus ,ppter effectum,quia in eo dimittuntur peccata quoad pœnā & culpam,aperit etiam portas paradiſi,ita ut quiſquis illum digne ſuſceperit, ſicq; moriatur,ſtatim emigret in cæleſtem patriam, ſicut ſacræ teſtātur literæ ſupra de baptiſmo adductæ. Dein de confirmatio quoque ratione miniſtri, quia à ſolo adminiſtrari poteſt epiſcopo.uide ſupra. Mox & ſacramētum altaris uere maximum eſt, ob id quod in eo continetur.nam cum reliqua ſacramēta conferāt gratiam dei,hoc eſſentialiter cōtinet dñm Ieſum uere,integre,& hic in præſentia,fontem,autorem, datoremq; omnis gratię,à quo ſacramenta omnia quicquid habent gratiæ & uirtutis, obtinent:ideoq; per excellentiā quotieſcunque de ſacramento dicitur,de hoc ipſo ſacramento altaris id intelligitur,de ſacroſancto Chriſti corpore,ut ſupra diſſeruimus. *Baptiſmus. Confirmatio. Euchariſtia.*

Quartum ſacramentum magnum,eſt matrimonium *Matrimonium.*

nium:quod quanuis in ſe & reſpectu gratię ꝓ minimo reputatur ex aliis,ſignificatio tamē eius maxima eſt,ſicut hic ait Paulus:Sacramentum hoc magnum eſt,ego autem dico in Chriſto & eccleſia.quaſi dicere uellet,Magnum dico hoc ſacramētum, ſed nemo intelligat ideo dictum,quod in ſe ipſo magnum exiſtat,uerum in ſua ſignificatione, quia coniunctionē Chriſti & eccleſiæ ſignificat.Sicut enim Eua ſumpta eſt ex latere Adę,illiq; deſponſata,ita eccleſia ſumpta eſt ex latere dormientis in cruce Chriſti,& ei deſponſata coniugio ſpirituali. Non poſſum hic præterire impium & blaſphemia plenum Lutheri dictum, cū ait de Paulo,cum uerba hæc proprio ſuo ſpiritu trahere ad Chriſtū,quaſi Paulus epiſtolam hanc & alias ex proprio ſpiritu ſcripſiſſet,& non ex ſpiritu dei. quod ſi eſſet,omnes illæ nobis forent nimium ſuſpectæ.O pulchrum & præclare Paulinum theologum Lutherum, quantam ignominiam & notam inurit

Genē.2. hic Apoſtolo? Quid enim aliud ſentiunt hæc uerba hæretici,niſi Paulum uerbis Adæ eſſe abuſum,& ꝓprio ſuo ſpiritu atq; inſtituto detorſiſſe in Chriſtū? ſed hæc ab homiliis ſunt aliena.in ſcholis & diſputationibus ueniret hic mihi Lutherus pro merito ſuo tractandus,uti dignus eſſet.

Matrimonium eſt myſteriū & ſacramentum.

4. Quod porro Lutherus errorem ſuum defendere parat & excuſare per linguam græcam, in qua Paulus hanc ſcripſerit epiſtolā,& ait eum non appellaſſe matrimonium ſacramentum, ſed myſterium, tanquam ſecretum & arcanum quiddam. Profecto etiam hoc quicquid fuerit,Lutheranum errorem parum promouebit,eo quòd textus noſter latinus manifeſtę habet ſacramentum,quomodo intellexerūt,

legerunt & appellarunt doctiſſimi quiq; etiam linguæ græcæ, Hieronymus & Auguſtinus, ut infra explicabimus. Neque uero ſequitur hoc, ſi ita colligas, matrimonium eſt myſterium, non eſt ergo ſacramẽtum. Nam omnia ſacramenta habent ſua myſteria & myſticas ſignificationes, uſqueadeo, ut etiam ſacramẽtum altaris ſuum habeat myſterium, & nihilo interim minus eſt ſacramentum: ita & hic matrimonium quum ſit ſacramentum, ſuum quoque habet myſterium.

Inſignem tamen Lutheri ſtupiditatẽ oportet paulo exactius detegere. Nam quod ille cõtendit matrimoniũ non eſſe ſacramentũ, ſed abditum qd ſiue ſecretũ, nemo tam infans eſt & ignarus q neſciat. Sed q̃ inepte delirat hic Lutherus, quum matrimonium per ſe nihil minus ſit q̃ arcanũ. Fit enim in publico contractus matrimonialis, fit coram multis, ut amicis, cognatis, atq; ideo matrimonia occulta ſunt in iure ꝓhibita, eo q̊d multum mali inde ꝓueniat: opera etiam coniugalia non ſunt occulta myſteria, ſed opera carnis. Debebat igitur Luther⁹ didiciſſe cõformiter loqui cum ſanctis patribus, & nõ dicere matrimonium in ſe myſterium eſſe, quanuis myſterium ſit in ſignificando: carnale enim coniugium duorum hominum, deſignat coniunctionem ſpiritualem Chriſti & eccleſię, nobis utiq; occultam, & ſola fide cognitam, quapropter recte myſteriũ dici poteſt & debet.

Quum igitur Apoſtolus iuxta textum Latinum & catholicum matrimonium dicat eſſe ſacramentũ, ſicq; obſeruet eccleſia, ut ſecundum omnia obſequialia, ſecundum ritus omnium regnoꝝ totius Chriſtianiſmi, deſpõſati copulentur in facie eccleſię, ſub no

mine ſacramenti,quo nomine illud ſemper appellā rūt ſancti patres. Quis huic apoſtatę fœdifrago plus credat quàm uniuerſæ eccleſiæ? profecto ſic appella

Lib.1.de nup. & concupi.c.10. uit, obſeruauit & credidit Auguſtinus,qui ſemp mā trimonium uocauit ſacramentum,ſicut ſupra nō ſemel eius uſi ſumus teſtimonijs, ſuper Gen̄.de bono coniug. Et de hoc Pauli loco ſic ait ad Valeriū:Non tantum fœcūditas,cuius fructus in prole eſt,nec tantum pudicitia,cuius uinculum eſt fides,uerumetiam quoddam ſacramentum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis. Vnde dicit Apoſtolus:Viri,diligite uxores ueſtras,ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiā.

Huius proculdubio ſacramēti res eſt,ut mas & fœmina connubio copulati quandiu uiuūt,inſeparabiliter perſeuerent, cuius ſacramenti tanta obſeruatio eſt in ciuitate dei noſtri,in mōte ſancto eius,hoc eſt,

Cap.11. in eccleſia dei,&c. Ecce quomodo Auguſtin⁹ in eodem capite ter matrimonium uocat ſacramentum, ſicut & baptiſmum appellat ſacramētum fidei in eo loco:ita plane coniugium Mariæ bis uocat ſacramētum capite ſequenti,& capite decimoſeptimo dicit:

Cap.17. Sacramētum,quod nec ſeparati,nec adulterati amittunt coniuges. Deinde in quadam diſputatione inter innocentem uerecundiam & matrimonium iam

Cap.21. in ſtatu naturæ lapſæ,ait: Reſpondebit connubij ſacramentum,de me ante peccatum dictum eſt in paradiſo:Relinquet homo patrem & matrem,& adhę

Gene.2. rebit uxori ſui,& erunt duo in carne una,q̄d magnū ſacramentum dicit Apoſtolus in Chriſto & eccleſia.

Ephe.5. Quod ergo eſt in Chriſto & eccleſia magnū, hoc in ſingulis quibuſq; uiris atq; uxoribus minimū,ſed tamen coniunctionis inſeparabile ſacramentum.

Hinc ſatis patet illud ab Auguſtino cenſeri ſacramentum, quanuis è reliquis minimum, ſicuti iam diximus, in ſua tamen ſignificatione magnum eſt. Alios Auguſtini locos ultro præterimus, certe & Hieronymus hoc loco utitur ſacramenti uocabulo, oſtendens ſacramēta nō eſſe æqualia, ſed aliud alio maius.

Athanaſius quomodo ſcripſerit Græce, non ſatis id quidem ſcio. in noſtra tamen tranſlatione (ſiue tamen ipſe ſit autor, ſiue Vulgarius, ſiue Theophylactus) ſic legimus: Quur nuptiæ improbantur, quum has Paulus diuini ſacramenti in argumētum producat, eaſdemq́ ſacramenti nomine nūcupet? Et quanuis Ambroſius legerit myſterium, quod nos Chriſtiani etiam omnibus tribuimus ſacramentis, in expoſitione tamen ſacramentum quoque uocat & ait: Myſterium ſacramenti grande in unitate uiri ac fœminę eſſe ſignificat. Quapropter nō magni facimus, quòd quidam capitoſi uoluerunt hic uideri, & ob illud myſterij uocabulū detorquere in diuerſum uerba Pauli, quaſi non ſufficerent ad probandū, matrimonium eſſe ſacramentum: quanuis in hoc ſunt laudandi, quod cum eccleſia contra Lutherum pugnāt & ſentiunt matrimonium eſſe ſacramētum. Nos autem ſtantes cum eccleſia & patribus ſanctis ab ea receptis, uale dicamus iſtis nouitijs, recensq́ natis prophetis. Nam & Leo papa qui Magnus dicitur, matrimonium uocat ſacramentum, ſcribens ad Ruſticum epiſcopum Narbonenſem: Societas nuptiarū ab initio conſtituta eſt, ut præter ſexuum coniunctionem haberent in ſe Chriſti & eccleſiæ ſacramentum, dubium non eſt eam mulierē non pertinere ad matrimonium, in qua docetur non fuiſſe nuptiale myſteriū. Caietan᷑. Art. 4.

Deus illuminare dignetur coniuges omnes,ut ſuſcepto ſacramento hic utantur in pace & charitate, poſt hanc uitã,illam cõſequuturi ęternam. Amen.

HOMILIA LXXIII. QVA rurſus conuincitur in matrimonio conferri gratiam.

Sacramentum hoc magnum eſt. Ephe.quinto.

ABunde ſatis dictum eſt & declaratũ ſermone ſuperiori,matrimonium eſſe ſacramentum. quum enim Paulus ait illud magnum eſſe ſacramẽtum,aliter non poteſt intelligi q̃ de matrimonio carnali. Quod ſi quis tamen adeo fuerit ceruicoſus,qui uerba Pauli non de illo matrimonio,ſed coniunctione Chriſti & eccleſiæ uelit intelligere, is utiq; dilaniabit Paulum. Nam quid hoc eſſet dictum,ſacramentum hoc magnũ eſt, ſacramentum hoc Chriſtus & eccleſia, ſacramẽtum magnum eſt in Chriſto & eccleſia? Quis unquam ita loquutus eſt,ſicut nunc Lutherus iſtum ſermonem diſtorquet ex Paulo? nos autem erronea ipſius fundamenta oſtendimus,quãdo proponit matrimonium non conferre gratiam, & ideo non eſſe ſacramentũ. ſed quia refutatio hui⁹ obiectionis conuenit cum quinto errore,conſultum uidetur prius errorem proponere, ut ſimul utrunq; diluatur.

Quintus igitur error circa hoc ſacramentum, eſt eorum qui dicunt matrimonium eſſe quidem ſacramẽtũ,ſicut & Luci⁹ papa ſtatuit in c. ad abolendũ de

hæreti. ſed aiunt illud non conferre gratiam,ideoq́ꝫ eſſentialiter & uniuoce non eſſe ſacramentũ cũ alijs.

Error hic ſane eſt non paruus,ſed tñ error tm̃:nã quum illi qui ita ſentiunt,ſemper manſerunt in eccle ſia catholica,illiusq́ꝫ iudicio ſemet ſubmiſerunt, fratres exiſtimo illos in Chriſto,& tales qui poſſint dicere cum Auguſtino: Errare poſſum, hæreticus eſſe non poſſum. Quia ergo ab initio homiliarum de ſa cramentis ſemper cõprobauimus,omnia ſacramẽta gratiam cõferre, iamq́ꝫ ſuperiori homilia oſtenſum eſt,matrimonium eſſe ſacramentũ, om̃ino ſequitur, in matrimonio quoq́ꝫ conferri gratiam dei,ſi modo illi gratiæ ſint capaces,& nõ ponant obicẽ peccati. Error, matrimoniũ non cõferre gratiã.

Probãt hoc ipſum rationabiles cauſæ &autoritates ueterꝝ & recentiorum doctorꝝ,aduerſus Durandum,quas in hoc adducemus,deinde argumenta q̊que regis Angliæ,& epiſcopi Roffenſis contra Lutherꝝ,qm̃ multũ innituntur ſcripturis biblicis,& grauiter contradicunt erroribus hæreticis.

Principio itaque,quum om̃e remedium aduerſus peccatum in lege euangelica ſit ſacramẽtum, matrimonium aũt eſt remedium contra peccatum fornicationis,Paulo teſte quum ait: Vnuſquiſq́ꝫ uxorẽ ſuam habeat propter fornicationem,puta uitandam: non eſſet autem remedium hoc efficax,niſi gratiam cõferret:ſed quod ſit remedium,idipſum ſane habet ex diuina inſtitutione,ut qlibet poſſit ſeruare uas ſuum in ſanctificatione & honore,non in prauæ cõcu piſcentiæ languore ſicut ethnici, qui de deo nihil ſci unt,ubi ſatis diſcernitur matrimoniũ infideliũ ab eo quod eſt inter Chriſtianos. ij nanque uxores ſuas habẽt in ſanctificatione & honore,ſanctificatio autem 1.Cor.7. 1.Theſ.4.

nō eſt ſine gratia,ideoq́; ſignificatio matrimonij ſupra naturam eſt in duob⁹. Primum, quia præſentem gratiam ſignificat,quam deus coniugibus impartitur:deinde,quia coniunctionē Chriſti & eccleſiæ deſignat,quod utiq; eſt ſupra naturam:aliàs enim & Iudæi & gentiles crederent hoc ipſum.

Quid quod Adam hoc nō intellexit adhuc in paradiſo,niſi per gratiam ꝓphetiæ? ideoq́; uerba quæ

Gene. 2. loquutus eſt Adā in matrimonij inſtitutione,Chriſtus ait deum dixiſſe,qui fecit hominē ab initio,maſculum & fœminā fecit eos.& dixit,Propter hoc di-

Matt 19. mittet homo patrem & matrem. Vt maxime igitur coniunctio maris & fœminæ ex naturali proueniat inclinatione,ipſaq́; adeo natura illam docuerit cun-

Inſtit de iur.nat. cta animalia,ut inquit Imperator, tamē ſignificatio à deo tantum eſt inſtituta,& per Paulum uerba Adę ſunt declarata atq; expoſita.

Volens hic prætereo,an hoc ſacramentum imprimat characterem, ſed ſicuti ſupra dictum eſt de infidelibus,eſſe etiam inter eos matrimonium,ita nunc affirmamus,non tamen eſt ſacramētum:ueruntamē ſi baptizentur & conſentiant uelle ſe in matrimonio manere,fit etiam illud inter eos ſacramētum,tuncq́; demum iſti gratiam accipiunt ſacramenti.

2. Fortiſſima obiectio quæ ab ijs adfertur,q negant matrimonium eſſe ſacramentū,hęc eſt:Cūm in ſacramentis nō offertur pecunia,aliàs committeret

Dos in matrimonio. ibi Simonia:in matrimonio autem pecunia ultro citroq́; datur & accipitur:quod ideo fit,quia in eo gratia non confertur.(glo.in c. honoratur.32.q.2. & c. multi.1.q.1.Be.in c cū in eccleſiæ,allegant c.nuptiarū 27.q.1.&.c.connubia.32.q.2.)Reſpondetur ad hęc,

quod textus iam inducti, neq; uno uerbo meminerunt,an matrimonium conferat gratiam,an nō:gloſſam quoq; tanti non facimus,ut Auguſtini aut Ambroſij teſtimonia,imò multo minoris quàm autoritatē eccleſiæ & Pauli. Sed quod proponitur & obijcitur,pecuniam in matrimonio dari & accipi,reſpōdeo,ſane fieri hoc, uerum non ad perſolutionem ſacramenti,ſed ad ſuſtentationem uitæ, ut iugum coniugale & onera matrimonij facilius poſſint ſuſtinere: ſicut & in multis locis poſt baptiſmum ſacerdoti dari ſolet pecunia,non fit hoc eo,quod ille ſacramētum baptiſmi uendat, ſed datur ei iſtud ad neceſſitatem ſui conuictus,iuxta illud Pauli: Qui altari ſeruit, de altari & uiuat. Ita quum ſacerdos lecta miſſa accipit nonnihil pecuniæ ad ſuam ſuſtentationem, non ideo utiq; uendit ſacramentum. Eius rei teſtimonium inde colligitur,quia Iacob ſeptem annis ſeruiuit pro Rachel, & Sichem loquutus eſt ad Iacob & filios eius pro filia ſua Dina: Quæcunq; ſtatueritis,dabo. augete dotem, & munera poſtulate, & libenter tribuam,quod petieritis, tantum date mihi puellam hanc uxorem. 1. Cor. 9. Gen. 29. 34.

Obtinet hoc ipſum etiam totius orbis conſuetudo, ſicut & leges ciuiles oſtendunt, non raro diuitiæ conſtituunt matrimonia,que aliâs non contraherētur inter uiros & mulieres, ſed ut ſupra diximus, in matrimonio, qn̄ iudicatur, ſit ne peccatum an non, intueri non oportet cauſas q̄ aliquem mouent & impellunt,puta fortunas,formam, dignitatem,ſpem promotionis,pacem & concordiam &c. dummodo cōtrahens habeat animum uelle ſe in ſtatum cōiugalem dedere, & illam alteram perſonam ſibi ſociare C. de iure dotium.

coniugium in oībus,& thorus immaculatus. Quomodo poſſet autem eſſe immaculatus citra gratiam dei,quæ in matrimonio confertur? eſtq́ꝫ illa immēſa dei pietas,q tam miſericorditer homini contulit remedium matrimonij,ad obuiandum prauis cōcupiſcentijs,ideoq́ꝫ Paulus matrimonium uocat honorabile & immaculatum.Confirmat hoc p uerba Pauli ad Timotheum,quando loquit de ordinatis operibus,quæ deceant uxorem,ait:Saluabit p filiorum generationem,ſi pmanſerit in fide & dilectione,& ſanctificatione cum ſobrietate. Quod ſi ita coniugium gratiam dei non haberet,quomodo poſſet ei Paulus polliceri ſalutem ex generatione filiorum, quum tamen illa nemini conferat, niſi iuxta nuptialem hanc gratiæ ueſtem? Hic enim ſatis conſtat ex Paulo,matrimonium non tantum excuſare opera carnalia ſine peccato,quod etiam fecit illud gentilium,ſed & coniuges Chriſtianos ſanctificat, ita ut deus remuneret hoc in uita æterna.Priuilegium aūt hoc unde ſit obſecro,niſi ex uirtute ſacramenti?

Gratia in matrimonio.

1.Tim.2.

Cōuenit hoc etiā cū uerbis Pauli ad Corinth.quū dicit:Si quis frater uxorē habet infidelē,& hæc cōſentit habitare cū illo,non dimittat illā:& ſi qua mulier habet uirū infidelem,& hic conſentit habitare cum illa,non dimittat uirū:ſanctificatus eſt enim uir infidelis p mulierē fidelem,& ſanctificata eſt mulier infidelis p uirū fidelē:alioqn filij ueſtri immundi eſſent,nūc autem ſancti ſunt.Ecce quantopere Paulus cōtendit fidē alterutrius cōiugis purificare cōiugium, adeo ut & filij ſancti ſint:quāto magis ſanctū eſt matrimonium,ubi uterq́ꝫ cōiunx fidelis eſt? Poſſent hæc ad longū deduci ex eo,q̄d dñs cōiugiū Adæ & Euę bñdixit,

1.Cor.7.

Gen.1.9. ſimiliter & Noæ, & filiorum eius: quæ utiq; benedictio impreſſit in animam eorum gratiam aliquam. Quanuis autem deus etiam animalia benedixit, ea tamen benedictio gratiam illis nullam contulit, nõ q̃d ibi fuerit aliquis in benedictione defectus, ſed qa animalia non fuerint eius capacia. Aliter res ſe habuit in
Mar.10. hominibus: qs enim dicat paruulos non acquiſiuiſſe gratiam ex benedictione diuina? quicquid ergo operata eſt benedictio dei in animalibus ad confortationẽ corporis, id etiam efficit in hominibus in anima.

Satis etiam hoc perſuadet & probat in mitiſſimo domino, quum huiuſmodi uinculum, & qdem inſo
Matt.19. lubile fecerit matrimonium, ut libellos Moſaicos auferret, quur nõ mitigarit quoq; per gratiam ſuam magis quàm antea unquam, & eo quidem magis, quod nuptias corporali ſua præſentia, primoq; adeo miraculo uoluit in terris cohoneſtare? In eam rẽ poſſent
Iohan.2. hic induci plurima, quibus uolens ſuperſedeo.

Eccleſia. 4. Neq; uero ita neceſſarium foret multa inducere ſuper hac re tam confeſſa & indubitata in eccleſia, ut nemo debeat hic ambigere quicquam, qn om̃e id credat, quod ſemel conſtituit eccleſia, cui promiſit dominus ipſe manſurum ſe cum illa uſq; ad conſum
Matt.28. mationem ſeculi, miſſurum inſuper ſpiritũſanctum,
Ioh.16. q ſemper cum ea pmaneat, ipſamq; inducat in oẽm ueritatem. Ad hæc Paulus nõ temere affirmat eccle-
1.Tim.3. ſiam columnam & firmamentum ueritatis. Ideoq; non immerito quilibet catholicus eccleſiæ per om̃ia & in omnibus firmiter credere debet, etiam in ea re ſuper qua non extarent ſcripturę teſtimonia, quæ tamen hic abunde ſuppetũt, ſicut induximus ipſi, quanuis non adeo aperte, quin poſſit temerarius aliquis

dilacerare,& diuerticula quærere,atq; ſermonib⁹ inconſtantibus declinare:ſunt tamen expoſitioni ſanctorum patrum,& obſeruationi eccleſiaſticæ cũ primis conſentanea.

Lubet hoc ipſum aliquanto adhuc certius oſtendere,atq; ad id faciunt uerba Pauli,qui ait:Hæc eſt uoluntas dei,ſanctificatio ueſtra,ut abſtineatis à fornicatiõe, ut ſciat unuſquiſq; ueſtrum uas ſuum poſſidére in ſanctificatione & honore. (ſicut & primo articulo hoc ipſum induximus)conſtat autem Paulum hiſce uerbis nõ uoluiſſe urgere Theſſalonicenſes ad hoc,ut uiuerent cœlibes,ut pulchre infert epiſcopus Roffeñ.quoniã ad Corint.iam ſcripſerat,quomodo in reliquis eccleſiis obſeruaret ipſe,ut quiſq; uxorem ſuam haberet,ob uitandam fornicationem: ſed hoc uoluit,ut ſanctificarent,& uas ſuum poſſiderent cum honore.quomodo poſſet autem ſanctificatio fieri in matrimonio,non aſſiſtente gratia dei?Ideoq; recte dixit Hieronymus, matrimonium eſt donum dei: & quod etiã in ueteri teſtamẽto fuerit benedictum. 1.Theſ.4. Li.1.con. Iouin.

Teſtatur idem & Auguſtinus,dicens: Nos nullo modo dubitamus ſecundum benedictionem dei creſcere,& multiplicare,& replere terram,donũ eſſe nuptiarum,quas deus ante peccatum hominis ab initio conſtituit creando maſculum & fœminam,qui ſexus euidens utiq; eſt in carne.Huic etiam operi dei,etiam benedictio ipſa ſubiuncta eſt:quæ ſicut cœpit in paradiſo,& inde confirmata eſt poſt diluuiũ, ut remanſit ea conſuetudo etiam in ſynagoga,ita ait Auguſtinus illam adhuc in eccleſia celebrari, ut dei creatura ſub dei benedictione iungatur, non utique per præſumptionem,q̃a ab ipſo autore data eſt forma,unde Li.14.de ciuit.dei c.22. In q. no. & vet.teſta. c.127.

illa pēdet benedictio,&c. Rogemus dominū &c.

HOMILIA SEPTVAGESIMA quarta, qua docetur, an coniuges ſemel ſeparati, libere deinde poſſint matrimonium rurſus contrahere.

Quæ ſub uiro eſt mulier, uiuente uiro alligata eſt legi: ſi autem mortuus fuerit uir eius, ſoluta eſt. Roma. vij.

QVinq; hactenus errores diſſoluimus circa hoc ſacramētum obortos, ſuperſunt adhuc q̄dam alij de ſeparatione coniugum. Quos quia nūc nonnulli cōminiſcuntur plane contra ſententiā Pauli, contra doctores & eccleſiæ conſtitutiones atq; cōciliorum, oportet & illos euellere. Principio em̄ ſunt q̄ putent eccleſiam debere matrimonium ſeparare, non tantum propter fornicationē, quam ſolam cau-

Eraſ. Rot. ſam Chriſtus ꝓponit, ſed & ob alias rationes graues, q̄ inter coniuges oriuntur nec raræ neq; leues. Hoc quum conſilium ſit tantum & uelut petitio, ꝓ errore condēnare nō poſſum: ſed ꝙ iſte putat faciendum hoc eſſe eccleſiæ cōtra Chriſtum & Paulum, eq̄dem crediderim errore non carere, eo ꝙ declaratio ſua uideatur prima propoſitione eſſe deterior.

Caietan⁹. Alij quidam uolunt maritum poſſe ab uxore ſeparari adulterij cauſa, ſed non uiciſſim: deinde maritum ſic ex adulterij cauſa ſeparatū, poſſe cū alia contrahere, uxorem etiam ſeparatam non item: utrunq;

hoc erroneum eſſe credo. Lutherani quoq; facilime ſeparant coniuges,& pro arbitrio rurſus ſinunt contrahere,quanuis ex cis nonnulli inter cõiuges diſcernunt,dicẽtes eum q in adulterio non peccarit, poſſe contrahere denuo:ei autem qui adulteratus eſt, matrimonium prohibent. Totumq; adeo illud faciunt ſine ſcriptura,imò &contra ſcripturas,tantum ex humanis coniecturis & moribus gentilium,non reſpiciendo neq; morem neq; honeſtatẽ Chriſtianorum. Volens taceo temeritatem & in libidine demerſam Lutheri impietatem, qui nimis leuiter & impudenter indulget uiro ſeparationem,ſi uxor recuſet debitum,uel ut ſecedat ad ancillam:permittit eãdem q̃q; ſeparatiõem,ſi maritus aliquid commiſiſſet dignum ſupplicio capitali,ſi furore correptus eſſet,ſi uxorem tractaret durius, ſi ab ea diſcederet citra uolũtatem, ſi nimium diu abeſſet in peregrinatione,& huiuſmodi multa proponit,quæ etiã audire honeſtus exhorreſcit animus.

Uide Turicenſium ſtatuta.

Luther ſe parat matrimonia.

Quanuis in alio loco ipſe ſibi rurſus contradicit, negans ſeparandos eſſe coniuges.inſuper ait malle ſe relinquere alicui uxores duas,q̃ ut eum ab una ſeparet. Ad hæc docet,quomodo mulier quæ liberos ex marito non habet,clam confugiat ad fratrẽ eius,aut quemcunq; alium ducat maritum,& tamen filiũ priori tradat marito. Huiuſmodi multa docet, quæ neſcio quo magis facerent quàm ad euangelicam eccleſiam. & tamen iſte euangelicus propheta ſibi ſuiſq; mirifice placet huiuſmodi impudentia & extrema leuitate.

Cõtradictio Luth.

Tales articulos Lutheranæ hæreſis quadringẽtos Auguſtæ obtuli excuſos Cæſareæ maieſtati,nõ recu-

ſans illos ut erroneos publica diſputatione conuincere, ſicuti nonnullos Lutheranos ſuper ea re conuenī, impetrare tamen non potui, ut aliquis contra me in arenam ad diſputandum deſcenderet.

2, Confutationem iſtorum errorum principio adgredior ex teſtimonio ſcripturæ, deinde ſanctorū patrum doctorum eccleſiæ Latinæ & Græcæ, mox conciliorum quoque adprobatorum & totius eccleſiæ ſano & uero intellectu. Vnde tandem ſatis patebit diſcrimen diuortij in ueteri & noua lege.

Dirimere matrimonium. Et priuſquam ad textum perueniam, ad maiorem intelligentiam hoc quoque explicandum eſt, quod non idem eſt dirimere matrimonium, & facere diuortium. Id autem aliqui etiam docti, ſed iuriſprudētiæ ignari, non aduerterunt. Nam quum duo contrahunt inter ſe matrimonium, qui ex diuino uel eccleſiaſtico iure illud licite facere non poſſunt: quod ſi tamen iam alter alteri promiſit coniugium, nihil eſt, debentq; illi iudicio eccleſiæ dirimi, ut ſi duo in prohibitis gradibus cognationis uel affinitatis inter ſe mutuo contrahant, ſiue illud manifeſtum fuerit ſiue occultum, debet illud coniugium per iudices deputatos dirimi, ut teſtatur Alexander 3. Ita & in alijs uerCE. porro de diuor. itis caſibus, ut ſi uir ſit impotens, ineptus eſt ad matrimonium: quia quum hoc alicui promittit, & deinde ipſo iure diuerſum comperiatur, matrimonium fit inualidum & eſt dirimendum, non ſic quod iudex in tali caſu faciat ex matrimonio non matrimonium, ſed quia coniuges illi ſunt ad coniugium inhabiles, diſcernit iſte matrimonium hoc inter eos nec eſſe, nec aliqn̄ fuiſſe, diſſoluit ergo et p̄nūciat liberos.

De frig. & malefic.

Quod ſi autem duo nullis legibus ſiue canonibus

prohibiti aut impediti contrahunt,& inde oritur nō nihil aduerſæ indignationis, cuius gratia nō poſſint pacifice ſimul uiuere,ſi tunc graues cauſę ſubſint,etiam ſeparantur, non quod matrimonium inter eos diſcindatur uel inualidū reputetur, qm̄ niſi per morte diſſolui non poteſt,ſed cohabitatio ſeparatur,ſicuti uulgo dici ſolet,quo ad conuictum menſæ & thalami, ſeparantur:atq; hoc proprie diuortium dicit, ut propter adulterium, uel ſi alter cōiugum declinet ad hæreſim, ſi alter alteri conetur uenenum dare & occidere &c. ideo ſatis proprie loquutus eſt hic dominus,dicens: Quicunq; dimiſerit uxorem ſuam,niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur:non ait,quando maritus uxorem repudiat, ſicut permiſit idipſum Moyſes: neq; dicit, ſi matrimoniū diſcindit, uel illud ipſum diſſoluitur & ceſſat,ſed ſi dimiſerit, p quod ipſa cohabitatio negatur,uinculum autem coniugij non tollitur. Vt ambages latiores euitemus, rem uniuerſam ad capita quędam breuiuſcule redigemus.

De diuor. c.ex lite.

Matt.19.

5. Sit hæc prima concluſio,qua decidantur errores prædicti. Tempore euangelij quandocunq; matrimonium legitime contrahitur, & per cōcubitum conſummatur,ita ut fiant duo in carne una, etiam ſi deinceps ex accidentalibus cauſis ſeparentur à iudice quopiam, tamen hic remanet uinculum coniugale:ita ut neuter illorum cōiugum,uiuente altero,poſſit cōtrahere denuo.(loquor ergo de tempore euangelij, de coniugio fidelium & legitime contracto ac cōſummato, q̄rū omniū ratio ex ſequētibꝰ patebit.) Ad eius profeſſionis confirmationem principio nobis faciunt uerba Chriſti,quum ait: Quos deus con- Matt.19.

iūxit, homo ne ſeparet. Sin autem matrimonium ita
Matt.19. contrahitur, ut iam præmiſimus in cōcluſione, ſunt
illi utiq; in deo coniuncti, nec in aliquo caſu (niſi diſ-
penſatiue deus ipſe permittat) diſſoluendi, quandiu
uixerint ambo. Et quotquot tandem iudices ſepara-
tionem illam iudicarint, homines tamen illi tantum
ſunt, & cohabitationem ſolam diſiungunt, matrimo
nium diſtrahere nō poſſunt, eo quod illa ſit proprie
tas ſacramenti huius cōiugij euangelici. Quod ideo
Auguſtinus uinculum uocat inſeparabile, ut ſupra
ſæpe induximus: & in lib. de bono cōiug. ait: Manet
inter uiuentes quoddam coniugale uinculum, quod
nec ſeparatio, nec cum altero copulatio poſſit au-
ferre. Et inde: Quibus placuit ab uſu carnalis concu-
piſcentiæ in perpetuum cōtinere, abſit ut uinculum
inter eos coniugale rumpatur. Quicquid ergo iudi-
carint uel ueteres iſti conſiſtoriorum iudices, uel no-
uitij coniugiorum diremptores, matrimonium diſ-
ſoluere nullum unquam poterunt.

Deinde quamuis olim patriarchis ex diſpenſatio-
ne diuina permiſſum fuit uxores plures habere, ſicut
Auguſtinus docet ſuper Gen. de uirg. & bo. coniuga
li, nosq; ſuprà meminimus, quomodo regibus etiam
Deu.17. Iudæorum prohibitum fuerit plurimas uxores ha-
bere, ſed non plures, tamen hæc uera eſt matrimonij
proprietas, ſicut inſtitutum olim fuit à deo, & pro-
feſſus eſt Adā, dicens: Erunt duo in carne una, Chri-
ſtus quoque renouauit denuo: ubi ſemper duorum
fit mentio, non trium. Iam uero ſi maritus qui ſepa-
ratur, aliam duceret uxorem, non duo, ſed tres eſſent
in carne una, quod facile eſt dijudicatu.

Rom.7. Ad hęc ſatis manifeſte & Paulus inqt: Quæ ſub ui-

ro eſt mulier, uiuente uiro, alligata eſt legi: ſi autem mortu⁹ fuerit uir eius, ſoluta eſt à lege uiri. igitur uiuẽte uiro uocabitur adultera, ſi fuerit cum alio uiro ſi autẽ mortuus fuerit uir eius, liberata eſt à lege uiri, ut non ſit adultera ſi fuerit cum alio uiro: unde ſatis conſtat, uinculũ coniugale durare ꝑ uniuerſam coniugum uitam, quoniam non dicit Apoſtolus: Mulier alligata eſt legi donec ſeparetur à uiro, ſed uiuente uiro. Succurrit hic demirari temeritatem quorundam, tam apertis Pauli uerbis reſiſtentium.

Ridiculum, imò & impiũ eſt, ꝙ nõnulli iſta etiam dilaniare conant̃, quaſi hic de matrimonio loquutus ſit Paulus iuxta legem Moſaicam: ſiqdem ab initio dixit, An ignoratis fratres, ſcientibus cũ legẽ loquor, quia lex in homine dominat̃, quanto tempore uiuit. Erafmus. Roma. 7.

Profectò hoc impietate cariturum non erat, quia inde Paulus fieret mẽdax, quum ſecundum legẽ Moyſi uxor per libellum repudij à marito relicta, uiuente marito poſſet alteri nubere, non futura ob id adultera, ſicut de uxore communiter omnes doctores ſentiunt, & ipſe textus ſatis oſtendit, ubi dicitur: Quum egreſſa mulier alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, & dederit ei libellũ repudij, uel mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam in uxorem: nam & hoc aduerſabatur formulæ libelli repudij, q ſic habebat, autore Ioſepho: Polliceor tibi, me tecum nunquam conuenturum. quanuis in legibus ciuilibus alia erat forma in uſu, eaꝗ talis: Res tuas tibi habeto. aut, Res tuas agito. Ita & ſacerdoti inhibitum eſt ne meretricẽ ducat, uel aliã à ſuo marito repudiatã atꝗ repulſam. Inde ꝑ ꝓphetam ſic dicit dominus de ſacerdotibus: Viduam & repudiatã non Deut. 24. Libellus repudij. L. 4. c. 16 L. 2. ff. de diuor. Leuit. 21. Eze. 44.

accipient uxores, ſed uirgines de ſemine domus Iſra el. Liquet inde, quód alius qui ſacerdos non erat, poterat huiuſmodi ducere uxorem.

Non ignoro quoſdam uelle ex uerbis Hieremiæ colligere, repudiatis nō licere amplius nubere. ſic enī
Hiere. 3. ait ille: Vulgo dicitur, ſi dimiſerit uir uxorem ſuam, & recedens ab eo duxerit uirum alterum, nunquid reuertetur ad eam ultra? nunquid non polluta erit & contaminata mulier illa? Hoc autem totum intelligendum eſt, eam eſſe contaminatam erga maritum ſuum priſtinum: cui quum antea ſatis bona uiſa non
Leuit. 20. ſit, quanto magis nunc, quum aperte conuixerit marito alteri? nam ſi fuiſſet adultera cum altero, utrique ex lege imminebat pœna & ſuppliciū lapidatiōis &c.

Non ſatis itaq; meditate loquuntur, quicunq; ſic
Rom. 7. uerba dilaniāt. Quid q̄d iuxta hunc ſenſum non multum ualitura erat Pauli ſimilitudo? hoc enim ille uoluit, ſicut in uita ſua mulier alligata eſt legi coniugali, ita Iudæi adſtricti fuerunt legi Moſaicę, quandiu uixerunt. mortui autem ſpiritualiter, ubi primū ſe ſubdiderunt Chriſto, qui iam reſurrexerat à mortuis, tūc ſane liberi erant à lege Moyſi.

Non euadent adhuc iſti, neq; per hanc rimam elabentur, quod ait, ſi ita Paulus in uniuerſum loquitur, an & adulteram nō poterit quis dimittere, quoniam ille nihil excludit?

Ecce quàm egregie uel ex hoc manifeſtū fit, iſtos uerbum Pauli non intelligere. nam uerum quidem eſt id, & nos quoq; profitemur, Paulū adulteras non excipere. quur igitur aduerſarij conātur, priuato ſuo ſenſu tantum perſuaſi, illas excipere, quum dicat Paulus, Viuente uiro, mulier alligata eſt legi? non ait uti

que,donec adulteretur & matrimoniũ ſoluat. Quare hoc multum facit pro nobis,quod uinculum iſtud coniugale perſeueret per utriuſq; coniugis uitam:& quanuis in caſu adulterij poteſt aliquis ſeparari ab uxore ſua & eam dimittere,non poteſt tamē à iugo & uinculo matrimoniali diſſolui. nam profectò hic Paulus non loquitur de coniugio legis Moſaicæ,cuius uinculũ ſolubile erat per libellum diuortij, ſed de matrimonio euangelico,quod cõſtitutum ſic eſt ut ab initio,nimirum ut uinculum utroq; coniuge uiuente non rumperetur.

4. Quanuis ij tres loci cuilibet uere pio Chriſtiano ſufficerent,tamen ne qd in nobis deſideretur,adducemus etiam alia Pauli uerba,quum ait:ijs qui matrimonio iuncti ſunt,præcipio nõ ego,ſed dominus, uxorem à uiro non diſcedere:quod ſi diſceſſerit,manere innuptã, aut uiro ſuo recõciliari.Libere hęc ꝓnunciat Paulus citra cõditionem aliquã,ne mulier ſe paretur à uiro:quòd ſi uolet ſeparari,iuxta permiſſionem domini,marito exiſtēte adultero, ipſa tamen maneat innupta. Et hæc uerba ſic eſſe intelligenda, uel inde ſatis colligitur.nam ſi Paulus loquutus fuiſſet de muliere,quæ ex maligno animo & leui aliqua ira aufugiſſet à marito,quod ferè quotidie fit, maxime quum à iurgijs & contentionibus indieş uenitur ad uerbera,nõ iuſſiſſet utiq; eam manere innuptam, ſed relegaſſet illam domum ad maritum ſuum:ideo autem hic liberam ei relinquit optionem,ut uel maneat innupta,uel reconcilietur marito. Recõciliatio hæc ad coniugeş pertinet antea ſeparatos, nam aliàs plane non uult eos ſic manere,ſed præcipit, ut mulieres obediant uiris ſuis ſicut domino,quoniam caput

1. Cor 7.
Mulier diuortiata.
Ephe. 5.

mulieris eſt uir,ſicut Chriſtus caput eſt eccleſiæ. Et
Col.3. in alio loco dicit:Mulieres,ſubditæ eſtote uiris, ſicut
oportet,in domino.Satis quoq; perſpicuum eſt,Pau
lum ibi loqui de matrimonio Chriſtianorũ. ſtatim
enim poſt hæc dicit de coniugio:Si quis inter eos fu
erit infidelis,ubi ex propria autoritate loquitur,Cæ-
teris, inquit,dico ego,nõ dominus,&c.

Et hæc Pauli uerba conantur illi dilacerare, eo q
nõ adiecerit euangelicam hanc exceptionem ,ppter
fornicationem,& ideo futurus ſit cõtrarius Chriſto.

Verum ita nimirũ oportuit poſt 1500.annos ue-
nire iſtos,qui Paulum loqui docerent,atq; in hoc ma
gnam ſuam produnt infantiam.nam quum pręcipit
Paulus uxorem à uiro non diſcedere:ſin autẽ diſceſſe
rit, maneat innupta,q̃re quur diſcedat mulier à ma-
rito & maneat innupta? utiq; non niſi propter forni
cationem,(aut ſimili cauſa approbata) ſicut deus p-
miſit.patet ergo,Paulum non contradicere Chriſto,
ſed magis uerba Pauli in ſe comprehendere excepti-
onem Chriſti,q aliquis poſſit dimittere uxorem ſu-
am propter fornicationem.

Vidit hoc Athanaſius(ſiue Theophylactus,q̃ſquis
ſuper epiſtolas Pauli ſcripſit)is enim uult,quum Pau
lus dicit:Præcipio non ego,ſed dominus,eum loqui
de præcepto quod propoſuit dominus in hunc mo-
Matt.19. dum:Quicunq; dimiſerit uxorem ſuam,niſi ob forni
cationem,& aliam duxerit,mœchatur.

Vult ergo Paulus,melius eſſe ut nõ ſeparet ſe mu-
lier à uiro: q ſi tamẽ ſeparauerit ſe,maneat ſic habẽs
uirum,quanuis cum illo non miſceatur,neq; ulterius
nubat,uel reconcilietur marito ſuo. Vnde ſatis mani
feſtum eſt,hanc eſſe Pauli ſententiã, ut mulier etiam

ſeparata adhuc habeat uirum, hoc eſt, uinculum coniugij, quanuis cum eo nõ participet in operibus coniugalibus, & ideo quia primum adhuc durat matrimonium, denuo nubere non poteſt, atq; ſic etiam intellexit Hierony. ſicut eum infra inducemus.

Cæterum q; iſti prætexunt Ambroſium, quaſi ſuppleuerit uerba Pauli, ne uideretur contrarius p̃ceptis domini ſui, ideo non ſubdit de uiro, ſicut de muliere, quia licet uiro aliam ducere: uerba hæc illi dicunt eſſe Ambroſii, ſicut & litera docet: uerũ ad hoc reſpondet epiſcopus Parrhiſieñ Petrus Longobardus, illud à falſarijs in Ambroſii libro poſitum. Et adhuc derident iſtud homines naſuti, quoniam ſic facile eſſet reſpondere etiam ad reliquos libros ſanctos.

Atqui hæ ſunt blandæ quorundam inſidiæ, qui ꝑ ſuo nutu integros ex Auguſtino & Hieronymo & Ambro. libros adimũt, ſacra quoq; uolumina diſcerpunt, capita tota & ſententias inde diripiunt, atq; ut maxime illa om̃ia ſemper ſint ab eccleſia obſeruata, tamen propter quorundam leuiſſimorũ hominum dubitationes, etiam ipſi incipiunt ambigere.

Sic homilia ſiue epiſtola Hieronymi de aſſumptione uirginis matris ad Euſtochium (cogitis me) ſemper habita eſt ꝑ ea quæ ſit Hieronymi, nunc tandem ſunt qui nolint illam eſſe Hieronymi, qui tamẽ multis hactenus ſeculis habitus eſt illius autor, imò & in uniuerſo cultu diuino, in omnibus officijs eccleſiæ etiã Romanæ per diœceſes quoq; Italiæ, Galliæ, Hiſpaniæ, Angliæ, & pleraſq; omnes Germaniæ, epiſtola illa credita & obſeruata eſt pro Hieronymiana, nec unquam impugnata eſt, niſi nunc tandem. Nouatores mundi reiſciunt & reiecta ante.400. annos ridẽt.

Diſ. 35. quarti. 32 q. 7. vxori c. propoſui.

Viciſſim quum oſtenditur ante annos forte quadringētos librum aliquem pro deprauato habitum, ſicuti iam probauimus ex Petro Longobardo, extra quem etiā Gratianus in decretis aſſerit illud à deprauatore adiūctum, idipſum recuſant accipere, rectum putantes, quicquid ibi ſcriptum legunt, quod tamen uix in aliquo libro biblico tanquam uerum acceptarent.

Et hic quidem ex multis unū propono, Eraſmum illum Roterodamum, uirum utique doctiſſimum, multisq́ à deo donis ad miraculum uſq; exornatum: metuo tantum, ne in hoc negocio noſtro nimium ſit præceps. uellem enim ex eo ſcire, putaret ne librum Ambroſii in hoc loco correctū eſſe, an deprauatum: q̄d ſi deprauatū credit, quur tm̄ illi innitit, ut uelit etiam ſententiā ſuā p illū cōfirmari, interimq́ autoritatem Magiſtri reijcit & imminuit? ſin autem emendatum putat Ambroſii codicem, itaut recte ille acceperit ſenſum Pauli, rurſus corruit ſua concluſio. nam ab initio proponit Eraſmus, an prodeſſet matrimonia dirimi ex grauibus cauſis, ita ut liberum eſſet utriq; coniugi porro contrahere, ſi uellent, aut certe illi, qui occaſionem dediſſet diuortij. Atq; huic ſententiæ ex diametro reluctatur Ambroſius, ut iam omnino inualidum maneat qcquid ille pro ſua intelligētia adfert. Nam ut inducuntur hæc uerba, quæ pro Ambroſianis temere iactantur, q̄d uir poſſit adhuc uxorem ducere, dimiſſa illa priori quę peccauit, paulo ante ſic inquit: Non permittitur mulieri ut ultra contrahat, ſi ꝑpter fornicatiōem dimiſerit uirum ſuum: iam q̄ñ nec nubere neq; cōtinere poteſt, (nequit em̄ reſiſtere carni) reconciliet marito. Inde patet primum quoad

Caauſiet.

uxorem, Ambroſiũ plane fore cõtrarium Eraſmo, neq; aliter intelligere uerba Pauli quàm nos intelleximus, & uniuerſa eccleſia ſemper intellexit. ſunt qui uelint ſeparare uirum in diuortio & uxorem, neque tamen etiam litera diuiſionẽ hanc admittit. Quum enim Paulus primum de uxore loqueretur, ut maneret innupta, ſi dimiſiſſet maritum, ſicut quilibet ſolo ſenſu cõmuni ductus oportet fateatur, ſtatim poſtea ſequitur, uir ne dimittat uxorem ſuam, unde conſtat breue hoc dictum ſuppleri debere p hoc quod proxime adiunctum eſt de muliere: nam quum fateantur omnes hunc Pauli ſermonem de uiro eſſe abbreuiatum, nonne conſentaneum eſt eum ſuppleri à proximo ipſius etiam Pauli dicto, in ſimili caſu? aut nonne commodius eſt, q̃ ut alia nobis quæramus diuerticula præter uerbum Pauli, & ad Matthæũ confugiamus, quum tamen hæc uerba de uiro & muliere pulchre inter ſe ſunt cõnexa, ideoq; uno etiam intellectu ac ſenſu emetienda? neque enim ueri ſimilitudinem aliquam habet, ut mulier non nubat, uir autem adulter aliam ducat, illa innocens nubere non poſſit. Caietan⁹.

Abſit hoc, abſit inquam, quia maledictio Euę eſt diminuta, honor quẽ mulieribus Eua ſubtraxit, Maria reſtaurauit. Egit hanc cauſam eccleſiæ Auguſtinus ad Pollentium duobus libris de adulterinis coniugijs, & melius intelligit Paulum in epiſtola ſuper Corinthios 1. q̃ illi deprauatores. Gene. 3.

Ergo quantum attinet ad uinculum coniugale, uiri ac mulieres æqualiter cenſeantur & ſeparẽtur. ſed hæc aliàs, interim oremus dominum deum &c.

HOMILIA LXXV. VBI PRObatur, cõiuges ſeparatos ultrà contrahere non poſſe, quādiu alteruter illorum uixerit.

Mulier alligata eſt legi quanto tempore uiuit uir eius. I.Corin. VII.

MAtrimonij ſacramentum, dilectiſſimi, principio inſtitutū fuit citra aliquam ſeparationis pmiſſionem, neq; tūc in uſu erat libellus repudij, quem deinceps tamen conceſſit deus, ꝓpter duritiā Iudæorum, qui parui faciebant, etiamſi uxores ſuas occiderent. mitiſſimus aūt dñs Ieſus ſuſtulit iſtum repudij libellum, uoluitq; in ſua lege euangelica habere uinculum matrimonij inſolubile, in bonū & commodum uxoris, cuius honorem Maria reſtaurauit: deinde etiā ꝓpter ſe, qm̄ & ipſe uoluit matrimonium eſſe ſacramentum in ſua lege, atq; ſignificare uere magnum myſterium, puta ſanctiſſimā illam coniunctionē Chriſti & eccleſiæ, quam pclare agnouit Apoſtolus eius in tertium cælum uſque raptus, qñ dixit: Sacramentū hoc magnum eſt, ego aūt dico in Chriſto & eccleſia. ſynagogam enim Moſaicā repudiauit Chriſtus, ſicut quondam in lege Moyſi mariti repudiabant uxores ſuas.

Ephe. 5.

Eccleſiam aūt quam deſponſauit illi deus pater, nunq̄ deſeret, ut docet Paulus, quoniam & propter hanc ipſam Chriſti ſponſam eccleſiam, oēs Chriſtiani membra ſunt & dicuntur Chriſti, quod alibi declarauimus. ſed ſicut Chriſtus qui tanq̄ ſponſus egreſſus eſt de thalamo ſuo, ſibi coniunxit eccleſiam uin-

1. Cor. 12. Rom. 12. Pſal. 18.

culo inſolubili ſemperq́ uere duraturo, quandiu durabit eccleſia, & donec Chriſtus tradet regnum deo patri, ita uoluit etiam huius coniunctionis ſignũ habere inſolubile matrimonium, ad quod omnes applicãt doctores, tria bona eſſe in coniugio, fidem, ꝓlem & ſacramentum. ſacramentum autem concorditer exponunt, de inſolubilitate, ut ſic dicam, huius ſacramenti. Vtcunque res tulerit, ſiue ualeant cõiuges duo, ſiue ęgrotẽt, ſiue deformes ſint, ſiue indignabũdi, ſiue aliud quid cauſentur & diffugiant, atque ſic ſeparentur, aut commigrent in cœnobia, ſemper manet uinculũ hoc coniugale quandiu uixerint: in eam rem comprobãdam attulimus ſuperiori homilia locos quatuor. 1. Cor. 15

1. Quos deus coniunxit, homo ne ſeparet. Matt. 19.

2. De matrimonio dictum eſt, erũt duo in carne una. Gene 2.

3. Paulus teſtatur mulierem eſſe alligatam legi, uiuente uiro. Rom. 7.

4. Idem affirmat, quia ſi mulier dimiſerit uirũ, maneat innupta aut reconcilietur ei.

Mouimus ibi q̃rundã obiectiones, & eaſdẽ diſſoluimus. ſupeſſent adhuc quædã nõ ꝑinde utilia, q̃d qdã putant hic Paulũ eſſe loquutũ de eo, ſi mulier ex leui cauſa diffugeret, atq; hoc ſupra refutauim⁹. nam tunc ꝓfecto Paulus nõ ꝑciperet mulieri ſic eſſe manendũ, ſed oĩbus modis redeundũ ad uirũ. Quanuis hoc q̃q; neſcio quã habet expoſitionem, q̃d ex uerbo recõciliare conanẽ intelligere mulierẽ eſſe adulterã, qa aliàs uir cogeretur conciliare mulierẽ. uana ſunt hæc oĩa, nec aliq̃d habent in textu fundamentũ, imò & ipſe text⁹ Paulinus eis aduerſaẽ. nam Paulus dicit, Recõcilia-re.

ſi mulier dimiſerit uirum ſuum,unde ſatis liquet cul pã eſſe mariti.aliàs dixiſſet, ſi dimiſſa fuerit mulier à uiro ſuo,tũc conſtaret mulierem eſſe in noxa.

Quid quod ridiculum eſt,in re tanta nõ ſolum fidei,ſed totius Chriſtianiſmi & uniuerſæ politiæ, uerbum hoc reconciliari ſic uelle allegare,ut tantum q reus eſt,reconcilietur? equidẽ in probatis autoribus alium huius uerbi uſum nunq̃ uidi neq; ſignificationem,niſi quum aliqui inter quos antea ſimultates & diſſidia interceſſerant,declinatis omnibus illis,redeunt in gratiam: (quod plane Græcum, quo uſus eſt Paulus,indicat,ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω,ab ἀλλάττω deductum eſt,& mutationem indicat ſubiectę materię commodiſſimam.Dum hæc annotarem,commode me acceſſit amicus in utraq; lingua nõ uulgariter doctus. Is mirabatur uirum doctiſſimũ ſic torquere uoculam reconciliari,ut nõ niſi offendenti tribuat, quũ generalis ſit uox amicitiæ reſtituendæ. Citabat Ciceronẽ in epiſtolis li.1.epiſtola.2.& ultima. Poſtea ad me ſchedam miſit,ubi adnotarat locum Liuij li.5.de bello Aſiatico, de Hannibale recõciliato Antiocho. Præterea Budæi uiri literatiſſimi uerba ex commentarijs linguę Græcę adſcripſerat,διαλλάττω ſignificat concilio,ut καταλλάττω, ſed differre eo dicũtur, quod διαλλάττειν eſt per medium quẽdam ad amicitiam & concordiã adducere,ſed καταλλάττειν etiam ſine medio. Eſt autem καταλλάττω concilio,gratiam direptã & ſolutã facio,& amicitiam reduco. Laurentius Valla li.5.eleg.ca.353. Reconciliari,inq̃t,& in gratiã redire idẽ ſunt,quoties amici interpoſita aliqua offenſa,quum aliquãdiu fuerunt inimici,in priſtinã redeunt beneuolẽtiam ac familiaritatem. Et quum oim

catholicorum ſententia Chriſtus apud Matthæum libellum repudij ſuſtulerit, audet ipſe Paulū inſimulare ac ſi nōnihil tribueret ſuæ legi, quæ cum uiro permittat ob quamlibet cauſam mutare uxorem, atque zelotypiæ uirili ſenū remedium indulſerit, uxori nihil huiuſmodi concedat, quū contrà Paulus fateatur ſe Apoſtolum præputij, ſicut Petrum circumciſionis, Actu.15. & ubiq; Iudæos à literali legis obſeruantia auocet.

2. Cæterum conſtantem eſſe eccleſiæ deciſionē ſupra indicatā, latius euincitur ex ipſis Pauli uerbis, Gene.2. quum dicit: Mulier alligata eſt legi, quanto tempore 1.Cor.7. uir eius uiuit, & ſi dormierit uir eius, liberata eſt: cui autem uult nubat, tantum in domino: qui locus multum concordat cum eo quem ex epiſtola ad Roma. conantur nonnulli diſcerpere, contendentes ſimilitudinem ſiue exemplum eſſe, & ibi quidem loqui Apoſtolum iuxta legem Moſaicam. Atqui hic iam illum Pauli locū obſeruamus, & uidemus tanquam totius huius negocij fundamentum, quod ibi tractat, infert enim de uiduis, quādiu uir uiuit, mulier alligata ſit legi cōiugali: ſin autem uir eius dormierit, libera erit, poteritq; uel nubere, uel manere uidua.

In hoc obuiare uoluit hæreſi ipſius Montani, qui putauit nō licere alicui uiduo uel uiduæ amplius cōtrahere. occurrit etiam per hoc recēti huic errori, quod nubere mulier non poſſit uiuente marito: ſed neque alia obiectio locum habet, quoniam hic Paulus Chriſtianis 1.Cor.7. loquitur, non Iudæis, Corinthijs inquam ex infidelitate ad fidē Chriſti conuerſis, ſicuti paulo ante meminit uxoris & mariti infidelis.

Sexta autoritas qua probatur, coniuges ſeparatos non poſſe cōtrahere denuo, eſt etiam Pauli, dicētis:

Vxori uir debitum reddat,ſimiliter & uxor uiro. addit cauſam, quia mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed uir: ſimiliter autem & uir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier.

Adulteriũ furtum. Hinc etiam colligunt doctores, adulteriũ *eſſe fur*ti genus, eo q̃ uir corpus ſuum, cuius poteſtatem dedit uxori, tũc tradit alteri, præter eius uoluntatẽ, uel etiam hoc facit mulier ſine conſenſu & ſcitu mariti: proinde coniunx coniugi ſubtrahit corpus, nec̨ debitam fidem præſtat. Atqui hæc ipſa inter ſe mutua corporum iuſtitia, lex eſt cõiugalis, cuius ad Romanos & Corinthios meminit Paulus.

Sicut enim permanet quis legitimus rerum ſuarũ poſſeſſor, etiamſi illæ furtim ei ſubtrahantur, l. in ciuilem C. de furt. cum concor. ita hic quoq̨ adultera quũ marito & corpus & datã fidem ſuffuratur, ipſe tamen iuſtitiam ſuã ſuper corpus mulieris nõ amittit: etiamſi quoq̨ ſeparẽtur quoad cohabitationem, ius tamen uterq̨ coniunx ſuum ſeruat ſopitum quidem, non extinctum: quia per diuortium impediuntur ab exequutione, niſi recõcilientur: id inde patet, quoniam quum coniuges ſeparati rurſus reconciliantur, remanet matrimonium idem quod prius, neque opus eſt nouum inter eos contrahere matrimonium, iuxta doctrinam Pauli: Aut ſi ambo adulterantur, nihilo minus tamen coguntur ſeruare matrimonium, non obſtantẽ adulterio utriuſq̨.

C. ex lit. de diuor. Aliàs ex leuiſſima quoque cauſa committerentur diuortia, utroq̨ nimirum coniuge diuortium appetente, ſicut alij quandoq̨ uxores inter ſe etiam permutabant. Quum itaque hoc habeat lex maritalis ſiue coniugalis, ut alter coniugũ corporis alterius ha-

beat poteſtatē, utraq; autem hæc poteſtas inter eos durat per uitam amborum, ſequitur, ſeparatos ultra contrahere non poſſe. uxor enim nouo marito corporis ſui dare deberet poteſtatem quam ipſa nō habet, ſed uerus ille maritus, quare eam alteri conferre non poteſt. Poſtremo nunc cōcludemus uerbis Chriſti apud Marcum, ubi phariſæi interrogauerūt eum de libello diuortij, deinde in domo iterū diſcipuli ei⁹ de eodem quæſiuerunt, & ait illis: Quicunq; dimiſerit uxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam: & ſi uxor dimiſerit uirum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur. Ecce quomodo cōiuges ſeparati, ſi contrahant denuo, adulterantur. quod autē in diuerſum machinantur hic aduerſarij noſtri, deinceps audiemus.

3. Probata ſatiſq; iam hactenus cōfirmata eccleſiæ deciſione ex ſacris literis euangelij & epiſtolarū Pauli, reliquum nunc eſt, ex receptis etiam doctoribus oſtendere intellectum illum ſcripturarum ſimul cum concluſione propoſita eſſe uериſſimum. Doctores hoc idem ſenſerunt.

Atq; hic primum nobis occurrit ſententia Hieronymi, ſuper Matthæum ſic dicentis: Vbicunque eſt fornicatio & fornicatiōis ſuſpicio, libere uxor dimittitur. & quia poterat accidere, ut aliquis calumniam faceret innocēti, & ob ſecundā copulam nuptiaꝝ ueteri crimen impingeret, ſic priorem dimittere iubetur uxorem, ut ſecundam prima uiuente nō habeat. Ca.19.

Et inde: Necnō quia poterat euenire, ut iuxta eandem legem uxor quoq; marito daret repudium, eadem cautela pręcipitur, ne ſecundum accipiat uirum. 32. q. 1. dixit dominus. Idem & ſuper Paulum ſcripſit Hieronymus, docens, uiro qui ſemel ſuam dimiſerit 1. Cor. 7.

uxorem,aliam ducendam non eſſe.

Locus emẽdatus.

Presbyter quidam Amandus(nõ Damaſus, ut bene adnotauit Iohannes Andreæ in ſuo Hieronymiano)quæſtiones tres poſuit Hieronymo, ſuper quare ipſe ſic ait:Repperi iunctam epiſtolæ breuẽ *chartulam*,in qua hæc indita ferebantur: Quærendum ab eo, Vtrum mulier relicto uiro adultero & Sodomita, & alio per uim accepto,poſſit abſq; pœnitentia communicare eccleſiæ,uiuente adhuc eo,quem prius reliquerat.Reſpondit ibi Hieronymus per uerba Pauli ad Rom.& Corin.à nobis quoq; ſuperius inducta, unde ſatis liquet,eum ad eũdem modum intellexiſſe Paulum,ſicuti nos oſtendimus intelligendum. ait ergo:Omnes cauſationes Apoſtolus amputans,apertiſſime definiuit,uiuente uiro adulteram eſſe mulierem,ſi alteri nupſerit.Et inde,quandiu uiuit uir, licet adulter ſit,licet Sodomita,licet flagitiis omnibus coopertus,& ab uxore propter hæc ſcelera derelictus, maritus eius reputatur,cui altera uirum habere non licet.Infra quoque rurſus: Qui dimiſſam acceperit, adulter eſt.ſiue ipſa dimiſerit uirũ,ſiue à uiro dimiſſa ſit,adulter eſt qui eam acceperit.Cæterum quando aduerſarij multũ innituntur Ambroſio, cuius libros iam ſupra oſtendimus ante quadringẽtos annos habitos eſſe pro deprauatis,id ut magis pateat, nos'q; adeo oſtendamus Ambroſiũ idem ſuper hac re ſenſiſſe quod uniuerſa ſentit eccleſia, ecce ſuper hæc uerba Pauli, mulier alligata eſt legi quandiu uir eius uiuit;inquit ille: Hæc idcirco proſequitur, ut doceat, quia mulier etiamſi à uiro fuerit eiecta, nubẽdi licentiam non habet.

Ad Amã.

Omnes cauſatiões 32.q.7.

Multis quoq; uerbis ſuper Lucam inuehitur cõtra

diuortium,uolens quidem matrimonium gẽtilium poſſe omnino diſtrahi & diſſolui,ſed inter Chriſtianos non item,eo quod quicquid in cõiugio deus coniunxerit,homo nequeat ſeparare. Si quis autem obijciat libellum iſtum Moſaicum diuortij,huic contra reſpondet: qui hoc dicit,Iudæus eſt: q hoc dicit,Chriſtianus non eſt: & inde,quæ eſt lex dei? & erunt ambo in carne una,ergo qui dimittit uxorem,carnẽ ſuã ſcindit,diuidit corpus ſuum. Luce. 16.

Manifeſtum eſt hoc idem ex Ambroſio quoq; ſup epiſtolam ad Romanos,ubi quũ recentiores iſti deprauatores affirmẽt Paulum eſſe loquutũ de lege Iudaica tñ per ſimilitudinem, omnino cõtradicit Ambroſius & ait: Hæc lex de euangelio eſt,non ex Moyſe,neque ex terrena iuſtitia. Vnde patet uelle Ambroſium,hæc ipſa Pauli uerba,euãgelica eſſe,nõ Moſaica,eadẽq; fortiter aſſeuerare, nõ licere mulieri nubere uiuo marito. Turpe eſt igitur & nimium impudens,quod iſti aduerſarij eccleſiæ contra eccleſiã inflati turgent ſub prætextu uerborum Ambroſii,quæ ipſorum tamen ſententiæ omnino ſunt contraria. Rom. 7.

Accedat nunc tertius teſtis Origenes,is ſup Matthæum ſic inquit: Scio quoſdã qui præſunt eccleſiis, extra ſcripturam pmiſiſſe aliquã nubere, uiro priori uiuente. & contra ſcripturã quidem fecerunt,dicentẽ: Mulier ligata eſt quanto tẽpore uiuit uir eius: itẽ, uiuente uiro adultera uocabit̃,ſi nupſerit alteri uiro. Orig. homil. 7.

Mitigat ille quidem ibi factum epiſcopor, quod non ſine ratione moti fuerunt ad hoc faciendũ: deinde quærit,an aliquis etiã ob aliam cauſam poſſit dimittere uxorem ſuã? & q̃uis utrinq; diſſerit,tñ tandẽ cõcludit,quiſqs dimiſerit uxorẽ,eam facit adulterã,

XX

dans nimirum illi occaſionem alterius coniugij.

Contra Caiet. Præterea eandē eſſe hic in uiro & muliere rationē, neq; pmiſſum aliqd eſſe marito, q̄d non idem liceat etiā uxori, uaſi infirmiori, affirmat ille quoq; & ait: Qua ratione adultera eſt mulier, q̄uis legitime nubere uideatur uiro uiuente, eadem ratione & uir q̄uis legitime uideat̄ accipere dimiſſam ab aliquo uiro, non accipit legitime ſecundum ſententiam Chriſti, ſed magis mœchatur, quaſi alienam accipiēs. Nō poſſunt utiq; hæc clariſſima uerba detorqueri ad aliũ ſenſum, q̄ ipſa per ſe oſtendunt, & textus probat, & eccleſiæ recepta conſuetudo conuincit. Habeant iſti ſomnia ſua ſibi & deliramenta, nos ab eccleſiaſtico ſenſu & ſanctis patribus neq; latum unguem recedemus. Confirmat hoc etiam amplius Origenes ibidem ſup illam epiſtolam Pauli, ubi loquitur ad Iudæos, ſed iam ad Chriſtũ conuerſos, & ſcientes mortuā eſſe legē, uerumq; ſenſum nō cōſiſtere in uetuſtate literę, ſed in nouitate ſpũs: meminit ibi ſępius q̄modo per mariti mortē mulier liberetur à lege coniugali, ſitq; deinde libera ut poſſit ſe alteri coniungere: pulchre etiā exponit ſimilitudinē legis & matrimonij. Obſeruandum & hoc eſt cōtra aduerſarios noſtros nouos & ueteres, q̄d Origenes ibidē citat epiſtolam ad Hebræos, eſſe Pauli &c.

Orig. Li.6.ſup Rom.

4. Audiuimus hactenus teſtimonina Hieronymi, Ambroſii & Origenis. inducēdus nũc eſſet Athanaſi⁹, ſed qa ex illo iā ſupra citauim⁹, ne lōgius euagemur, trāſimus ad Auguſtinũ, quē quũ ipſi etiā aduerſarij noſtri affirmāt eſſe ſibi cōtrariũ, nō magnopere fuerit neceſſariũ hic q̄q; īmorari, ſed tñ ut piorũ animi magis confirmentur, q̄ſdā ex eo locos cōmemo-

Aug.

rabimus, & quidem breuius, q̃a ſæpiſſime hãc ſuam ſententiã probat in lib. de bo. cõiug. & de adult. con iugijs. ait ergo: intercedente diuortio nõ tñ ideo deletur fœdus ſeu uiculũ cõiugale: & iterũ, licite dimitti poteſt mulier cauſa fornicationis, ſed interim manet uinculũ prioris matrimonij. Infra, quapropter quũ ſeparantur, nunq̃ adhuc carebũt matrimonij ſacramento. Alibi Auguſtin⁹ tractans uerba Pauli de muliere dimittẽte uirũ ſuũ, addit: Quare nõ addit de muliere, q̃d præmiſit de uiro? niſi q᷑ ſimilẽ formam uult intelligi, ut ſi dimiſerit, quod cauſa fornicatiõis ꝑmittitur, maneat ſine uxore, aut recõcilietur uxori. Porro inquit ille in alio loco etiã, uſu uenit, ut uir dimittat uxorẽ ꝓpter fornicationẽ, neq; tñ alterutri permittitur denuo matrimoniũ cõtrahere. ſed q̃d multa inducimus ex Auguſtino, q rem hãc duobus integris libris tractauit ſcribẽs ad Pollentiũ? nã & is declinabat aliquantulũ ad hũc errorẽ, quẽ ibi ualide refutat rationibus & fundamẽtis ſacræ ſcripturæ. ait em̃: neceſſe eſt ex duobus cõiugibus q̃tuor adulteros fieri, ſi & illa alteri nupſerit, & ille alterã duxerit. Accedũt ad hãc rem etiã eccleſiæ Græcę teſtimonia, q̃m Chryſoſtomus ille ſic inq̃t: Queãdmodũ ſcelus eſt in duo diuidere carnẽ unã, ſic & mulierem à uiro ſuo diripere iniq̃ſſimũ eſt. nam Chriſt⁹ oſtendit & p̃ter naturã, & cõtra legẽ eſſe repudiũ. præter naturã quidem eſt, carnem unã diſcindi & diuidi: contra legem autem, quia deus coniunxit & præcepit non ſeparari, quod tñ Iudæi contra præceptum domini moliuntur facere. Ne poſſint aũt tergiuerſari iſti & calũniari, uel etiam hæc uerba in diuerſum trahere, adducem⁹ ex illo locũ adhuc apertiorẽ, q̃m alibi ſic dicit: Qui dimiſerit

32. q. 7. per totum.

1. Cor. 7. Contra Caietanũ.

Li. 2. ca. 9.

Matt. 19.

Super Mat. 5. uxorem ſuã, facit eam mœchari: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur: ille quidem ſi alteram duxerit, tunc ſe conſtituit criminis reum, qui adulterã fecit ex coniuge: hic uero accipiẽdo alienã, adulter effectus eſt.

Et nequaq̃, ait ille, mihi referas, quia ille alter eiecit: nam expulſa quoque uxor, eſſe eius qui eã expulit, perſeuerat. At qui obijciet hic nobis Caietanus, de uxore tantum hoc eſſe dictum, ideoq́; licere aliquid uiro in hoc caſu ultra facultatem uxoris, ſicut in ueteri teſtamẽto uir mulieri libellum potuit dare diuortij, non uiciſſim mulier uiro: huic obiectioni præuenit ibi Chryſoſtomus, ſubdẽs: Si nihil uiro de hoc, ꝓprie loquitur, ne mireris. eſt enim mulieris ſexus infirmior, ꝓpterea illam relinquẽs, dum deterret uirũ, uitium quoque uxoris emendat.

Deut. 24.

Theoph. Vnum ex Theophylacto, abbreuiatore Chryſoſtomi, uerbum adijciam. is ſuper Matthæum 19. ſic ait, cauſam hominis cum muliere dicit perpetuam & inſeparabilem unionem.

Gregorius Magnus, hi, inqt, qui uxores ſuas in adulterio deprehẽdunt, non licebit nec eum, nec eam, aliam uxorem accipere uel alium uirum, quandiu ambo uiuunt. ſi autẽ adultera mortua fuerit, uir eius ſi uult nubat, tantũ in domino. In eadem ſententia eſt & Beda ſicut Auguſtinus, dicens ſuper 1. Cor. 7. Dominus præcipit mulierem à uiro nõ diſcedere, quod ſi diſceſſerit, ea utique cauſa, qua diſcedere licitũ eſt, manere innuptam, aut uiro ſuo recõciliari. Et inde: Ex eodem præcepto domini, ait, & uir uxorem non dimittat, quoniã qui dimiſerit uxorem ſuam, p̃ter cauſam fornicatiõis, facit eam mœchari: ſed ſi ꝓpter hãc cauſam dimiſerit, etiam ipſe ſic ꝑmaneat. oĩs eñ

32. q. 7. hi vero.

Beda.

qui dimittit uxorē ſuam,& ducit alterā, mœchatur. Idem ſup Marcū ſic dicit: Nulla cauſa eſt dei lege p- ſcripta,ut uiuente ea quę relicta eſt,alia ducatur. Sup Lucam quoque ſcribens, tm̄ innititur ſententiæ Au guſtini, Hieronymi & Ambroſii. Neque diuerſum ſenſerunt Rabanus, Haymo, Thomas, Bonauētura, Altiſiodoreñ. Hales,& alij: nos concludamus hæc p uerba Hieronymi in epitaphio Fabiolæ, ubi dicit: Dn̄s p̄cepit uxorem nō debere dimitti excepta cauſa fornicatiōis,& ſi dimiſſa fuerit, manere innuptā: qc- qd uiris iubet̄,hoc cōſequēter redundat in fœminas. neque em̄ adultera uxor dimittēda eſt,& uir mœch⁹ tenēdus. ſi q meretrici iungit̄,unū corp⁹ facit: ergo & q̄ ſcortatori impuroq; ſociat̄,unū eo corpus efficit̄. Marci.10. Luce.16. Hierony.

Aliæ ſunt leges Cæſarū,aliæ Chriſti: aliud Papinia- nus,aliud Paulus noſter præcipit. apud illos uiris im pudicitiæ fręna laxantur,& ſolo ſtupro atque adulte rio condemnato,paſſim per lupanaria & ancillulas libido permittitur,quaſi culpā dignitas faciat,nō uo luntas: apud nos quod non licet fœminis,æquè non licet uiris,& eadem ſeruitus pari conditione cēſetur. Deinde docet peccaſſe Fabiolam, quando primū ma ritum quanuis malignum,dimiſit & alteri nupſit,qñ manere debuiſſet innupta,oſtendit rigidam pœni- tentiam quam ideo fecerit,q uiuente priore marito, nupſerit alteri. Cęteȝ ideo hic Hieronymus memi nit legum ciuilium,quod iuxta illas quondam nimi- um licebat maritis circa diuortium, q̄uis idipſum ue teres Romani non fecerint, ſicut teſtat̄ Valerius Ma ximus, iam inde ab urbe cōdita quingentis & uiginti annis nullam mulierē ſeparatā eſſe à ſuo uiro, donec Spurius Carbilius primū à ſe dimiſit uxorē,eo quod Diuortia- ta non am- bat. Diuortiū Romę in- cepit. Li.2 c.34.

eſſet ſterilis, & tamen dilexit eam, quia honeſta erat
Li.4.c.3. moribus atq; pudica, autore Gellio: iureiurando etiam affirmauit coram cenſoribus, ſe id tantum facere amore procreandorũ liberorum. Hac occaſione factum eſt, ut deinceps plures ſemper diuortij ratiões ponerentur, ſicut conſtat ex ff. de diuortijs (ubi Papinianus leges duas habet, propter quas forſitan ei⁹ mentionem fecit hic Hieronymus) & C. de repudijs maxime. 1. conſe. ſic rex etiam Aſſuerus ſeparauit à ſe reginam Vaſthi, ex conſilio ſeniorum & principũ
Heſt. 1. Medorum atq; Perſarum. fecit inde & edidit edictũ per omnia regna, ut omnes mulieres obedirent ſuis maritis, mariti autẽ dominarentur in domibus ſuis.

Abraam porro quod ſeparauit à ſe Agar, ex præcepto domini fecit. unde ſunt ex Iudæorũ Rabinis, qui putant, eam ipſam Cethuram quam duxit Abra
Gene. 16. am poſt mortem Saræ, fuiſſe hanc Agar.

Quid multa? matrimonium etiam diuortiatum ſiue ſeparatum, adhuc eſt matrimonium, ideoq; neuter coniugũ amplius contrahere neq; poteſt nec debet, idq; ſequenti homilia contra nouos quorũdam errores latius probabimus &c.

Rogemus dominum.

HOMILIA LXXVI. CONIVges ſeparatos matrimonium ultra con trahere non poſſe.

Mulier alligata eſt legi &c.
I. Corin. VII.

DIximus hucuſq; natum heri & pridie errorẽ quendã, quo Lutherus Lutheriq; & Zuinglij

ſectatores miſerrime utuntur, dum leuiter adeo dirimunt & ſeparant matrimonia contracta, & coniugibus ſic ſeparatis liberam permittunt ulterius cõtrahendi facultatem, quod utiq; eſt contra deum, cõtra Chriſtum ipſum unicum ſuæ eccleſię ſponſum, cõtra Paulum, contra uniuerſalem eccleſiam, cõtra ipſam quoq; ciuilem hominum uitam & honeſtatem, uſq; adeo pernicioſum hoc eſt corpori & animæ. probauimus hoc partim ſuperioribus homilijs ex primæua matrimonij inſtitutione, ex teſtimonio & uerbis Chriſti apud Matthæũ & Marcum & Lucã, ex Paulo ad Rom. & Cor. Inſup induximus ad id uerba & autoritates ſanctorũ patrũ, Hieronymi, Ambroſii, Athanaſii, Origenis, Auguſtini, Chryſoſtomi, Theophylacti, Gregorij, Bedæ, Haymonis, Rabani, & eorũ qui illos ſunt ſequuti: reliquũ eſt ut hoc idem cõprobemus autoritate eccleſiæ & eorũ qui illam gubernarunt: ubi principio occurrit cõcilium Mileuitanum, in quo ſic decretũ eſt, Placuit ut ſecundum euangelicam & apoſtolicã diſciplinã, neq; dimiſſus ab uxore, neq; dimiſſa à marito, alteri coniungantur, ſed ita maneant, aut ſibimet reconcilientur: quod ſi contẽpſerint, ad pœnitentiam redigantur, in qua cauſa legem imperialẽ petẽdam ꝓmulgari. 32. quæſt. 7. placuit. Non diſſimile eſt, quod ſancitũ legimus in cõcilio Elibertino, ubi ſic habet: Fidelis fœmina q̃ adulterũ maritũ reliquit fidelem, & alterũ duxerit, ꝓhibeatur ne ducat: ſi aũt duxerit, non prius accipiat communiõem, q̃ is quem reliquerit de ſeculo exierit, niſi neceſſitas infirmitatis dare cõpulerit. 25. q. 7. fidelis.

Gene. 2. Matt 19. Roma 7. 1. Cor. 7.

Conſilio probatur diuortiatos nõ con trahere ca. 17.

Pręterea nõ ob quãlibet leuiſſimã cauſam dirimẽda eſſe matrimonia, affirmat Nicolaus papa ad Ca-

C. hi qui 32. q. 7.

rolum Moguntinum,dicens: Hi qui matrimonium ſani contraxerunt,& uni ex duobus dementia aut furor acceſſerit,ob hanc infirmitatem & cauſam coniugia talium ſolui nō poſſunt: ſimiliter ſi coniugum alteri ab hoſtibus oculi eruantur,uel membra mutilentur. Ad conſulta quoq; Bulgarorum idem pontifex ſic reſpondet: Quicquid mulier contra te cogitauerit,uel ſi te accuſauerit,non eſt,excepta cauſa fornicationis,reijcienda uel odio habenda,32.q.5.quicquid mulier. Super eadem cauſa Exuperius epiſcop' Tholoſanus interrogauit Innocētium primū,qui ſic reſpondit illi: Religio Chriſtiana adulteriū in utroq; ſexu pari ratione condemnat,ſed mulieres non facile uiros ſuos de adulterio accuſant,& non habent latentia peccata uindictam.uiri autem liberius uxores adulteras apud ſacerdotes deferre conſueuerunt, & ideo mulieribus,pdito eorum crimine, communio denegatur. Idem q̄q; pontifex ſcribens ad Victoricū epiſcopū Rotomageñ.ſic ait reſpōſo.12. Si de hominibus hæc ratio cuſtoditur,ut quęcunq;,uiuēte uiro, alteri nupſerit,habeat adultera,nec ei agēdę pœnitētiæ licētia cōcedat,niſi unus ex eis defunctus fuerit.

Cap.12 Innocen.

Hoc in perpetuo uſu obſeruauit eccleſia,uſq; adeo, ut etiam Iuo in Panormia ponat peculiarem reconciliandæ uxoris formulam per modum iuramēti in hunc modum: Ab iſto die in antea iſtum coniugem tuū N, quē iniuſte dimiſeras, ita tenebis, ſicut uxor ſuum maritum debet habere,in dilectione & debita diſciplina,timore & obędiētia,ſicut iure uxor debet eſſe ſubdita uiro, nec eū per ullum malum geniū à te ſeparabis,nec eo uiuente aliū accipies,ſic te deus adiuuet,35.q.6.ab iſto die. Alexāder tertius etiā ſic ait,

Reconciliatio diuortiatę.

De ſacra. reconcil.

Si coniugem ſuam ad infidelitatis maleficium contraxerit, à uiro poterit ſeparari, ita quod ei nubere alteri non licebit: quia licet ſeparentur, tamen ſemper coniuges manebunt, in uiris quoque eandem oportet obſeruari ſententiã. Sed & Innocentius 3. ad epiſcopum Ferrarienſem non diſſimile ſcribit: Sacramẽtum, inquiens, fidei quod ſemel admiſſum eſt, nunquam adimitur, ſed ratum efficit coniugij ſacramẽtum, ut ipſum. Atque id totum communis affirmat ſchola Theologorum iuriſperitorum. C. queſiuit de diuor. C. quanto de diuor.

2. Quum itaque catholica illa concluſio ſatis iam probata eſt ſcripturis biblicis utriuſque teſtamenti, deinde & concordi ſanctorũ patrum conſenſu, & ipſis deniquè eccleſiaſticis conſtitutionibus: porro iam eandem etiã rationibus firmabimus conſentaneis, quas nemo rationis capax poterit excludere. Rationib. probatur diuortiatũ non cõtrahere.

Nam ſi liceret coniugibus propter fornicationem ſeparatis, ulterius contrahere matrimonium, profecto adulterium illi quod commiſit, futurum erit lucroſum. ſiquidem in eo quod fidem ſuam coniugi ſoluit, liberaret à lege coniugali, imò & uterque liber erit, iuxta quod dicunt, quando nolunt ex teſtibus ſupra allegatis, matrimonium ſibi eſſe prohibitum. Prima ratio.

Ad hæc error iſte non exiguam daturus eſt occaſionem adulterio. nam ubi primũ uxor diffidere cœperit à marito, cogitabit de perpetrando adulterio, ob hoc ſaltem, ut & à coniuge liberetur & coniugio toto. Viciſſim ſi maritus odium conceperit uxoris, omnem moueret lapidem ad hoc, ut ipſam pertraheret ad adulterium, ſicque liberaret à lege uxoria. 2.

Similiter ubicunque alteruter coniugũ illicito amore fuerit accenſus erga alienam aliquam pſonã, idipſum 3.

q̃q̃ ꝓmoueret adulterimu,in hoc,ut liber à cõiugio, poſſet deinceps ſe illi,cui⁹ amore exarſerat,copulare.

Præterea ſi per diuortium omino ſolueretur con
4. iugium, ita ut utriq; liceret libere contrahere ulterius,profecto reipub.quoq; non mediocriter incommodaret:nam plurimas contentiones & ſimultates moueret, tunc multo leuius coniugibus omnib⁹ ꝓlapſuris in irã,inimicitias & odia:deinde ab alijs plerunq; frigida, quod aiũt,ſuffunderetur,tantũ in perturbationem coniugij,ita ut quiſquis filiũ aut filiam cuperet intrudere,machinaretur aliquid, unde contentio fieret,cuius componendæ gratia ſe interponerẽt parentes, fratres & reliqui conſanguinei,ſicq; ad rixas, homicidia, incendia,uenena & omne malorũ genus res facile deduceretur. Quod ſi autẽ ſeruentur omnia iuxta præceptum domini Paulíq; doctrinam

Perſuaſio cunctis. & eccleſiaſticam obſeruationem,profecto recogitabunt coniuges,uinctos ſe eſſe & alligatos iugo indiſſolubili,ita ut etiam ſi diſiungantur, ſeparati tamen ex neutra parte poſſint contrahere, ſed utriq; ſic ſit manendum per oẽm uitam,niſi interueniente alterius morte:tunc enim alter alteri cedit de loco.

Amici in optimam ſemper partem eis conſulũt, ne diſcedant ab inuicem, oſtendentes incommoda quæ ſequutura erant Quod ſi autem tãta incidat contumacia inter eos, ut ſeparentur, ſemper tamen adhuc ſpes reliqua eſt, fore ut clãgueſcat iſta ſimultas, ipſiq; ruſ⁹ recõciliẽt mutuo,cõuenientes iã denuo cũ magno gaudio amicorũ & liberorũ ſuorũ, fiatq; tũc matrimoniũ firmius quã antehac unquã.id aũt non fieret, ſi liceret utriq; cõtrahere denuo:tunc eñi ſupuacuũ eſſet cõſiliũ Pauli de recõciliãdo.Poſſent hęc oĩa

multis ſacræ ſcripturę locis cõfirmari,ex Prouerbijs, Eccleſiaſtico,& libro Sapiẽtię,ſed ſtudio breuitatis ultro ſupſedere uiſum eſt:ut tñ finẽ q̃q; faciamus diſſerẽdi ſuꝑ hoc ſacramẽto,qa dici nõ poteſt quantũ malitiæ hic exoritura eſſet, ſi ianua ſiue feneſtra pateret huic ſeparatiõi matrimonioꝝ,& nõ ingratũ id foret diabolo,ꝓmptiſſimo alioqn oĩm maloꝝ ſeminatori,cui nihil ꝑinde acceptũ foret, q̃ ut cõtinua eẽnt int cõiuges iurgia,& oĩs diſſenſiõis ꝑpetua ſeminaria.

Peſſima rima peccãdi.

5. Ex oĩbus p̃dictis cõſequit̃,quantũ interſit inter matrimonij diremptionẽ in lege Moſaica,& nũc tẽpore euãgelij.(nõ curo q̃d Tertullianus uult illa aſſimilare & facere paria lib. 4.contra Marcionẽ. nam mox ei obijcerẽ,q̃d Hieronymus lib. cõtra Heluidiũ inqt:De Tertulliano nihil amplius dico,q̃ eccleſię eũ hoĩem nõ fuiſſe.Nõ fuit eñ ulla matrimonij diremptio ĩ lege naturę uſq; ad Moyſen:&ꝙ Abraã excluſit à ſe Agar,iuſſu dei fecit,q ſic dixit ad Abraã: Nõ tibi uideat̃ aſpeꝝ ſuꝑ puero & ſuꝑ ancilla tua,oĩa q̃ dixerit tibi Sara,audi uocẽ eiꝰ.uox aũt Illis hęc erat,Eijce ancillã hãc &filiũ eiꝰ.Simile fuit de Aethiopiſſa Moyſi.Sed in lege tandẽ Moſaica,ꝓpter duritiã Iudæoꝝ ꝑmiſit deus matrimonia dirimi,&libellũ diuortij dari,eo ꝙ iſti multũ ꝓpenſi erãt occidere uxores ſuas, cõſultius eſſe ratus ꝑmitti diuortiũ q̃ uxoricidiũ.(dimitto opiniões,tractẽt in ſcholis,an repudiare ſemꝑ fuerit peccatũ,etiam autoritate legis factũ.) Atq; hic iã patet diſcrimen inter diuortiũ legale &tẽpore euãgelij:qa tunc libellũ repudij maritus tm̃ poterat uxori dare,uxor marito non item. Et in hoc melius cum uiris agebatur quàm cum mulieribus,eo quòd diuortiũ in hoc erat ꝑmiſſum, ne mariti occiderent

Diuortiũ in lege & euãgelio.

Deu.24.

uxores,id autem de uxoribus non perinde timebat. Volens obmitto hic cauſas,quæ credebant dirimendo matrimonio ſufficere in ueteri teſtamento. nobis hic ſatis eſt,multo leuiores rationes tunc ſatis feciſſe quàm nunc. ſic enim habet textus, Si uxor non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem. (Burgenſ. nititur hanc fœditatem contrahere ad ſolum illicitũ coitum, ſed neſcio quomodo poſſet obtinere,imò certus ſum quod in Hebraiſmo nunquàm obtinebit.) Varijs modis exponunt hanc fœditatem. turpem rem dicit, de uerbo ad uerbũ interpretando.Lyra ait quoſdam Iudæos fœditatẽ hãc referre tantum ad nouam aliquam & aduentitiã turpitudinem poſt matrimonium cõtractam,unde impedimentum proueniat liberis producendis,ut ſunt in corpore lepra,ſterilitas,epilepſia &c.In anima uero,ſi uxor ſit malo ingenio prædita,& moribus impijs,unde periculum ſit, ne ad ingenium iſtud liberi quoq; recidant.

Equidem hic quod ſentio libere dicam: ſiquidem locus ſcripturæ ſuper hac re breuis admodum eſt,ut non poſſit facile quis certo aliquid pronunciare, tamen quod ueritati cõſentaneum,ſacris q; literis & doctoribus fuerit cõforme, citra omnem temeritatem & pertinaciam ingenue eloquar. Et primum omnium inficias non eo,Iudæos nimium abuſos fuiſſe repudio,poſtquam reuerſi ſunt domum ex captiuitate Babylonica,in eo etiam quæſiuiſſe innouationes multas & declarationes,ſuprà quàm textus pmittebat eis. certe & ex euangelio ſatis liquet,multa fuiſſe apud eos ſomnia & deliramenta huiuſmodi in hac & alijs rebus,qbus non parũ in iudaiſmo adhuc con

Libellus repudij. Matt. 15. Mar. 7. Gal. 1.

ſtitutus etiam Paulus, tribuebat. Quare conſentaneum eſt, eos etiã in hac parte amplã ſibi ſeruaſſe ianuam p̃uaricandi, quando ipſi ſcribæ ex leuiſſima quoque cauſa (uti diximus homil. 5 in feſto triũ regum) Tomo.9. libellos dabant repudij. Hinc ipſi inter ſe Iudæi addubitabant & diſputabant recte ne fieret, quando ſic leuiter libelli repudij tradebant. Et Chryſoſtomus q̃q; Chryſoſt. affirmat eos ſubinde ex induſtria ſolitos huiuſmodi q̃ſtiones domino ꝓponere, ſup q̃bus aliqua erat inter eos controuerſia. Patet hoc inde, quando interrogabant illum dicentes, ſi licet homini dimittere uxorem Matt. 19. ſuam quacunq; ex cauſa? quæſtio hęc utiq; p̃ſuponit fuiſſe aliquos inter Iudæos q hoc affirmarint, imò & opere expleuerint. Certe hic ipſe textus facile mihi perſuadet, Iudæos nimis ampliter extẽdiſſe textum & uerba legis: quapropter merito indignatus dominus, direptionem matrimoniorũ ſtrictius contraxit. Deinde nõ adducor omnino ut credam, adeo Repudiũ difficile. leuiter facta diuortia, ut dimiſerit aliquis uxorem, quandocunq; cœpiſſet eum ſatietas illius, quod tunc quaſi unam alia commutarit: neq; enim inter ethnicos cõpertum id eſt, iuxta illud ſatyrici: Sic fiunt octo Iuuen. ſat. mariti, quinq; p autũnos. Proinde uerisſmile eſt, primum magna cum autoritate repudium eſſe obſeruatum, ita ut fuerint conſtituti nonnulli ad quos primum ueniret maritus, illiſq; diuortij cauſam indicarit. ſcribas eos uocabant, teſte Auguſtino contra Fau Tomo.5. ſtum. Coram ijs cogebat ille rationem oſtẽdere, qd nam fœditatis in uxore ſua comperiſſet, ſup ea decernebant ſcribæ. Hugo q̃q; ait, marito rem quam denunciaſſet, iureiurando fuiſſe confirmandam. Tunc habito iudicio cũ nõ poterãt illi aliq̃ modo maritum

á ꝓpoſito abducere, dabãt illi libellũ repudij, quem ipſe tradebat uxori, ſimulq́ȝ illã à ſe ablegabat. Tempus ꝓrogatiõis in hoc fuit cõſtitutũ, ſi interim cõiuges recõciliati inẽ ſe rurſus cõuenirẽt & cohabitarẽt.

Itaq́ȝ omnibus modis mihi ꝑſuadeo, primum non adeo leuiter obſeruata fuiſſe diuortia, quaſi aliquis citra oẽm cognitionem abegerit à ſe uxorẽ, dato ei in hoc libello repudij, qm̃ ſic facilius licuiſſet uxorem repellere q̃ ſeruũ, quem nemo poterat ante tẽpus ſine graui cauſa excludere. Id ut credam, duæ faciunt rationes, altera ex textu pendet, ubi dicitur in lege Moyſi, ſi duxerit uir uxorẽ, & poſtea odio habuerit eã, q̃ſierit q́ȝ occaſiões qbus dimittat eam, obijciẽs ei nomen peſſimum, quod nõ inuenerit uirginem. Quod ſi manifeſte declaratum & compertũ fuerit, illam uirginem ueniſſe ad maritum, apprehendẽt ſenes urbis iſtius uirũ, & uerberabunt illum, condemnãtes inſuꝑ cẽtũ ſiclis argẽti, q̃s dabit patri puellæ, habebit q́ȝ eam uxorẽ, & nõ poterit dimittere oĩbus diebus uitę ſuę.

Deut. 22.

Hinc iã ſatis liq̃do patet, marito nõ licuiſſe ꝓ ſuo arbitrio repudiare à ſe uxorẽ, ſed cũ q̃ſiuiſſe cauſam, ꝙ non inuenerit illam uirginem. Quod ſi libere licuiſſet illi abigere uxorem, quorſum fuiſſet opus cauſari iſtud cum ſuo periculo tanto?

Cauſa repudij.

Præterea in eodẽ capite habeť, q̃d ſi q̃s cõcubuerit cũ puella filia alicui⁹, numeret patri eius q̃nquaginta ſiclos, ipſam q́ȝ ſeruet uxorẽ, nec à ſe dimittat oĩb⁹ diebus uitæ ſuæ, q etiã ſufficiẽs eſt caſus, ubi nõ licebat uiro libere repudiare uxorẽ. Quapropter etiãſi non ita leuiter ꝑmiſſum eſt Iudæis à Moyſe diuortiũ, ſicut illo ſuo libello deinde ſunt abuſi, tñ ita ſtricte ꝑmiſſum nõ eſt, ut iã in euangelio ad ſolũ adulterij ca-

ſum eſt coarctatũ: atq; in hoc nõ aſſentior Burgẽſi, q repudiũ Moſaicũ etiã ad adulteriũ tm̃ referre conať: in hoc eñ doctores oẽs cõueniunt, dñm ibi ſuſtuliſſe legẽ Moyſi de libello repudij. id aũt factũ nõ eſſet, ſi Moyſes noĩe fœditatis tm̃ adulteriũ intellexiſſet, q̃a ſic dñs uſq; adeo nõ ſuſtuliſſet, ut etiã cõfirmaſſet. Puto igiť Iudæũ extra caſum fornicatiõis, plurib⁹ etiam alijs ex cauſis potuiſſe à ſe repudiare uxorẽ, dato ei in hoc libello repudij, ut teſtať Nicola⁹ de Lyra. Ipſe q̃q; uidi librũ quendã Iudæorum totũ de cauſis matrimonialibus, facile tam magnum, ut ſunt Decretales. itaq; ſine dubio multas habuerũt ſuper ea re cõtrouerſias & diſputationes.

§.5. In hoc quoq; differẽtia cõſiſtit repudij in utraq; lege, q̃m in lege Moſaica utriq; cõiugi pmiſſum erat contrahere denuo, atq; hoc communiter obſeruatur (etſi non ignorẽ aliq̃s eſſe hic duros) de uiro, cui alioqn repudium ceſſiſſet in detrimentũ, non in bonũ: de muliere q̃q; idem cõſtat ex duobus locis ſcripturę iã ante inductis. Atq; hoc euidẽs eſt argumentũ contra Burgẽſem, q̃a in caſu fornicatiõis nõ dabať libellus repudij, ſed adultera lapidibus obruebať: deinde uxor non poterat amplius recõciliari cũ marito priori, mortuo uiro ſecũdo: ſunt etiã q putent eã recõciliri nõ potuiſſe antea q̃ nuberet. (uerum in hoc equidem nõ parũ dubito) nũc aũt uxor ſemp poteſt recõciliari marito à q̃ ſemel fuerit ſeparata, ſi uideat illum ſibi eſſe mitiorem redditũ magiſq; placatũ, nubere tñ rurſus non poteſt, quia tunc malefaceret, ſicut Fabiola. Deut.24.

Mouent quidẽ doctores dubiũ de Michol uxore Dauidis & filia Saul, is eñ cũ diſſentiebat à Dauide, filiã ſuã illi ademptã copulauit alteri, deditq; uxorem 1.Reg.18. 2.25.

Phalti. Tandem occiſo Saul, & Dauide iam accepto
1. Reg. vlt. pro rege in Hebron, repetijt ille uxorẽ ſuam Michol, quæ rurſus abrepta à nouo marito, ſociata eſt Dauidi. Quæſtio eſt, quomodo potuerit Dauid denuo aſſumere Michol, quæ iam ipſum deſeruerat, & nupſerat alteri, cum conſtet ex lege, eum nõ debuiſſe illam rurſus aſſumere.

Deu. 24. Reſpondent ibi doctores, q̃d lex illa Dauidem non ligauerit, quia de marito loquitur, qui ipſe à ſe reijcit uxorem, hoc autem ille non fecerat: deinde uerisimi-
1. Reg. 19. le eſt, quod Michol inuita receſſerit à Dauide, quoniam adiuuit adhuc eum & liberauit, quando pater ſuus Saul erat eum interfecturus. Sine controuerſia autem peccauit Phalti in hoc, quod alterius uxorem ipſe duxit, peccauit & Michol quod conſenſit: quanuis aliqui conantur eam excuſare, in eo quod ipſa putarit patrem ſuum habuiſſe poteſtatem eam alteri marito tradendi, ſicut & Lia excuſatur, quæ iuſſu pa-
Gene. 29. tris cum Iacob concubuit, is autem arbitratus eſt eſſe Rachel ſororem ipſius.

4. Cum igitur ſatis hactenus contra Lutherum & alios oſtenderimus, nunc tempore legis euãgelicę coniuges diremptos ultra non poſſe contrahere, requum eſt ut etiam aduerſariorũ diluamus obiecta, ubi ne ſimplices decipiantur irretiti ſermone diſputatorio, rẽ hãc omnẽ per quæſtiones diſſoluemus.

Quæſtio prima. Et primum quidem quæri poteſt, Cur non licet uxori poſt diuortium cõtrahere cum alio matrimonium, cum tamen ex duobus coniugibus iam copulatis, alter poteſt cœnobium ingredi & profeſſione facta, matrimonium id quoq; diremptum eſt, ita ut cõiunx q remãſit in mũdo, libere poſſit cõtrahere de

nuo, ſicut Alexander tertius ipſe conſtituit.(poſſet pluribus exornari, ſed breuitati ſtudeo.)

C. verum de conuen. coniug.

Reſpondetur, uerum quidem eſt quod hac quæſtione ꝓponitur, ratio autē illa eſt, quia iſti duo cōiuges matrimoniū nō perduxerūt ad opus, neq; dū facti ſunt duo in carne una, itaq; cū alter eorū dedere ſe uelit in conditionē ſublimiorē deoq́; gratiorē, in uitā contēplatiuā, nihil interim ademptū ē alteri, q̄ minus libere poſſit cōtrahere matrimoniū denuo. Adducenda hic eſſent multa, quibus uolens ſuperſedeo. certe cauſam hanc ipſe pontifex prætexit, dicēs: Quia facti non ſunt duo in carne una, fieri poteſt ut alter cōiugū dedat ſe deo, alter in mūdo ꝑmaneat.

Queſtio 2.

2. Quæritur, quid eſt quod coniugibus ſeparatis non licet cōtrahere, cū tamē is qui ꝓpter infidelitatē ſeparatur, poſſit alteri copulari? iuxta id quod Paul⁹ inqt: Quod ſi infidelis diſcedit, diſcedat: nō eñ ſeruituti ſubiectus eſt frater aut ſoror in eiuſmodi. Quid uetat ergo coniuges quoque Chriſtianos diremptos, rurſus contrahere?

1. Corin. 7.

Ratio illius hęc eſt, qa p matrimoniū Chriſtianorum pfecte ſignificat̃ unitas Chriſti & eccleſiæ, quæ quia inſeparabilis eſt, coniugiū etiā Chriſtianorū in uita utriuſq; dirimi non poteſt: matrimoniū aūt infideliū, perfectum ſacramentū nō eſt, imò neq; proprie eſt ſacramentū, ideoq́; Paulus autoritate diuina fretus, poteſtatē dedit dirimendi illud, ſi alteruter cōiugū nolit alteri cohabitare ſine blaſphemia dei, de quo iam ſuprà ad longum declarauimus ipſi.

3. Melius, inqt Paulus, eſt nubere quā uri, cur ita ꝙ cōiūx ſeparatiōe facta, ne urat̃, nubere nō audeat? Quia nimirū ibi Paulus de ijs loqtur, q liberā uolūt

Queſtio 3.

habere cōtrahēdi poteſtatē uel cōtinēdi:aliàs em̄ qñ-
cunq; aliq̄ maritū haberet infirmū, ne ureret, uellet
nubere alteri,quæ res magnū iniȷceret ſcrupulum.

4. Non uidetur utiq; ueriſimile, Chriſtum deū
Queſtio.4 uerum,aliter ꝓhibuiſſe diremptionem matrimonij
in nouo teſtamēto, quàm olim uetuit per miniſtros
ſuos in ueteri lege,quando utriq; cōiugi libere licuit
Deut.24. cōtrahere denuo,q̄re igitur nō etiā nūc conceditur?

Nihil utique probat hæc ſimilitudo,quoniam lex
antiqua imperfecta extitit,noua autem hæc perfecta
Hebreo.17 eſt:deinde Chriſtus ipſe rationē oſtēdit, quare Moy
ſes permiſerit Iudæis libellū repudij, fuiſſe duritiam
cordis eorū:igitur Chriſtus primū ſuſtulit Moſaicā
Mat.19. permiſſionē diuortij,deinde docuit in q̄ tantū caſu li
ceret dimittere uxorem, ſimulq; ꝓhibuit, ne cuiquā
illorū permiſſum foret ulterius cū aliquo cōtrahere.

5. Quum dicit dominus, Quicunque dimiſerit
uxorem ſuam,niſi ob fornicationem, & aliam duxe
Mat.19. rit,mœchatur: cum autem iam dirimitur matrimo-
nium,plerunque fit hoc ob fornicationem.nunc ui-
deri alicui forſitan poſſet,licere ei citra fornicationē
ducere aliam uxorem,propter hanc ipſam cauſam.

Reſpōdetur ad hoc,q̄a in illis uerbis Chriſti duo
prohibentur:primum, ne quis dimiſſa uxore, ducat
aliam.Iam ergo uolūt doctores principium hoc(ni-
Niſi ob fornicatio nem. ſi ob fornicationem)non pertinere ad poſteriorem
prohibitionem,ſed ad priorē, ne quis dimittat uxo-
rem niſi ob fornicationem:ſic tranſeunt communi-
ter doctores,nā ita ſoluit Thomas,Richardus &c.li-
cet Petr' de Palude improbet illā,& det nouā ſolutio
nē,tamē auſus ſum ei hoc ꝓhibere teſtimoniū, ſolu-
tio ſua eſt in ſubduplo deterior: tū Iohānes Maio-

ris format argumētū in ualidiori & fortiori forma, puta ſic:Christus dixit, Si qs dimiſerit uxorē ſuā ob fornicationē,& aliā duxerit,mœchat. Ergo à cōtrario ſenſu,ſi qs dimiſerit uxorē ſuā ob fornicationē et aliā duxerit,nō mœchat.difficile ē ſignāter mōſtrari,hic nō fore argumētū à cōtrario ſenſu,licet q ſic diſtinguūt,ut exceptio deſeruiat priori parti,& nō toti cōplexo,negarēt ſic argui à cōtrario ſenſu. Veruego nō tāti facio hāc rationē,qm̄ facile infringit modus iſte argumētādi,qa nō ualet,qn̄ ſenſus à cōtrario eſt abſurdus uel cōtrarius,Et ergo qa hic cōſequēs à cōtrario inductū eſt cōtra ius diuinū à Paulo iuſſu dn̄i ꝑmulgatū,ideo hic nō poteſt ſumi argumētū a contrario ſenſu. Præclare expēdit hūc locū Auguſtinus, ex q̄ breuiter ea citabimus q̄ ſcribit in libro de adulterinis cōiugijs ad Pollentiū.ita eñ ait:Credo qa illud q̄d maius eſt,hoc dn̄s cōmemorare uoluit,maius aūt adulteriū eſſe qs negat,uxore nō fornicāte aliā ducere,q̄ ſi fornicantē qſq; dimiſerit,& tūc alterā duxerit?non qa & illud adulteriū nō eſt,ſed qa minus eſt, ubi dimiſſa fornicante, altera ducit:nam ſimili locutione uſus eſt etiam apoſtolus Iacobus,cū dicit:Scienti bonū facere,& non facienti peccatū eſt illi.Nunqd ideo non peccatum eſt illi,q neſcit bonum facere, & ideo non facit? utiq; peccatum eſt,ſed hoc grauius,ſi etiam ſciat & non faciat.Porro utrunq; eſſe adulterū, q uxore dmimittit tam ſine cauſa q̄ cum aliqua ratione,& aliam ducit,ſatis ꝓbat ex Marco & Luca,qui ambo de eo loquunt q dimittit uxorem & aliam ducit,hunc aiunt mœchari,neque addunt, an hoc faciat ꝓpter fornicationem uxoris,an non. Itaq; cum legerimus euangeliū Matthæi,non ſtatim inde colligere

Difficile argumentum.

lib.2.ca.9.

Iacob.4.

Mar.10. Luc.16.

Aug.ē.

debemus,illum adulterum non eſſe,q dimiſſa ob for nicationē uxore aliam ducit,ſed adhuc dubitare nos oportet,donec &alios euangeliſtas conſulamus,qui idem hoc narrant.Quod ſi enim ſecundum Matthæ um,non quidem quod ad hanc rem pertinet,dictum eſt totum,ſed ita pars dicta eſt,ut intelligeretur à par te totum,quod tanquam explanantes Marcus &Lu cas,ut clareret plena ſententia,totum dicere malue-runt,nam ſi quæſiero,cum uir dimittit uxorem ſuam ob fornicationem,adulter ne eſt,ſi duxerit aliam?Re ſpondet Marcus:Quicunq; dimiſerit uxorem ſuam, & duxerit alterā, mœchatur.Idem ait & Lucas. cur ergo alium ſenſum conaris eruere ex Matthæo?

Capite. 2. Affirmat hoc tandem & Auguſtinus perfectius, dicens:Omnis qui dimittit uxorem ſuam & ducit al teram,mœchatur.Dominus deus eccleſiæ ſuę ſanctę gratiam ſuam concedat,ut liberata ab hoc & alijs er roribus omnibus euadat immaculata, ſicq; ſine ruga transferatur ad palmam & uictoriam regni cæleſtis, AMEN.


HOMILIA SEPTVAGESIMA ſeptima, de gradibus conſanguinitatis impedientibus matrimonium.

Omnis homo ad proximam ſanguinis non accedat,ut reuelet turpitu-dinem eius. Leuitici xviij.

QVum primum inſtituit deus,chariſſimi,matri-monium,duorum coniugum uinculum,proui dit etiā,ut idem eſſet amoris mutui nexus cum obſeruatione honeſtatis,Et quanuis ab initio nō po

fuerit hoc ita ſeruari,propter ipſas perſonas contrahentes,neq; enim filius Adæ aliam ducere potuit, niſi ſuam ſororem uel fratris filiam,ideoq; in illa lege naturæ matrimonium prohibitum tãtum fuit in linea deſcendente & aſcendente,quia nemo uxorẽ ducere potuit filiam ſuam,neq; neptim, neq; matrem, neq; auiam.eſt & hoc ipſum contra naturam ſi fiat neceſſitate id exigente,ideoq; apud omnes nationes quaſi natiuum hoc habitum eſt,ut gradus cõſanguinitatis in matrimonio eſſent prohibiti in linea aſcendente. Volũt quidam hoc ipſum habere in ſe matrimonij inſtitutionem, quando deus ſuo inſtinctu locutus eſt per Adã: Quapropter relinquet homo patrem & matrẽ,& adhærebit uxori ſuæ.Ecce patrem & matrẽ,quam ideo nemo poteſt ducere uxorem.

Concludũt inſuper hic doctores,q̃d ſi iam Adam uel Eua,Seth ſiue Noe reuiuiſcerent,neq; Adam poſſet uxorem aliquam ducere,neq; Eua cuiquam nubere, ideoq; alterutro mortuo ante alterum, alter debuit manere in uiduitate,quia omnes homines in terra degentes tam uiri quàm mulieres,coniuncti ſunt Adæ & Euæ in linea deſcendente directa. Sequitur quãdocunq; dicitur,quod in aliquo gradu conſanguinitatis poſſunt aliqui contrahere matrimonium,uel non,intelligi ſemper debet de lineis lateralibus, non æqualiter & recta deſcendentibus: quoniam hæ numeros nõ habent.Inde colligitur ratio,quare patriarchæ ueteres in tã ꝓpinquis gradibus matrimonia copularint. Abraã em̃ fratris ſui Aram filiam Saram duxit uxorem,idemq; deinde filio ſuo coniunxit Rebeccã,quæ ſororis Saræ neptis erat.Iacob etiã accepit Liã & Rachel auũculi ſui filias, ambasq; ſorores.



Perſpicuum inde fit, quomodo patriarchæ in pxi mis adeo gradibus matrimonia cõtraxerint. Iacob eñ duas ſorores habuit, Abraã fratris ſui filiam, ſimiliter & Nachor & Eſau, tñ in linea deſcẽdente & aſcẽdente prohibitum hoc fuit. nam ſi filia nupſiſſet patri, aut filius matrẽ duxiſſet uxorem, idipſum ſane futurũ erat tum contra oẽm honeſtatem, tum cõtra reuerentiã quã liberi exhibere debẽt parẽtibus ſuis.

Gradus in lege prohibiti.

2. Cæterũ lex Moſaica, auctis iam eiuſdẽ etiam fidei hominibus, ut dilatarẽtur amplius inter Iudæos cognationes, cõtinet 12. interdicta à deo præfixa, quib' ultra legem naturalem ſic præcepit dominus: Omnis homo ad proximam ſanguinis non accedat.

1. Nulla mulier nubat ſuo parenti, nec filius ma trem ducat uxorem.

2. Nouercam quoq; ſuam nemo ducat.

3. Nullus ſibi coniungat ſororem, ſiue illa à pa-

tre,ſiue à matre ſit ſoror, ſiue in coniugio,ſiue extra illud prognata.

4. Neptem ſuam nemo ducat.

5. Patris tui ſororem nequaquam duxeris.

6. Similiter nec ſororem matris.

7. Patrui tui uxorem tibi non copulabis.

8. Filij tui uxorem nunquam duces.

9. Fratris uxorem nullus ducet.

10. Nemo matrē poteſt uxorē accipere & filiā.

11. Nemo præſumat priuigni uel priuignæ filiam ſibi copulare.

12. Vxoris ſuę ſororem nullus duxerit,quandiu uiuet prior. Huiuſmodi gradus obſeruauit lex Moſaica,excepta tantum uxore fratris.nam ſi primus frater ex uxore ſua ſobolem nō habebat,cogebatur alius frater poſt mortem prioris illam ducere uxorē, aliàs Iudæi in omnibus obſeruabant illam conſtitutionē legis.(miror B.Ambroſium ad Paternū dicere,non eſſe prohibitū,ne pater filiam ſuā accipiat in uxorem, cum tñ ſit prima inhibitio,ne filius matrē aut filia patrē accipiat.ſed hæc ualeāt.)Porro in nouo teſtamēto nō ſuccurrit iam mihi aliud niſi de duabus inhibitionib',altera eſt de Herode,q fratris ſui uxorē Herodiadē duxerat,uiuente etiamnū marito. id eſſe iniquū,etiā ſanguine ſuo ꝓfuſo cōfirmauit Iohannes Baptiſta. Alterā habemus in Paulo de Corinthio illo,q nouercā ſuā duxerat uxorē. Eccleſia autē catholica inſtinctu ſpū ſancti, q̄ gaudet gubernatore,plures interdixit &ꝓhibuit gradus,ſicut infra enumerabimus. Iam nūc ſuo more irruūt Lutherani & clamitāt matrimoniū cōtractū inter ꝑſonas ꝓdictorū graduū 12. ꝓhibitorꝝ, nō eſſe matrimoniū, ideoq̨

Deut. 25.

Epiſt. 66.

Mar. 6.

1. Cor. 5.

Ob. Lutheran.

dirimēdum:quæcūq; autem pſonæ ibi inhibitæ non ſunt,eas contendunt nullis impediri amplius conſanguinitatis gradib⁹,inde q̃ eccleſia ꝓhibuit uſq; in 4. gradum,id iſti reijciunt & habent ꝓ traditiōibus humanis. Atqui ijs reſponderi facile poteſt in hunc modum. Honeſtas etiam p ſe ipſa expoſcit,inter homines ratiōis capaces obſeruari gradus alios p̄ alijs,neque more beluaꝵ inter ſe cōmiſceri. Gradus autem conſanguinitatis inhibitos non poterunt utiq; colligere ex lege naturæ,quoniam ſic frater uel ꝓpriā duceret ſororē, uel certe fratris ſui filiā, atq; hoc ipſum etiam aduerſarij hoc noſtro tempore dicunt eſſe iniquum. Quod ſi uelint p̄tendere legem Moyſi,neq; id poterūt.cū ēm nos iam Chriſtū habeamus & eccleſiam,non patiemur rurſus nos intrudi in ſynagogā,& ſub iugū Moſaicū reduci,uel eo maxime,q̃ iam olim in primo cōcilio Hieroſolymitano legalia Moyſi p̄cepta ſint ſublata,exceptis ijs quæ ex lege naturę dependent,hinc & Paulus in multis locis,& cū primis ad Gal.ꝓbat legem Moſaicam iam non eſſe ſeruandam. Ad hæc,p̄cepta Moyſi populo Iudaico tantum ſunt tradita,neq; alias gentes & nationes aliquid ligāt,niſi Iudaiſmum uelint recipere,ſicut alienigenæ: ſic enim canit Dauid,Nō fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis.

Reſpōſio.

Actuū.15.

Pſal.147.

Ne pateat autē neochriſtiano,uel minima elabendi rimula,age dicat ille mihi,uelit ne caput 18. Leuitici recipere,rōnem reddat,cur illud ſuſcipiat,reliq̃ p̄cedētia & ſequētia excludat,in qbus tñ etiā dicit Moyſes,Hæc ſunt iudicia mea & p̄cepta mea,ſicut in illo. Atque tunc neochriſtiani cogerentur rurſus uitulos, oues,hircos & ſimilam offerre,ſacerdotes ſuos iuxta

Leuit.14.
Leuit.8.

præceptum & obſeruationem legis conſecrare, neq; poſſent agrũ aliquem duplici ſemine conſerere, neq; ueſtem geſtare ex lana & lino contextam, nec de arbore aliquẽ guſtare fructum, niſi quæ per quinquennium iam protuliſſet fructus. non auderent quicquã guſtare de ſanguine, nec radere barbam, & alia multa, quæ ibi late deſcribuntur, nanq; ad finem ſic dicit dominus per Moyſen: Cuſtodite om̃ia p̃cepta mea, & uniuerſa iudicia, & facite ea. Ego dominus. Leuit. 19.

5. Cum itaque nos Chriſtiani contenti non ſimus gradibus conſanguinitatis ex lege naturę deductis, neque amplius nos ligat lex Moſaica, niſi quantum ex lege naturæ pendet: uidendum eſt igitur, unde deriuemus gradus matrimoniũ prohibentes. neque enim ex euangelio licet hoc petere, nec ex Paulo, niſi in duobus caſibus. reliquum fit ergo, etiã hoc eſſe ex eorum numero quæ ad regimen ſpectant ſpiritus ſancti in eccleſia, iuxta quod Chriſtus prędixit: Adhuc multa habeo uobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. cum autem uenerit paraclitus ſpiritus ueritatis, ille docebit uos omnem ueritatem. Spiritus itaque ille per eccleſiam ſuam leges conſtituit & gradus præſcripſit, in quibus non liceat matrimonium contrahere. huiuſmodi ſanctiones per generalia concilia, quæ uniuerſam repræſentant eccleſiam, promulgauit. Atque ideo Auguſtinus inquit: Cum genus humanum opus haberet poſt primam copulam, ut gignẽdo multiplicaretur, uiri ſorores ſuas coniuges acceperunt: quod ꝓfecto quanto eſt antiquius, compellente neceſſitate, tanto poſtea factum eſt damnabilius, religione prohibẽte.

Unde prohibitio graduum.

Iohã. 16.

Li. 15. de ciuitate dei ca. 16.

Habita eſt enim ratio rectiſſima charitatis, ut homi nes quibus eſſet utilis atq; honeſta concordia, diuerſarum neceſſitudinum uinculis necteretur: nec unus in una haberet, ſed ſingulæ ſpargerentur in ſingulos. ac ſic ad ſocialem uitam diligentius colligandam, plurimæ plurimos obtinerent. ut enim alium quiſq; habeat patrem, alium ſocerum, numeroſius ſe charitas porrigit. Vtrũq; autem unus Adam eſſe cogebatur. Pulchre tandem concludit, dicens: Ad humanum ſenſum uel alliciendum uel offendendum, mos ualet plurimum.

Inſtitu. de nuptiis. Si igitur iam concilia introſpiciamus, iam inde ab origine eccleſiæ in ipſis adhuc tẽporibus martyrum, Ad epiſcopos Galliæ. uidebimus quod conſanguinitatem inæqualibus gradibus dinumerarunt, & cauſam quidem facile eſt colligere ex Calixto martyre, qui ſic ait: Coniunctiones conſanguineorum fieri prohibitæ, quoniam has & diuinæ & ſeculi prohibent leges. Et inde, Eos autem conſanguineos dicimus, quos & diuinę imperatorum ac Romanorum atq; Græcorum leges cõſanguineos appellant, & in hæreditate ſuſcipiunt, neque repellere poſſunt. Cumq; tunc temporis leges ciuiles non fuerint concordes, nemini mirum uideri debet, ſi ſanctis etiam patribus gradus illos inæqualiter eſſe 35.q.2. Fabianus præfixos. Ita uidemus, quia Fabianus prohibuit affi- Calixtus. nes contrahere uſq; ad tertium gradũ, Calixtus omni honore priuauit qui ex conſanguineis aliquam duceret, uel alteri nuberet. Iulius etiam in 7. gradũ uſq; prohibuit. Idem conſtitutum eſt & in concilio Agathenſi. & Hilerden. & à Gregorio Magno in concilio Meldenſi, atque inſuper in quadam epiſtola ad epiſcopos Gallię, idipſum renouauit Nicolaus papa, &

confirmatũ eſt in cõcilio Lugduneñ. & Cabilioneñ. Quanuis non ignoro, in concilio Toletano ſecundo ſic eſſe decretum: Et hæc præcauenda ſalubriter ſancimus, ne quis fidelium ꝓpinquam ſanguinis ſui uſqꝫ quo affinitatis lineamẽta generis ſucceſſione cognoſcit, in matrimonio ſibi deſideret copulari. Idem cautum eſt in concilio Vormatienſi, ubi circa connubia fidelium non exprimitur numerus graduum, ſed tñ decernitur, ut nemo Chriſtianus ex ſua familia uxorem ducat, quandiu generationis ſeries in memoria pſeuerat hominum. Obmitto ſtatutum Gregorij ſecundi in cõcilio Romano, quod ſic habet: Si qs com matrem ſpiritualem, fratris uxorem, neptem, nouercam, nurum, conſobrinam duxerit in cõiugium, anathema ſit. Iſtiuſmodi conſtitutiones plurimas eſt reperire paſſim in concilijs Theodonis uillę, Macienſi, Aurelianẽſi, Agrippinẽſi, & Meldẽſi. Vide tu Iuonẽ. Cano. 5. Gregor.

Verum eſt quod ius antiquum pontificium ſeu canonicum, diu pſtitit in ꝓhibitione ſeptem graduum conſanguinitatis.

Attamẽ conciliũ magnũ & generale illud Romanum in p̃ſentia eccleſiæ Græcæ & Latinæ ſub Innocẽtio tertio, definiuit hoc ad quartũ gradũ. in eo eñ ſic ſtatutũ legimus: Nõ debet reprehẽſibile iudicari, ſi ſecundũ uarietatẽ tempoꝝ, ſtatuta quandoqꝫ uarientᵗ humana, p̃ſertim cũ urgens neceſſitas uel euidẽs utilitas id expoſcit: qm̃ ipſe deus ex ijs quæ in ueteri teſtamento ſtatuerat, nõnulla mutauit in nouo, ſtatimqꝫ ſecundũ & tertiũ gradũ affinitatis tollit, ſimiliter & affinitatẽ inter filiũ alterius matrimonij cũ oĩbus cognatis prioris mariti eius uxoris, & matris filij ſuſtulit. Adimit etiã reliqs gradus ſupra quatuor in C. non debet de conſang. & affini.

conſanguinitate. Atq; hæc omnia hactenus ita con ſtanter obſeruata ſunt in eccleſia: longe tamen ante hoc concilium Gregorius Magnus ſic ſcripſit ad Au guſtinum Anglorum epiſcopum: Terrena quidē lex in Romana republica permittit, ut ſibi fratris & ſororis ſeu duorum fratrum germanorum, uel duarū germanarum filius & filia miſceātur, ſed experimento didicimus ex tali coniugio ſobolem nō poſſe ſuc creſcere, & ſacra lex prohibet cognationis turpitudinem reuelare. Poſt aliquantum temporis Felix epiſcopus Meſſanenſis ſcripſit ad hunc Gregorium, an ne illud ita pmiſiſſet Anglis, cui ille humiliter reſpōdet, & confitetur feciſſe ſe hoc ideo, quod tum recēs ad fidem fuerant Angli conuerſi, & ne reciderent rurſus, ſi forte durius tractarentur.

Gregori⁹.

4. Conſtat igitur, neceſſario obſeruari debere diſcrimina graduum, idq; ob honeſtatē, humanamq; ſocietatem & cōcordiam. cumq; gradus illi nimium fuerint anguſti in lege naturæ, nos autem non ligat lex Moſaica, quā inualidam in hoc iam olim cognouerunt apoſtoli in concilio primo, in euangelio q̊q; & Paulo duo tantum gradus ſint prohibiti, unū hoc nobis reliquum manſit, ut gradus illi & ordines ſeruentur iuxta leges atque conſtitutiones eccleſiaſticas. Vbicunque ergo in ijs ꝓhibitis caſibus duo coniunguntur citra permiſſionem ſuperiorum & cōtra ordinationem eccleſiæ, illos non deus, ſed diabolus coniungit: proinde huiuſmodi matrimonia inualida & nulla eſſe declarat eccleſia.

Concluſio

Confirmat hæc Ambroſius, q proximus uixit eccleſiæ martyrum, neque ſtudio lucri & auaritię talia ſcripſit. Vult autem ille prohibitiones iſtas ſup gra-

Epiſt. 66. ad Maternum.

dibus cõſanguinitatis & affinitatis, ligare etiam nos Chriſtianos,non tamen ideo quod eas conſtituerit Möyſes,ſed quia recepit eccleſia,&quod earum cauſa adhuc perſeuerat, nimirum naturalis honeſtas,& humanę ſocietatis dilatatio. Paternus igiť uir potẽs, & B. Ambroſio bene notus, filio ſuo iungere uolebat uxorem,ſuam ex filia neptem, & ita ille duxiſſet uxorem ſororis ſuę filiam. fucus cauſę hic erat,quod iſta ſoror eius erat ex altera matre. Verum Ambroſius ineptam prætẽdit accumulationem nominum. ipſe enim dicturus erat,Ecce hæc uxor mea eſt &neptis. Illa uero,iſte mihi maritus & matris meæ frater eſt. Paternus,ci⁹ auus fuiſſet & ſocer, ſicq; dixiſſet ad eam, tu mea nurus & neptis es. atque ita naturalis amor liberorꝫ per huiuſmodi coniugia multum fuiſſet confuſus. Quod aũt Ambroſius aſſumit de lege diuina ꝓhibitũ de paternalibus fratribus,fateor me illius intelligentiam in Leuitico non aſſequutũ. nam ita ego digero 12. ꝓhibitiones Leuiticas.

In Germanico poſueram figuram conſanguinitatis & affinitatis ſimul uiri & uxoris: ſed quia experimento didici,eam uix paucis fuiſſe intellectam,ideo in aliũ ordinẽ redegi,& hãc prę̄ſcribo pro uiro ſolo.

Matertera	5	Mater	6	Amita.	
		1			
Patrui uxor	7	Patrucius	4	Nouerca.	Uiro non eſt ducẽda
		2			
Fratris uxor	8	Filia	3	Soror.	
		11			
Vxoris ſoror	9	Neptis	10	Priuignus.	
			12	Neptis.	

ALIA FIGVRA PRO mulicre.

Mulieri nõ ſit vir

Patruus	5	Pater 1	6	Auunculus
Amitæ uir	7	Berta 2	4	Vitricus,
Sororis uir	8	Filius 11	3	Frater,
Viri frater	9	Nepos	10	Priuignus,
			12	Nepos,

Ambroſ. Inter cætera Ambroſius etiã ſic inquit ad Paternum: Si diuina te prætereunt, ſaltem imperatorum prçcepta à quibus ampliſſimum accepiſti honorem, haud quaquam præterire te debuerunt, nam Theodoſius imperator etiam patrueles, fratres & conſobrinos uetuit inter ſe coniugij cõuenire nomine. (Iuſtinian. Iuſtinianus tamẽ permittit inſtit. de nuptijs. para. duorum, quia abrogauit codicem Theodoſianũ de Iuſtin. C. cõfir.) Quid multa? cum iam antea inter conſanguineos ſit naturale illud uinculum amoris, non eſt quod quçratur aliud nouũ, ne forte ſuccus ille natiui amoris areſcat. Cæterũ priuſquã hæc omnia finiamus, ſummatim colligemus pſonas in lege prohibitas: Viro eñ duodecim perſonç erant interdictæ, cum qbus ei non licebat matrimonium cõtrahere,

1. Mater ſua,
2. Filia,
3. Soror,
4. Nouerca,
5. Matris ſuæ ſoror,
6. Soror patris,

7. Patrui ſui uxor,
8. Vxor etiam fratris,
9. Vxoris ſuæ ſoror,
10. Priuigna,
11. Neptis ſua,
12. Vxoris ſuæ neptis.

Mulieri quoque inhibitæ fuerunt totidem perſonæ, quia non poterat nubere

1. Patri ſuo,
2. Non filio,
3. Neq; fratri,
4. Neque uitrico,
5. Sed nec patruo,
6. Nec auunculo,
7. Neq; ei qui patris ſui ſororē habuit uxorē,
8. Neq; ſororis ſuæ marito,
9. Nec mariti ſui fratri,
10. Ac nihilo plus filio ſui mariti,
11. Neq; nepoti,
12. Nec mariti ſui nepoti.

Multo tamen plura includit lex eccleſiaſtica, q̄m ibi non nepotes tātum, ſed & pronepotes numerantur & ultra, atq; ex parte matris non tantum amita, ſed & liberorum illius neptes & proneptes: deinde non ſolum auus & auia, uerū etiam proauus & tritauus, ſicut hæc omnia perſpicue cernuntur in arbore conſanguinitatis & affinitatis Iohānis Andreæ, neque operæprecium illis hic lōgius immorari, q̄m & moleſtum fuerit, & non perinde frugiferum.

Sed ut tandem rem hanc finiamus, conſultum uidetur, nōnihil & de benedictione coniugū adijcere, ſimul atq; eū ex conſuetudine cuiuſlibet diœceſis ce

pulātur, ſacerdos ſic ait: Matrimonium per uos con tractum ego cōfirmo in nomine patris & filij & ſpiritusſancti. In quibuſdam diœceſibus, benedictio illa ſuper coniuges dici ſolet pro foribus templi, atq; hoc ferè magis obſeruatur.

In alijs locis fieri ſolet hoc poſt officium miſſę, qñ & pſalmū, Beati omnes, legit ſacerdos, & ſubdit orationem dominicā, cum illis uerſibus: Saluum fac ſeruum & ancillam tuam. ℞. Deus meus ſperantes in te. Mitte eis auxiliū de ſancto. ℞. Et de Sion tuere eos. Eſto eis turris fortitudinis. ℞. A facie inimici. Domi ne exaudi orationem meam. ℞. Et clamor meus ad te ueniat. Dominus uobiſcum. ℞. Et cū ſpiritu tuo. Hinc ſubiungit aliquot collectas, quæ non in omnibus diœceſibus æqualiter obſeruantur. communiter tamen dicitur illa, Omnipotēs ſempiterne deus, mul tiplica ſuper nos gratiam tuam, & fideles tuos, quos hodierna die ſacris eccleſiæ tuæ liminibus præſentamus, ab omni peccato propiciatus abſolue. Omnipo tens ſempiterne deus, inſtituta tuæ prouidentiæ pio fauore proſequere, & quos legitima ſocietate conne ctis, longæua pace cuſtodi, per Chriſtum dominū noſtrum, Amen.

Benedictio coniugum.

Collecta.

Gene. 2.

Poſtea propriam orat collectam ſuper ſponſam, dicens: Oremus. Deus qui poteſtate uirtutis tuæ de nihilo cūcta creaſti, & q diſpoſitis uniuerſitatis exor dijs, homini ad imaginem dei facto, ideo inſeparabi lę mulieris adiutorium condidiſti, ut fœmineo corpori de uirili dares carne principium, docēs quod ex uno placuiſſet inſtitui, nunquam licere diſiungi.

Gene. 29. 27. & 22.

Deus qui tam excellenti myſterio cōiugalem copulam conſecraſti, ut Chriſti & eccleſiæ ſacramentū

Alia oratio.

præſignares in fœdere nuptiarum, reſpice propicius ſuper hanc famulam tuam, quæ maritali iūgenda cōſortio, tua ſe expetit ꝓtectione muniri &c. ſit amabilis ut Rachel uiro ſuo, ſapiens ut Rebecca, longæua & fidelis ut Sara, ſit uerecunda, grauis, pudore uenerabilis, doctrinis cæleſtibus erudita, ſit fœcunda in ſobole, probata & innocens in opere, & uideat filios filiorum ſuorum uſque in tertiam & quartam generationem, & ad optatam perueniat ſenectutē, per Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

Deus Abraam, deus Iſaac, deus Iacob, benedic adoleſcentes iſtos, & ſemina ſemen uitæ æternæ in mentibus eorum per Chriſtum. Reſpice domine ſuper hanc coniunctionem per angelum tuum Raphaelem, ut ſint ſani, digni, & pacifici, atq; tua benedictione perfuſi, per Chriſtum. Benedic domine de cælis hanc conuentionem, & ſicut tu miſiſti ſanctū angelum tuum Raphaelem ad Thobiam & Saram filiam Raguelis, ita digneris domine mittere benedictionem tuam ſuper iſtos adoleſcentes, ut in tua charitate permaneant, & in tua uoluntate conſiſtāt, in amore tuo uiuant & ſeneſcant, ac multiplicentur longitudine dierum, per Chriſtum dominū noſtrū. Bene dicat uos pater & filius & ſpiritus ſanctus, qui trinus eſt in perſonis & unus in eſſentia, ille multiplicet ſemen ueſtrum, & augeat incrementa frugum iuſtitiæ ueſtræ, ut cum iuſtis & deum timentibus ſecure aſtare mereamini in die domini, Qui uiuit & regnat deus in ſecula ſeculorum. Amen.

Deus pater, deus filius, de⁹ ſpiritus ſanctus ſit ſemper uobiſcum, ipſe coniungat uos impleatq; benedictionē ſuā in uobis. Benedictio dei patris

& filij & ſpiritus ſancti deſcẽdat ſuper uos & ma neat ſemper, Amen.

Deinceps aſpergendo utrunq; aqua benedicta, dicit: Angelus domini bonus comitetur ſemper uobiſcum, Amen.

Lapſi Lutherani. Etſi igitur neochriſtiani huic ſacramẽto ſummum ſubtrahunt honorem, dum negant eſſe ſacramẽtum, quod eis elapſum eſt primum non ſatis proſpicientibus, nunc enim Lutherani omnes & perfidi apoſtatæ cuperent ſe id nunquam cogitaſſe, quoniam iam ordinem coniugalem ſummis efferunt laudibus.

Itaq; cum principio benedictiones huiuſmodi & orationes in copulatione matrimoniorum (ſicut in refutatione ordinationis nouæ Brandenburgenſis Marchionatus ſuperioris in Franconia & Nurenbergenſis, ipſi monſtrauimus) cum alijs eccleſię cæremonijs omnibus pro ludibrio haberẽt, deinceps tamen re melius cõſiderata, benedictiones illas rurſus ab eccleſia uelut furtim mutuarũt. Inſuper in quibuſdam locis ultra has noſtras cõfinxerũt ipſi multa alia deliramenta, ſicq; temere ſua ſomnia pro præceptis iactitant, & ſimplicibus inculcare conantur, uolentes ſuas nugas obſeruari ab omnibus: ordinationes autem Chriſtianorum plus mille hactenus annis ſeruatas, reijciunt & contemnunt.

Fiat fiat domine. Vt quid domine differs? quid ita permittis homines in tam cæcam prolabi inſaniam? Da domine & cõcede illis errorem ſuum agnoſcere, agnitumq; deſerere, & eccleſiæ tuæ ſanctæ iugiter adhęrere.

6. Cæterum quia catabaptiſtæ nihil omnino tribuunt benedictioni coniugum, ſicut & quidam Lutherani ab initio ſequentes errorem Vuicleph, erant

in eadem ſententia, paucis hoc quoq; cõfirmabimus ex ſacris literis & probatis conſtitutionibus, præter uſum multis iam ſeculis receptiſſime approbatum. Principio enim deus ipſe matrimonium benedixit, iuxta illud q̃d dicit Moyſes: Creauit deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ad imaginem dei creauit illum, maſculũ & fœminam creauit eos, benedixitq; illis deus. Obſeruatũ hoc ita eſt deinceps in cõtinuo uſu, quod etiam Thobias cõfirmat: nam cum illi Raguel formoſam & piam filiam ſuam Saram cõiungeret, apprehenſa utriuſq; manu dextra, ſic dixit: Deus Abraam, & deus Iſaac, & deus Iacob uobiſcum ſit, & ipſe coniungat uos, impleatq; benedictionem ſuam in uobis. Neochriſtiani autem qui abrogare conantur omnes eccleſiaſticas benedictiones, putant hæc tanquam ex ueteri teſtamẽto deſumpta, non ligare nos Chriſtianos ex euidenti & neceſſario præcepto, quibus contra obijcimus nos & libere profitemur, hoc ſemper cõſtanti uſu fuiſſe in eccleſia obſeruatum, atq; à ſanctiſſimis uiris ſeruari p̃ceptum: ſic enim conſtitutũ in ſancto cõcilio Aphri. 4. Sponſus & ſponſa cum benedicẽdi ſunt à ſacerdote, à parentibus ſuis, uel à paranymphis offerantur, q̃ dum benedictionem acceperint, eadem nocte ꝓ benedictionis reuerentia in uirginitate ꝑmaneant.

Bñdictio nuptialis probatur. Gene. 1. *Thob. 7.* *Prima nocte virginitas ſeruetur.* *Can. 13.*

Longe etiam antea in ipſa adhuc eccleſia martyrum Euariſtus papa, qui circa annum octogeſimũ à Chriſti aſcenſione rexit eccleſiam, inter reliqua ſcribens ad epiſcopos Aphricanos, ſic ait: Cuſtoditum & traditum habemus, ut uxor legitime uiro iungatur. Aliter enim legitimum (ut à patrib⁹ accepimus, & à ſanctis apoſtolis eorumq; ſucceſſoribus traditũ

Euariſtus

inuenimus) non ſit coniugium, niſi ab his qui ſuper fœminam dominationem habere uidentur,& à quibus cuſtoditur,uxor petatur, & à parentibus propinquioribus ſponſetur,& legibus detur,& ſuo tempore ſacerdotaliter(ut mos eſt) cum precibus & *oblationibus* à ſacerdote benedicatur. Docet deinde, q̃modo ad biduum uel triduum debeāt inſiſtere orationibus, & caſtitatem ſeruare,ut hinc pij naſcantur liberi,qui etiam deo placeant in operibus ſuis.

Ecce quomodo ante mille quadringentos annos Euariſtus affirmat,in uſu fuiſſe conſuetudinem hanc benedicendi.

35.q.3.nul li. Præterea concilium Lugdunenſe non diſſimile ſtatuit in hunc modum:Nulli ex propinquitate ſui ſanguinis uſq; ad ſeptimum gradum uxores ducant,neque ſine benedictione ſacerdotis(qui autem nupturi erunt à ſacerdote benedicti)nubere audeant,nec aliter præſumant.

Ca.127. Teſtatur idem & Auguſtinus in quæſti.noui & uete.teſtamēti,dicens:Omnia quæ facta ſunt,dei nutu multiplicata & meliorata ſunt ſuper terram.nec enim aliter poſſet accidere,q̃ dei uoluntas & benedictio decreuit ſeminibus.Et infra, cui⁹ rei traditio in ſynagoga manſit,& nūc in eccleſia celebratur,ut dei creatura ſub dei benedictione iungatur.Inducit ibidem multa per totum caput,quę ad matrimonium pertinent.affirmat etiam ibi Petrum fuiſſe principē apoſtolorum, & quod non liceat ſacerdotibus uxores ducere.meminit & Saxoniciæ &c.Similiter quoque Ambroſius ad S.Vigilium primum epiſcopum

Epiſt.70. Tridētinum,ſic ſcribit:Cum ipſum coniugium uela-

mine ſacerdotali,& benedictione ſanctificari oporteat,quomodo poteſt dici coniugium,ubi non eſt ſi dei concordia?

Sed ut finiam,Siricius in Can.4.ad epiſcopũ Tarraconenſem ſic ait:Illa benedictio,quam nupturę ſacerdos imponit,apud fideles cuiuſdam ſacrilegij inſtar eſt,ſi ulla tranſgreſſione uioletur. Dominus deus det coniugibus ſuam pacem & gratiam in pręſenti,gloriam quoq; æternam in futuro. Amen.

CONCLVSIO OMNIVM HOmiliarum de ſacramentis.

AVdiſtis hactenus dilectiſſimi in domino, de ſingulis ſeptem ſacramentis eccleſiæ,quę nobis ſua immenſa pietate & miſericordia motus dñs Ieſus reliquit in remedium animarum noſtrarũ,ad augmentum & incrementũ gratiæ diuinæ:omnia eñ illa ſacramenta uirtutem ſuam uniuerſam & efficaciam obtinent ex merito paſſionis & mortis Chriſti, ex eius precioſiſſimo ſanguine in ſalutem noſtrã atque redemptionem profuſo,qm̃ teſte Paulo,lex euangelica cõfirmata eſt in nobis, quam deus teſtatus eſt ſignis & portentis,uarijsq; uirtutibus & diuiſionibus ſpiritusſancti ſecũdum ſuam uoluntatem. Eam nimirum ſpiritusſancti gratiam diſtribuit ille per ſacramenta, quæ eodem cenſentur numero, ſeptenario ſcilicet quo dona illius.Siquidẽ Chriſtus ipſe redemptor eſt idemq; ſaluator,qui facit prodigia & ſigna,ſigna ſacramentorum,quæ utiq; iuxta teſtimonium Danielis,pronuncianda & paſſim ſunt prædicanda,& tanto quidem magis,quanto præſtantiora ſunt,gratiamq; huberiorem conferunt ꝙ ſacramẽta

Heb.2. Dani.3.

ueteris legis,ſicut iuxta promiſſionem diuinā tādem
Hebrę. 7. conſummatū eſſe teſtatur Paulus. Atq; hoc petijt Sa
Eccle. 36. piens ille à domino,cū diceret:Innoua ſigna,immu
ta mirabilia,glorifica manum & brachium dextrū.
Quid aliud eſt innouare ſigna,niſi ex ſacramētis ue-
teris legis facere noua,ex circunciſione baptiſmum,
ex agno paſchali uerum Chriſti corpus,ex unguēto
Heb.10. ſacro unctionem extremam &c.? Lex enim umbrā
Lucę.10. tantum habuit futurorum bonorum,ideoq; tam Le
uita q̄ ſacerdos legalis ꝑterijt,donec ueniret Samari-
tanus Chriſtus dominus, qui & infudit uinum cum
oleo in uulnera hominis ſaucij,ipſumq; impoſuit ſu-
per iumentum gratiæ ſuæ,quā nobis concedat om̄i-
bus deus in ſecula benedictus,& poſt hāc uitam,glo
riam immortalitatis æternæ. Amen.

FINIS.

FIniunt homiliæ de ſeptē ſanctis ſacramentis ec-
cleſię catholicæ,uel eo maxime nunc iſtis peri-
culoſiſſimis tēporibus editæ, quibus iratus de-
us tot errores & hæreſes permittit exoriri in eccle-
ſia ſuā,ut catholici inde confirmētur, lapſi ex frater-
na charitate hic moniti reſurgant & emēdentur,de-
uſq; ſuper omnia & in omnibus glorificetur,& Chri
ſti paſſio,unde ſacramenta omnia uirtutē ſuam ob-
tinent,ꝑdicetur. Domine Ieſu Chriſte,placeat maie-
ſtati tuæ donū tuum, labor qualiſcunq; meus. Amē.

SOLI DEO GLORIA.

Iohannes Metzinger uertit,Eckius diligenter, q̄-
tū per occupatiões licuit,reuidit,& emēdauit. Et ꝑce
ptor & auditor beneuolenti lectori ſe cōmendant.